Digitized by Google

H. Eccl.
f° 843
(Vol. IV)

Wirdtwein

Digitized by Google

H E P.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA

COMMENTATIO
OCTAVA
DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIAE COLLEGIATAE
B. MARIAE VIRGINIS AD GRADUS
MOGUNTIAE
PER
WETTERAVIAM
EX DOCUMENTIS AUTHENTICIS
ERUTA
A
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.

MANNHEMII
TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXXIV.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

Illuſtratum nunc imus *Wetteraviae* (a) archidiaconatum, qui moderamini eccleſiaſtico Præpoſiti eccleſiæ collegiatæ *b. Mariae Virginis ad Gradus* (b) Moguntiæ ſubjectus longe lateque diffuſus eſt. Limites habet ab oriente diœceſin Herbipolenſem, (c) & hodiernum Fuldenſem principatum (d), á meridie archidiaconatum eccleſiæ Aſchaffenburgenſis (e), á ſole occiduo archidiaconatum *S. Petri* (f) & diœceſin Trevirenſem, uti & eandem (g) à ſeptentrione cum Haſſiæ ſuperioris archidiaconatibus eccleſiarum *ſ. Stephani & ſ. Johannis* Moguntinenſium. (h) In duas dividitur ſedes, quarum una in *Frideberg*, in *Roſtorff* altera eſt; utriusque partes præcipuas inoffenſo pede & tramite recto circumire qui avet, ducem ſequatur infrapoſitum ſynodale regiſtrum.

Sedes Fridebergenſis varios cenſus aliosque redditus (k) annuos collegit ut exin archipresbiter & camerarius expenſas facere publicas haud difficulter potuerint. Cœterum ſicut alibi ita & hic ſynodus laicalis quolibet anno biſſextilli in commodum cathedræ Moguntinæ (l) celebrabatur (m)

(a) *In Codice Lauresham. diplomatico & tradit. Fuldenſibus* Wetereiba, Wettereiba, Wetareiba, Wetareibu, Weterebia, Weterabinſe, Wedtereiba, Wetdereiba, Wedereiba audit & a fluviolo Wetterahâ (Wetter) qui ad pedem *Vogelsberg* ſcaturit & propé *Aſſenheim* Niddæ ſe conjungit,

Digitized by Google

nomen habet. Hujus regionis incolæ in *ep. Gregorii III. P. P.* quæ incipit: *quoniam deceſſor noſter ſanctae recordatibnis Gregorius praeſul* &c. apud Othlonum *lib.* 1. *cap. XXVII.* de vitâ *S. Bonifacii Wedrevi* compellantur & junguntur *Thuringis*, *Heſſis*, *Botharis*, *Niſtreſis*, *Lognais*, *Suduoſis* & *Grabfeldis*. Pagus *Wetereiba* ab oriente per montem *Fulgalesberc* ſive *Vogelsberg* á pago Buchonia ſeu *Grabfeld* occidentali, per ſilvam veró *Spechteshart* (Speſſart) a pago *Waldſaſſin* ſeparabatur. Verſus meridiem ab influxu *Sina* fluvii in *Moenum*, á fluvio Mœno *Francofurtum* uſque alluebatur, verſus occidentem per fluvium *Niddam* & montana, *die höhe* dicta, á pago Niddagowe & per fluviolum *Wilinam* (die Weil) á pago inferiori *Logenahe* disjungebatur, verſus ſeptentrionem vero per fluvium *Logenaha* (die Lahn) á pago Haſſia dividebatur & ad hunc fluvium partem pagi *Logenahe* ſuperioris adhuc fuerat complexus. confer. *Paullini de pagis pag.* 240. *Beſſelii chron. Gottwic. pag.* 850. & citatam ibi Haſſo-Darmſtadienſem deductionem nullitatis in cauſa *des* Busecker Thals *pag.* 106. *&* 109.

(b) Hoc nomine diſtinguitur ab eccleſia collegiata *B. M. V. in campis.* vid. *commentatio ſecunda p.* 147. *& ſeq. Ad gradus* autem & in chartis antiquioribus germanici idiomatis *zu deu Greden*, *uff den Greden* vulgo vocatur, quia per gradus cum é foro, tum maxime é platea, quæ a porta piſcium huc procurrit, ad eam aſcenditur. Antiquitatem & prærogativas hujus eccleſiæ delineavimus in *Commentatione. hiſtorico-liturgica de baptiſterio Moguntino* & in *programate* quo ad ſacra euchariſtica in dicta eccleſia anno á cónſecratione ejusdem ſæculari ſeptimo perſolvenda invitavimus A. MDCCLXIX vigeſima tertia Novembris.

(c) ſcil. trans fluv. *Sinam* capitulum rurale *Carlſtatt.*

d) Vid. Diœceſis Mog. commentatio decima in præf. & notis.

(d)

Digitized by Google

(e) Conf. comment. IV. de archid. eccleſiæ Aſchaffenb. cap. 3.

(f) Confer. comment. V. de archidiac. S. Petri.

(g) Diœceſin Moguntinam ſeculis anterioribus ad Lahnam fluvium uſque procurriſſe diſcimus é chartis, quas ex eccleſiæ colleg. Limburgenſis tabulario editas habemus in *actis acad. ſcient. Theodoro Palat.* vol. III, pag. 81. ſq.

Notat equidem ab *Hontheim hiſt. dipl. Trev. T. I pag.* 258 Limburgam ſerius ſeculo ſcilicet XI. Trevirenſi archidiœceſi acceſſiſſe, ante autem ſub Moguntina fuiſſe, obſervante Browero in annalibus & *Maſenio in archidioec. Trevir. MS. lib. II. c. 28.* Sed aliud documenta ſeculi XII loquuntur. Facta demum diœceſis immutatione collatio præpoſituræ Limburgenſis remanſit penes Archiepiſcopos Moguntinos, prout teſtantur chartæ quam plurimæ, é quibus ſolummodo unam ſubnectimus.

I.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Theodoricus* Dei gratia Trevirorum Archiepiſcopus omnibus in perpetuum eccleſiis nobis commiſſis. Impenſa beneficia tanta nos decet proviſione munire, ne malignorum inſidiis contra ipſam quidquam valeat ſaltem de facto imposterum attentari. Notum ergo eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod cum dilectus filius *Everhardus* Prepoſitus in *Limburg* eccleſiam in *Berge*, item eccleſiam parochialem *Nicolai* in *Limburg*, in quibus jus patronatus habuerat ampliationi prebendarum fratrum ſuorum in *Limburg* modis omnibus intendens eisdem peteret aſſignari. habito ſuper his conſenſu venerabilis fratris Archiepiſcopi *Siſridi* cognati noſtri dilectiſſimi ad cujus donationem dicti loci prepoſitura pertinebat nec non capituli ſui Moguntini nos ejusdem petitionem & pium propoſitum quantum licuit & quantum valuimus ex officii noſtri debito promovere volentes de aſſenſu capituli noſtri Trevirenſis necnon & *Arnoldi* majoris Prepoſiti & archidiaconi loci conſanguinei noſtri, noſtrum tamen & ſucceſſorum noſtrorum archidiaconorum quoque qui pro tempore fuerint per omnia ſalvo jure, dictas eccleſias contulimus fratribus memoratis ea proviſione adhibita ut in iisdem eccleſiis cum ipſas vacare contigerit ad preſentationem fratrum eorundem inſtituantur perſone

Digitized by Google

ab Archidiacono loci in parochia de *Limburg* unus canonicorum, qui frater ſit capituli in Limburg ſacerdos vel qui poſſit & velit infra ſpatium unius anni vel duorum presbiteratus promoveri ad ordines & in eâdem perſonaliter deſervire & cum ſtipendio medietatem omnium proventuum ipſius eccleſie volumus aſſignari in reliqua vero *Berge* ſcilicet perſona undecunque aſſumenda que & in ipſa poſſit & velit perſonaliter deſervire cui etiam decimas in *Veten* in *Werſe* in *Nauheim* excepta portione campanario deputata & tres manſos in *Berge* & in *Neſtebach* & in *Nuheim* inſuper cenſus qui aſcendunt ad triginta ſolidos Colonienſes preterea manipulos qui vulgo dicuntur Leſegave & oblationes pro beneficio duximus deputanda reſiduis omnibus utriusque eccleſie proventibus meliorationi prebendarum ſepedictorum fratrum impoſterum profuturis. Item volumus ut amotis laicis qui hactenus adminiſtrabant fratribus prebendas nulli laicorum de cetero talis adminiſtratio permittatur. Item cum *Hermannus* quondam Prepoſitus in Limburg quedam bona contulit eidem eccleſie & ſecundum ordinationem fratrum ejuſdem Decanus marcam Colonienſem quatuor denariis minus & quatuor maldera tritici & reſiduum fratres percipere debeant, ordinationem hujusmodi ratam habemus eandem ſicut juſte facta eſt & provide confirmantes. Ut autem hec rata permaneant & debita ſtabilitate firmentur preſens ſcriptum inde confectum noſtri necnon memoratorum capituli & Archidiaconi Trevirenſis ſigillorum munimine roboratum fratribus tradidimus antedictis. Datum *Confluentie* Anno Dni. Milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto, pontificatus noſtri anno vigeſimo tertio.

(h) Utriuſque eccleſiæ archidiaconatus exhibebit *Commentatio IX.*

(i) Regiſtrum ſancte ſynodi celebrande pro tempore in terminis prepoſiture beate *Marie ad gradus* Maguntinenſis necnon omnium beneficiorum ſub jurisdictione ejusdem prepoſiture. —

Nota quod ſynodus ſancta ſingulis annis ſolet celebrari in oppido *Frideborg* & in eccleſia parochiali ibidem feria quinta poſt dominicam reminiſcere; & Dominus Præpoſitus vel preſidens pro tunc ſynodo prandium facit ſcabinis juratis ſynodi & dantur de qualibet domo ibidem inhabitabili videlicet in qua homines habitant duo hlr. pro jure ſynodali —

Item

Digitized by Google

Item in ſedibus ejusdem prepoſiture ſolèt celebrari ſancta ſynodus in hunc modum & fuit ita tentum ab antiquo, videlicet quod unus commiſſarius preſedit in ambabus ſedibus, ſed hoc poſſet mutari, videlicet, quod iſte ſedes dividerentur, ita quod duo commiſſarii preſiderent & inciperent una die; unus in ſede una & alter in alia.

Primo in craſtino aſſumptionis, poſito quod feſtum ſit in dominica & ſit feria ſecunda in *Carben* hora miſſe & dabunt ibidem pro ſervicio iij libr. hlr & xiij ß & octale avene & dimidium quartale vini & pertinet illac *Carben major* villa & *Keuchen* & *Burggreverode*. Item eodem die in *Rendel* hora veſperarum & dabunt pro ſervicio v ß hlr. & unum quartale vini & procurabunt ibidem decimatores & pernoctabunt ibi.

Feria tercia. In *Budeſcheim* hora miſſe & dabunt pro ſervicio xxx ß & ij capones. Item eodem die hora veſperarum in *Kylianſtede* & dabunt pro ſervicio iij. libr. & procurabitur & pernoctabunt ibi.

Feria quarta. In *Dorfeldin* hora miſſe & dabunt pro ſervicio xxx ſol. Item eodem die in *Wachenbuche* hora veſperarum & dabunt pro ſervicio xxx ß & unum octale avene & procurabunt bene & pernoctabunt.

Feria quinta. In *Hôenſtad* hora miſſe & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr & procurabunt & illac pertinet villa *Graslog*. Item eodem die facto prandio in *Biſchoffsheim* & dabunt pro ſervicio xviij ſol. & ibidem cedunt ix hlr. de una vinea quam habet *Henſelmus Glockener* & ij capones de molendino. Item eodem die hora veſperarum in *Keſſelſtad* & dabunt pro ſervicio iiij libr. & dabunt plenum ſervicium & pernoctabunt ibidem.

Feria ſexta. In *Mittelbuchen* hora miſſe & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr. & procurabunt. Item eodem die facto prandio in *Bruchkebil* & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr.

Item

Item eodem die hora veſperarum in *Rosdorff* & dabunt pro ſervicio xxxvi ß & dabunt plenum ſervicium.

Sabato. In *Langendiepach* hora miſſe & dabunt pro ſervicio xxxvi ß. hlr. & pertinet illac *Ruckingen.* — Item eodem die in *ſuperiori Uſekeim* facto prandio & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr. — Item eodem die in *inferiori Uſekeim* hora veſperarum & dabunt pro ſervicio ij libr. hlr. & ij cap.

Dominica octava aſſumptionis. Hora miſſe in *Rudekeim* & dabunt pro ſervicio i libr. hlr. & procurabunt ibidem & pertinet illac *Ranfoldehuſen* — Item eod. die facto prandio ſi placet in *Markhebil.* Tamen paſtor ejuſdem eccleſie dicit celebrationem illius ſynodi ad ipſum paſtorem ſpectare, quo jure neſcio. Item eodem die hora veſperarum in *Oſtheim* & dabunt plenum ſervicium & ibidem pernoctabunt & pertinet ibidem ad ſynodum oppidani in *Wonecken* & dabunt cum hoc xxx ſol.

Feria ſecunda. In vigilia *Bartholomei* hora miſſe in *Heldebergen* & dabunt pro ſervicio i libr. hlr. & pertinet illac *Eychen.* Item eodem die hora veſperarum in *Rodenbach* & dabunt pro ſervicio iiij libr. & procurabunt plenum ſervicium & pertinet illac *Lintheim* & *Aldinſtad.*

Feria tercia. In die ſancti Bartholomei hora miſſe *zum heyn* & dabunt pro ſervicio xxx ſol. & ij cap. & pertinet illac *Höeſt.* — Item eodem die facto prandio in *Eckartshuſen* & dabunt pro ſervicio ij libr. & pernoctabunt & dabunt cap. ij & pertinet illac *Bergheim.*

Feria quarta. In *Grinda* hora miſſe & dabunt pro ſervicio iij libr. & unum octale avene & pernoctabunt in *Salmonſter.*

Feria quinta. In *Salmonſter* hora miſſe & dabunt pro ſervicio xv ſol. de decimis quas habent illi *von Hutten* & dabunt ſex maldra avene. — Illac pertinet oppidum *Stegna* & ville *Ubenawe Wechtilspach, Sodel* & *Ulnbach.* — Item

eodem

eodem die facto prandio in *Udenheim* & nichil pro ſervicio & pernoctabunt in *Flaſchbach*. Illac pertinent *Hellmſteyn*, *Spielberg* & *Stridberg*.

Feria ſexta. In *Flaſchbach* hora miſſe. Sed tamen ſolet celebrari in oppido *Weinges* quod pertinet illac propter ſecuritatem & dabunt pro ſervicio duas marcas den. & ſex maldra avene & pertinet eciam illac capella in *Wernis*. — Item eodem die in *Gandern* hora veſperarum & dabunt pro ſervicio v libr. hlr. & vi maldra avene & x pullos & pernoctabunt ibidem. Et pertinent illac eccleſie filiales in *ſuperiori*, *mediocri* & *inferiori Symen* & in *Wolkartheim*.

Sabbato. Hora miſſe in *Swykershuſen* & dabunt pro ſervicio xviij ſol. hlr. & procurabunt. & pertinet illac *Liesperg*. Jura ſynodalia in illa ſede extendunt ſe ſecundum regiſtrum ad LXI libr. & xix ſol. & viginti maldra avene illius menſure videlicet *uff dem Fogelsberge*.

Orba. Nota, quod ſynodus ſancta laycalis celebratur in *Orba* poſt feſtum Trinitatis per plebanum ſive rectorem ejuſdem eccleſie per commiſionem Domini Prepoſiti eccleſie beate *Marie ad gradus* Maguntinenſis; & idem plebanus dabit Prepoſito pro ſynodo & accuſatis & juribus ſynodalibus exceptis cauſis matrimonialibus decem florenos Renenſes & idem plebanus tenetur omni anno recipere commiſſionem ſuper hoc á Prepoſito eccleſie beate *Marie* predicte pro tempore exiſtente.

REGISTRUM

Synodi celebrande in ſede Friedeberg.

Primo feria ſecunda. Poſt decolationem ſancti *Johannis Baptiſte* in villa *Nuheim* hora miſſe & dabunt ibidem pro ſervicio iij libr. hallen. — Item eodem die facto prandio *in monte Nuheim* & dabunt pro ſervicio duas marcas denar.

& pertinent illac filiales eccleſie primó in *Steinfurd.* — Item eccleſia in *Dorheim.* Item eccleſia in *Oſſinheim.* — Item eodem die hora veſperarum in *Morle* & pernoctabunt & procurabunt bene & dabunt ibidem pro ſervicio i marcam & iiij octalia avene & pertinent illac filiales eccleſie videlicet capella in *Hufftiſſheim* & eccleſia in *Langenheim.*

Feria tertia. Poſt decollationem *ſancti Johannis* in *Holzberg* hora miſſe & dabunt pro ſervicio ij libr. hlr. & iiij octalia avene. — Eodem die facto prandio in *Paſſinwiſbach* & dabunt pro ſervicio i maldrum avene. Item eodem die hora veſperarum in *Werheim* & pernoctabunt ibidem & procurabunt & dabunt pro ſervicio iiiij libr. hlr. & tria maldra avene & iiij pullos.

Feria quarta. Hora miſſæ in *Uſungen* & dabunt pro ſervicio ij marcas denar. & duo octalia avene. — Item eodem die facto prandio in *Martinshuſen* & dabunt pro ſervicio xxxvi ſol. hlr. & pertinet illac filialis eccleſia videlicet capella in *antiquo Wilnauw* — Item eodem die hora veſperarum in *Grevenwiſpach* & pernoctabunt & dabunt pro ſervicio iij libr hlr. & v maldra avene.

Feria quinta. Hora miſſe in *Monſtir* vel in *Hoenwiſſel* & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr. & xij octalia avene, ſed *Monſtir* eſt paſtoria — *Hoenwiſſel* filialis — Item eodem die facto prandio in *Huſen* & dabunt pro ſervicio xxiiij ß. hlr. — Item eodem die hora veſperarum in *inferiori Wiſſel* & dabunt pro ſervicio i marcam & pernoctabunt in *Buczpach* & procurabunt de nocte & de mane. Et pertinent illac filialis eccleſie videlicet *Oſtheim* & *Griedel.*

Feria ſexta. Hora miſſe in *Buczpach* ibi tenentur procurare die noctuque. Item eodem die facto prandio in *Oppirshoffen* & dabunt pro ſervicio xviij ß. — Item eodem die

die hora veſperarum in *Rockenberg* & pernoctabunt ibidem & dabunt pro ſervicio xxiiij ß. hlr.

Sabbato. Hora miſſe in *Gambach* & dabunt pro ſervicio iij marc. den & x ß. hlr. & unum quartale vini melioris. Et pertinent illac filiales eccleſie videlicet capella in *ſuperiori Hergin* & in *inferiori Hergin* — Item eodem die in *Gruningen* hora veſperarum & dabunt pro ſervicio ij marcas denar. & unum quartale vini & 1 octale avene & pernoctabunt in *Arnſpurg* & procurabunt & pertinet illac filialis eccleſia in *Holzheim* & capella in *Golle.*

Feria ſecunda poſt octavam decollationis ſancti Johannis Baptiſte. Hora miſſe in *Maſſenheim* & dabunt pro ſervicio xxx ß. hlr. — Et pertinent illac filiales eccleſie in *Birkelar* & in *Bittenhuſen.* — Eodem die facto prandio in *Treyſe* & dabunt pro ſervicio ij libr. hlr. & habet filialem eccleſiam in *Gelſtad.* Eodem die hora veſperarum in *Obirnhofin* & dabunt pro ſervicio ij libr. hlr. & ibidem pernoctabunt.

Feria tertia poſt octav. &c. Hora miſſe in *Berſtad* & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr. & v ſol. hlr. & cum hoc procurabunt, illac pertinent filiales eccleſie & ſunt ſeparate in *Wanebach* & in *Beldirsheim* — Item eodem die hora veſperarum in *Hounghen* & dabunt pro ſervicio xxiij ſol. & 1 octale avene & iij. pullos & bene procurabunt & pertinent illac filiales eccleſie in *Fildeln* in *Lunrade*, in *Masfeldin* & ſunt ſeparate. Item capella in *Langendorff.*

Feria quarta ſequente. Hora miſſe in *Radeheim* prope *Nidde* & dabunt pro ſervicio ij libr. viii ſol. & ix metretas avene & ix pullos. Eodem die in *Ulffe* hora veſperarum & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr. & xij metretas avene & xij pullos & pernoctabunt in *Schotten* & paſtor bene procurabit.

Feria quinta. In *Schotten* hora miſſe & dabunt pro ſervicio ij libr. hlr. & xi maldra avene & unum maldrum avene pro equis & unum quartale vini & ſeptem pullos ſecundum antiquum regiſtrum. Et pertinent illac filiales eccleſie in *Rudingesheim* & in *Reynrode* — Eodem die facto prandio in *Huchenheim* & dabunt pro ſervicio xxvj ſol. hlr. & unum maldrum avene. Eodem die hora veſperarum in *Bruningesheim* & dabunt xxvj ß. hlr. & unum maldrum avene.

Feria ſexta. In *Wengirshuſen* hora miſſe & dabunt pro ſervicio xxxvj ſol. hlr. & viij octalia avene & ibidem cedit linum. Et pertinent illac filiales videlicet capelle in *Eygelsaſſen* & *Eſchenrade* & in *Kulſtoff* — Eodem die facto prandio in *Walderdehuſen* & dabunt pro ſervicio ij libr. hlr. & iiij metretas avene — Et pertinent illac filiales in *Furbach* & in *Leiſſa* — Eodem die hora veſperarum in *Nydde* & dabunt pro ſervicio iiij libr. hlr. & ibidem pernoctabunt & procurabunt.

Sabbato. Hora miſſe in *Wederheim* & dabunt pro ſervicio xxx ſol. hlr. & iiij metretas avene & iiij pullos. Et illac pertinet capella in *Rosdorff* — Eodem die facto prandio in *Geisnid* & dabunt pro ſervicio xxiiij ſol. hlr. Eodem die hora veſperarum in *Durenheim* & pernoctabunt ibidem & procurabunt & dabunt iiij libr. hlr. Et illac pertinent filiales eccleſie videlicet capella in *Blafeld* non ſeparata & eccleſia in *Leichikén* ſeparata.

Feria ſecunda. Poſt feſtum nativitatis *beate Marie Virginis*. Hora miſſe in *Echczil* & procurabunt & dabunt iij. marc. denar. Et illac pertinet eccleſia parochialis in *Richelsheim* ſeparata — Eodem die in *Sodil* facto prandio & dabunt pro ſervicio v libr. hlr. & unum quartale vini & unum octale avene — Eodem die hora veſperarum in

Mel-

Melpach & procurabunt ibidem & dabunt pro ſervicio vi libr. hlr. Et pertinet illac eccleſia in *Beinheim* & eccleſia in *Wyſſenheim* nec non capella in *Weckirsheim* non ſeparata.

Feria tercia. Hora miſſe in *Flanſtad* & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr. Et pertinent illac filiales eccleſie ſeparate videlicet eccleſia in *Stainheim*, in *Staden*, in *Hegeheym* in *Dorremaſſenheim* — Eodem die hora veſperarum in *Sternbach* & dabunt pro ſervicio iij libr. hlr. Et pertinet illac filialis eccleſia in *Burenheym*.

Feria quarta ſequente. Hora miſſe in *Wolnſtad* & procurabunt bené & nichil dabunt pro ſervicio. Et pertinet illac filialis eccleſia in *ſuperiori Wolnſtad* — Eodem die hora veſperarum in *Radeheim* prope *Fredeberg* & bené procurabunt ſecundum regiſtrum & pernoctabunt ibidem & dabunt pro ſervicio duas marcas.

Feria quinta. Hora miſſe in *Straſsheim* & dabunt pro ſervicio viij libr. hlr. Et habet filiales eccleſias ſeparatas videlicet in *Oxſtad*, in *ſuperiori Roſpach*, in *Bruchenbruchen*, in *inferiori Roſpach*. Item in *Furbach* — Eodem die hora veſperarum in *Swalheim* & dabunt pro ſervicio xviij ſol. hlr. Jura ſynodalia in illa ſede extendunt ſe in pecunia ad centum & ix libr. & iiij ſol. hlr. In avena ad LXvij maldr. & I octale. Summa ſummarum in pecunia CLXXi libr. iii ſol. hlr.

Summa ſummarum avene LXXXviij maldr. illius menſure.

Inſtituendus ad eccleſiam parochialem curam habentem examinetur primo: in legendo, conſtituendo & exponendo, ſi intelligat latinum, quod poſſit predicare ad populum & ei verbum ſalutis proponere? Item interrogetur: quot ſunt ſacramenta & que ſunt? Item de baptiſmo que ſit forma verborum & ſi aliquid poſſit addi ad iſta verba vel etiam aliquid poſſit minui vel mutari? Item ſi in baptizando aliquid addatur ad iſta verba, minuatur vel mu-

tetur, quid ſit tunc faciendum? Item interrogetur, quomodo ſit tenendum cum infantulis, quos mulieres baptizant, & ſi in aliquo alio quam in aquâ poſſit fieri baptiſmus? Item interrogetur de penitentia & quot ſunt partes penitentie? Item quid ſit agendum cum illis, qui faciunt confeſſionem & non habent propoſitum abſtinendi à peccatis?

Item ſi ſciat caſus in quo ipſe non habet abſolvere videlicet papales & epiſcopales. Item ſi confeſſio alicujus in aliquo caſu ſit revelanda? Item quot ſunt peccata mortalia & quot ſunt præcepta Domini & quod iſta enumeret? Item quomodo excommunicati ſunt vitandi? Item ſi excommunicatus in articulo mortis ſit communicandus corpore Chriſti? Item quomodo excommunicatus ſit ſepeliendus? Item ſi homo non daret ſibi offertoria an vellet ſibi ſubtrahere communionem. Item ſi non legaret ſibi homo aliquid an propterea vellet ſibi ſubtrahere ſepulturam? Nota: plures poſſunt fieri interrogationes ſecundum placitum diſcreti archidiaconi — Item ſi non cognoſcitur bene producat teſtes de laudabili vita & honeſta converſacione ſua, poſtea faciat juramentum de obedientia ordinarii & Prepoſiti ſeu Archidiaconi ſui & non alienando bona vel ornamenta eccleſie & de recuperando alienata — Item juret quod non dederit nec promiſſerit & quod non ſciat aliquem qui dederit vel promiſerit aliquid quod ſibi collata eſt iſta eccleſia. Et quod nulla illicita pactio ſeu ſymoniaca pravitas intervenerit. Item quod ſciat quod pater aut avus aut proavus ſuus non interfecerit aliquem presbyterum. Cetere ſolempnitates addantur, ut eſt conſultum & diligenter notentur hic ſtatuta provincialia & ſynodalia, quod non pueri inſtituantur, & cetera que ibi narrantur.

Hujus ſedis ſigillum refert pelicanum calici inſiſtentem pulloſque cruore ſuo nutrientem, addito anno 1526 cum inſcriptione: SIGILLUM CAPITULI SEDIS FRIDEBERG.

(k) Su-

(k) Supereſt juſtæ molis codex continens ſedis Fridbergenſis reditus in pecuniis & frumentis, exin litteras ſequentes damus.

II.

Nos ſcultetus ſcabini & conſules de Frideberg ad cunctorum noticiam deducamus publice proteſtantes quod *Wigandus de Alpach* armiger noſter concivis in nostra preſencia conſtitutus recognovit manifeſte quod ipſe & *Kuſa* ejus uxor legitima & ſui liberi *Ludewico de Aſchaffinburg* ſacerdoti ſingulis annis perpetuis temporibus futuris infra duo feſta videlicet aſumpcionis & nativitatis beate Marie virginis ſeptem octalia ſiliginis cum dimidio de una curia ſita in villa *Maſſenheim* que fuerat quondam *Johannis de Oſſenheim* & decem & ſeptem jugeribus terre arabilis & de uno jugere prati que ad eandem curiam pertinet in recompenſam quorundam bonorum feodalium que idem Lodewicus ipſis libere reſignavit expedite preſentare & exſolvere debebunt, qui quidem agri jacent in locis infra ſcriptis tria jugera prope predictam villam Maſſenheim juxta viam verſus *Weckensheim* & in eodem campo octo jugera cum uno jugere attingentia locum dictum der bornengrabe item tria jugera in via verſus Weckensheim item duo jugera in via verſus *Richelsheim* jacentia cum uno jugere prati ibidem talibus conditionibus interjectis quod prefatus Lo. redditus dicte annone obligare tradere aſſignare legare a quocumque a modo alienare poterit pro ſuo libitu voluntatis predictorum condicione nullatenus obſtante; nichilominus tamen Wi. Ku. & liberi ipſorum cum totidem redditus annone in loco equo certo & bono jacentes comparare poterunt & ipſi Lodewico aſſignare tunc curia cum agris predictis de penſione predicta erunt liberi atque quiti & ne prefatus Lodewicus defraudari valeat in aliquo premiſſorum ipſi ſibi curiam cum agris predictis pro interpignore obligarunt quod ſi negligentes fuerint in ſolucione dicte penſionis ex tunc ipſe Lodewicus ad dictam curiam & agros prenotatos recurſum liberum habebit & regreſſum. Teſtes preſentes fuerant *Wigandus* miles de *Alpach*, *Jungo* de *Lympurg*, *Johannes* de *Rodechin* & *Engel junior* & quam plures alii datum anno Dni M° CCC° XVIII.° ipſo die beate Agnetis virginis.

Prædicti redditus venditi ſunt Archipresbitero cammerario & capitulo in *Frideberg* anno M° CCC° XXXVI. in vigilia circumciſionis Dni.

III.

Nos frater *Wi. Prior* totusque conventus in Frideberg fratrum heremitarum ordinis ſ. Auguſtini univerſis hoc ſcriptum intuentibus ſeu audientibus cupimus fieri manifeſtum quod *Lucardis relicta quondam Heinrici de Rodeheim* civis Fridebergenſis nobis dilecta & Deo devota apud nos & ſucceſſores noſtros unam miſſam perpetuam cottidie in choro ſuper altari majori poſt miſſam conventus dicendam exceptis diebus quibus duas miſſas cum nota celebrabimus rationabilibus quoque cauſis intervenientibus ob ipſius anime maritique ſui premortui & omnium parentum ſuorum ſalutem comparavit tali conditionis formula quodſi predictam miſſam dicere ſeu continuare ut premittitur recuſaverimus ex tunc nos & poſteri noſtri duas libras hllſ. perpetue penſionis capitulo quod celebratur in Frideberg duasque libras hllſ. ad parochiam & duas libras hallſ. ad *capellam* ſ. Nicolai extra portam Moguntinam ſingulis annis miniſtrare debemus. Item recognoſcimus nos ex parte Lucardis predicte ad redditus xij ſolidorum den. levium perpetuos qui nobis de ortis *Conradi* dicti *Vinke* & *Sifridi* fratris ſui cedunt ſive dantur annuatim ut infra notatur diſtribuendos obligaſſe ita quod capitulo prenotato in Frideberg celebrando poſt feſtum purificationis *ſ. Marie* iiij^{or} ſolid. den. ut eo attencius predictam miſſam etiam reſpiciant porrigamus. Item ad parochiam iiij^{or} ſol. den. quorum duos maritus ejus legavit defunctus videlicet ad fabricam ſ. Marie unum ſol. den. plebano unum ſol. den. ſocio ſuo ſex den. & reſiduos xviii denar. ſacerdotibus in vigiliis eorum & in miſſa in feſto kathedre ſ. Petri preſentemus. Item ſacerdoti celebranti in capella prenotata duos ſol. denar. ſacerdoti ad hoſpitale ſex denar. ad lumen ibidem ſex denar. Sacerdoti ad Leproſos ſex denar. & ad lumen ibidem ſex denar. in feſto prenotato procuremus ſub tali pena quodſi prefatam pecuniam terminis ſuis deputatis non daremus tunc altera die nos ipſam geminare oporteret. Ut igitur hec ſupra ſcripta robur perpetuum ſortiantur preſens confectum ſigillorum capituli & noſtri munimine duximus roborandum. Datum anno Dni M° CCC°l xviij° feria tercia ante feſtum ſ. Martini.

IV.

Kund ſy allen guden luden die dieſen brief ſehent horent adir leſent daz wir *Wigant von Buches* edel knecht und *Agnes* ſin eliche Wirten erkennen uffinlichen daz wir mit berademe mude vorbedacht und ganzem willen virkeuffin und han virkaufft recht und redlich und gentzeliche tzu nutze uns und unſern irben den erbern wiſen geiſtlichen luden deme Ertzpriſter deme kemmerer und deme gantzen capitele gemeinlichen des ſtules tzu Frideberg xx morgen

und

und achte wieſen rechtlichens eygens wole gemeſen gelegen in der termenunge des dorffis und gerichtis tzu *Berſtad* mit namen eynen morgen by *Imichen Lotzen* an der obirſten wieſen item daſelbis forbaſs 1 morgen an hern *Conrad von Buches* It. 1 morgen an *Henckelen Hartlybe* der *Henckeln Echtzelers* waz It. vi rude behaldent iij morgen by herrn *Conrad von Buches* vorgenannt It. vi ruden behaldent iiij morgen an Imichen *Gerlach von Londorff* Item iiij. ruden haldent iij. morgen an hern *Johann von Linden* It. 1 morgen an deme pherrer item x ruden haldent vi morgen auch an deme pherrer. It. ii morgen an hern *Cunen von Beldirsheim* it. iiij morgen die da an hern *Johann von Linden* ſint gelegin. Item iij morgen uberleuffit an allen Wiſen vorgeſagt und c und xxvi phunt heller genger und gebir Frideberger werunge der uns die vorgenannte herren Ertzpriſter Kemerer und diffinitores von ers gemeynen Capitels wegen gutlich gentzelich und gar betzalit han und ſagen ſie ynne diſeme geinwortigen briefe der vorgenannten ſumme geldis ledig quyd und lois und wir *Wigant von Buches* und *Agnes* vorgenannt eliche lude virtzihen und han virtzigen der vorgenant xxviij morgen wieſen daſelbis . . . .

By diſme kauffe und ordnunge dirre vorgeſchriben dinge ſint geweſt die erbern lude Drochtlip der alde Wigant Echtzeler der alde Contze Beſſunger und Johan Becker ſcheffin tzu *Berſtad* herr *Gerlach* pherrer tzu *Berſtad* und herr *Ditwin* vicarius daſelbis des wir mit eynander bekennen undir ingeſigel des egenanten junchern *Wigants* hern *Johann von Linden* ritters des eldiſten und hern Gerlachis pherrers dickegenanten und wir her *Johan von Linden* ritter vorgenant und *Gerlach* pherrer tzu *Berſtad* irkennen uns daz wir durch bede willen des obegenanten *Wigants* und *Agnes* ſiner elichen wirten und yrer irben unſere eigen ingeſigel an diſen briefe han gehangen by ingeſigel des obgenanten *Wigants* von *Buchis* tzu eyme waren orkunde und veſtenunge hirubir Datum anno Dni M° ccc° lxvi° ſabbato proximo poſt feſtum omnium ſanctorum.

V.

Ich *Heinrich* genant von *Steinheim* priſter altariſte ſente *Georgen* altaris in der parre kirchen tzu *Mintzenberg* gelegen bekennen uffinlichen vür mich und alle myne irben vor allen guden luden die dieſen brief ſehen adir horen leſen daz ich von etzwan *Happeln* von *Steinheim* mynes vadirs wegen und *Hedewige* myner muder ſelgen wegen den God gnade bewiſen und ſetzen recht und redeliche den erbern hern deme ertzpriſter kemmerer und deme gemeynen

capittele des ſtules tzu *Fridеberg* umb daz ſie gemeinlich eweclich vür ere ſele myner und aller unſir aldern ſele unſern herren God ſollen bitdin eyn ewig achtel korns Mintzenbergir maſſis alle jar tzuſchen den tzweyn unſer Frauen tagen als ſie tzu hymmel foer und gebornen wart mit unſer koſt und erbeid tzu *Mintzenberg* uff eyn huſſ tzu weren wor wir von eyme kemmerer des vorgenanten capittels gewiſet ader geheiſſen werden und ſetzen yn darfur tzu rechten underpanden die eckere die hernach geſchriben ſten die gelegen ſint in velde und termenye des dorffis tzu *Dreyſe* by *Mintzenberg* tzu deme irſten eyn ſtucke gelegen uff der leng gruben und iſt rechtlich eigen unden an hern *Johan Arnheim* den man nennet *Seilnff* und lyt vür ij morgen und wy man daz findit myner adir me. Item i morgen get mit eyme orte ubir die herſtraſſen an *Kuntzel Molner* auch rechtlich eygen iz ſy myner adir me. Und welichs jaris ich adir myne irben adir wer diſe vorgeſchriben undirpand ynne had nit geben und wereten als vorgeſchriben iſt ſo mag eyn kemmerer des vorgenanten capittels und eyn iglich capittel bruder von des capittels heiſſen und wiſſen die vorgeſchriben undirpande uffhaben nach des landis recht und gewonheit und ſulde daz vorgenante capittel dun mit denſelbin undirpanden als mit ſyme gude by diſer bewiſunge und ſatzunge ſint tzu getzugnuſſe geheiſchen und geweſt diſe erbern wiſen lude her *Mielis* perrer tzu *Dreyſe* vorgenant die erbern feſten *Conrad von Dreyſe* und *Conrad Roſt* von *Dreiſe* edel knechte richtere des gerichtis daſelbis *Conrad Hobemann* und *Hermann Hirpe* geſeſſen nachgebure tzu *Dreiſe* und andirs me irbern lude und daz alle diſſe vorgeſchriben rede ewekliche ſtede und feſte blibe ſo han ich *Henrich von Steynheim* priſter vorgenant myn eygen ingeſigel tzu getzugniſſe an diſſen brif gehangen und tzu merer ſicherheit und feſtekeit all vorgeſagter dinge ſo han ich mit fliſſe gebedin die erbern feſte edelknechte *Conrad von Dreiſe* und *Conrad Roſt* von *Dreiſe* richter daſelbis vorgenant das derſelbe *Conrad Roſt* durch myner bede willen vür ſich und *Conrad* von *Dreiſe* vorgenant ſin eigen ingeſigel tzu getzugniſſe an diſen briff had gehangen und ich *Conrad* von *Dreiſe* rechtir daſ lbis bekennen uffinberlich daz ich durch bede willen hern *Heinrich* von *Steinheim* priſters vorgenant gebeden han *Conrad Roſten* von *Dreiſe* rychter auch daſelbis daz he ſin ingeſigel vür yn ſelbis und vür mich an diſen brif had gehangen des ich *Conrad Roſt* von *Dreiſe* rychter daſelbis auch offenlich bekennen. Datum anno Dni M° CCC° LXX. VI° ipſo die beati Nicolai Pontificis.

In

VI.

In Godes namen amen. Kund ſy allen den dieſen geinwertigen uffinbar briefe und inſtrumente ſehent ader horent leſen daz nach Chriſtus geburte drutzehen hondert jar in deme vier und achtzegiſtene jare der ſyebenden indictien Babeſtumes des Allirheil giſten in Gote fatirs und herren unſers herren *Urbanis* von Godis gnaden des ſeſten Babiſtes in deme ſeſtin jare ſiner babiſtlechir wirdekeit und kronunge an dem achtzenden tage des mandis genant tzu latine Januarius daz waz uff den mantag nach ſente Anthoniges tage an dem ſelben tage umb adir tzu ſexte tzyt in deme dorffe tzu *Steynfurt* Mentzer biſthumes undir deme ſpielhuſe vor deme kirchobe gelegen da man ſpollegit gerichte zu halten da ſelbis an gerichte in gein wortkeit myn uffin ſchribers und der ſtrengen rittern hern *Gilbert Lewen von Steinfurt* des eldiſten hern *Sibolden Lewen* von *Steinfurt* ſins brudirs ritter und dirre hernach geſchriben ſchultheiſſen ſcheffin und getzugen hant geſtanden die erbern geiſtlichen hern der Ertzprieſter der kemmerer des gemeynen capittels tzu *Frideberg* von er ſelbis wegen und von des gemeynen capitels wegen tzu *Frideberg* Mentzer biſtumes uff eyne ſyten und *Henne* von *Virnburg* burger tzu *Franckfurt* vur ſich vur *Katherine* ſine elichen husfrauwen und vur ire irben uff die andern und ſprach und virgach *Henne tzu Virnburg* egenant mit waren worthen an gerichte vor dieſen hiernach geſchriben herren herren *Gilbrecht* herrn *Sibolde* herrn deſſelbin gerichtes vor ſchultheis und ſcheffin deſſelbin gerichtes daz he recht und redelichen hette virkaufft und hat virkaufft den erbirn geiſtlichen herren deme Ertzpriſter kemerer hie vorgeſagt und deme gemeynen capittele tzu *Frideberg* und eren nachkommenden xi achtel ewiger und jerlicher korngulde gudir fruchte gudis durren korns die da gelegen ſint in deme gerichte und termeyne des dorffis tzu *Steynfurt* mit huſe hoiſe garten lande wieſen die dar vur tzu undirpande ligent und ſallent ligen mit alme rechte und tzuhorunge alſe he und ſin erben die eylff achtel ewiger korngulde und undirpande inhatte und had gehaid nach lude eyns uffin brifes beſigelt under ingeſigel des feſtin ſtrengen ritters hern *Eberhard Leben* von *Steinfurt* denſelben brif da ynnen die xi achtel ewiger korngulde huſſ hoiff garten und wieſen und undirpande ynne beſchriben ſtend gab *Henne* tzu *Virnberg* mit beradem mude willeklich vür ſich und *Katherine* ſine eliche huſſfrauwe und vür yr irben uffinlichen an gerichte den egenanten herren deme Ertzpriſter kemerer und deme gemeynen capitele zu *Frideberg* und hiſſen der Ertzpriſter kemmerer und *Henne* zu *Virnberg* mich uffin hernach geſchribin ſchribir denſelbin beſigelten brif leſin von Wor-

then tzu worthe und auch geleſin daſelbis an gerichte ward von mir uffin ſchriber in aller der maſſe und von worthe zu worthe als hernach folget und geſchriben ſted und hebit ſich der beſigelte brif alſo ane: Ich *Contzechin Beckir* von *Steinfurt* und *Elheid* ſin eliche wirtin &c. und nach der leſunge diſſ hie vorgeſchriben briſſs ſo baid Henne zu *Virnberg* an gerichte ſchultheis und ſcheffin des gerichts zu *Steynfurt* ſich wiſen wy he den ertzpriſter dem kemerer und das gemeyn capittel zu *Frideberg* hebendig und ſicher gemechte des kauffis und der eylff achtel ewiger korngulde und lieſs he vür ſich vür *Katherine* ſine eliche huſſfrauwe und vür er irben die xi achtel ewiger korngulde laud undirpand an gerichte nach recht gewonheide und uſſwiſunge deſſelben gerichts und derſelbe ſchultheiſſ ſaſte den Ertzpriſter den kemmerer von des gemeinen capitels wegen und daz gemeyn capitel zu *Frideberg* darynne mit monde hande und halme nach rechte und gewonheit deſſelbin gerichts zu und mit alleme notze und zugehorunge als *Henne* und *Katherine* elude daz bis darynne hatten gehabit und gabin die obgenanten hern *Gilwert Lewe* ritter der eldiſte und her *Sibold Lewe* gebruder hern deſſelbin gerichts eren guten willen und virhengniſſe dartzu und vertzeich auch *Henno* tzu *Virnberg* vür ſich vür *Katherine* ſine eliche huſſfrau und vür ir irben uff die eylff achtel ewiger korngulde uf laud undirpand und uff den brief der darubir beſeid luderlich und ewecklich und behilden keyn recht me da ane und virtzey auch daruff *Katherine Hennen* tzu *Virnberg* eliche huſſfraue luterlich und ewecklich in eyme uffin brieff beſigelt undir *Jauchern Winthirs* ingeſigel *von Filmar* ſchulthes tzu *Franckfurt* der auch da geleſen wart von worthe tzu worthe als hernach folget: Ich *Katherine Hennen* tzu *Virnberg* eliche husfraue burgern zu *Frankfurt* erkennen mich uffinlich mit diſme brife alſo als *Henne* tzu *Virnberg* vorgenant myn elicher wirt verkaufft had xi achtel kornguld gelegin tzu *Steynfurt* deme Ertzpriſter und deme kemere und deme gemeynen capitele zu *Frideberg* daz derſelbe virkauff iſt geſcheen mit myme guden willen wiſtzen und virhengnoſſe und virtzihen auch daruff mit diſeme geinwortigen briſe luterlich und gentzeliche des tzu orkund ſo han ich *Katherine* vorgenant gebedin den veſtin man *Winther* von *Filmar* ſchulthes zu *Franckfurt* daz er ſin ingeſigel vur mich durch myn bede willen an diſen brif hat gedruckit und ich *Winther* von *Fylmar* ſchulthes vorgenant irkenn mich daz ich myn ingeſigel zu getzugniſſe durch der vorgenanten *Katherinen* bede willen an diſſen briffe gedruckit han. Datum anno Dni M CCC LXXXIIII in vigilia beati Anthonii confeſſoris, auch ſaſſ *Contze Becker* der lantſidel da geinwortig und ſprach und virgach daz he den obgenanten herren deme Ertzpriſter

deme

deme kemerern und deme gemeynen capitele zu *Fridsberg* und eren nachkommenden dy xi achtel ewiger korngulde jerlichen wulde geben und anclagen als he *hennen* und *Katherine* elude hette gedan und gabin auch dieſelbin hern deme ſchultes und ſcheffin eren win zu orkund nach deſſelbin gerichts gewonheit. Uber alle diſe vorgeſchriben ſtucke und artikele ſo badin und hiſſen die obgenante der Ertzpriſter und kemerer mich uffin ſchriber von des Romeſchin Keyſirs gewalt daz ich yn heruber mechte eyn tzwey adir wy file ſie bedorfften uffin inſtrumenta under der beſten formen datum & actum anno indictione pontificatu menſe die hora & loco quibus ſupra. preſentibus diſcretis viris *Anſelmo* plebano in *Steynfurt Johanne* dicto *Steyn* presbytero *Johanne* dicto *Greff* clerico *Rulone* dicto *Molnern* ſculteto in *Steinfurt Anſhelmo* dicto *Emiche Anſelmo* dicto *Kernern Conrado* dicto *Becker Hartmanno* quondam ſculteto *Wigando* dicto *Czynnenmann* ſcabinis in *Steynfurt* Magunt. dioc. pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Henricus* natus *Conradi de Dilnberg* clericus Treverenſis dyoceſis publicus imperiali auctoritate notarius quia preſcripte vendicioni recognicioni porreccioni tradicioni renunciacioni locacioni ſingulisque premiſſis modo quo preſcribitur una cum preſcriptis teſtibus preſens interfui eaque ſic cum eis fieri vidi & audivi ideo ad inſtantem requificionem predictorum Dominorum Archipresbiteri & camerarii premiſſa omnia & ſingula in hanc formam publicam redegi manu mea propria ſcripſi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium evidens omnium premiſſorum.

VII.

In Godes namen amen. Kund ſy allen frommen luden die diſſen geinwertigen briſe und uffin inſtrument ſehent adir horent leſen daz in deme jare als man tzalte duſent druhondirt jare darnach in deme achte und achtzigeſtem jare der eylffiten indictien Babiſtes des allerheiligiſten in Gode vatirs und herren *Urbans* von Godes gnaden des *feſten* Babiſtes in deme eylſiten jare ſiner babiſtlichen würdekeid cronunge an deme ſyebenden und tzwentzigſten dage des mandes tzu latine genant Auguſtus umb adir tzu ſexte tzyt in der ſtad tzu *Frideberg* Mentzer biſtums in der abir ſtuben des capitels huſſis da ſelbis zu Frideberg in geynwordikeid myn offenſchribers und diſſer nachgeſchriben getzuge hand geſtanden die erbern lude *Clais* vome *Heyne Gerlach* ſyn bruder hern *Johans* des paſtoris bruder von *Butzbach* burger tzu *Frideberg* und *Clare Clais* egenant eliche huſſrauwe mit guter virnonfft vorbedachtis mudis geſundis libes und bekanten

das ſoliche rede als uffgelauffen und uſskommen were in der ſtad wie daſ ſie ſulden han aneſpraehe zu demeſelben capitel huſe und ſich dartzu virmeſſen etlicher maſſe recht zu han des ſtunden ſie da ſementliche wole beradens mudes unbetwungen und bekanten und ſprachen daz ſie ſich keyner aneſprache virmeſſen noch wulten virmeſſen tzu deme genanten capitel huſe und durch merer ſicherheit allir rede ſo virtzigen ſie und han virtziegen gentzelich und luterlich vür ſie und alle ire irben eweclich zu haldene uff alle aneſprach die ſie mochten han adir hetten gehabit zu deme ſelben capitel huſe zu deme budeme und hoffereide dartzu horende noch zu hindern daz capitel da ane in keyne wiſe ane alle geverde als der viertzieg und erkentnuſſe geſchach da ſaſſen da die erſamen lude und herren herr *Johann* paſtor zu *Butzbach* Ertzprieſter herr *Anſhelm* parrer zu *Steynfurt* kemmerer her *Johann* paſtor zu *Houngen* herr *Clais* paſtor zu *Oberuhobin* herr *Eckard* parrer in der ſtad zu *Frideberg* herr *Crafft* parrer in der *burg Frideberg* herr *Pedir Quyedenbaum* zu *Radeheym* herr *Hildemar* parrer uff deme berge zu *Nuheim* diffinitores des capitels und ſtuhles zu *Frideberg* und baden und hiſſen mich offen ſchreiber nach geſchriben mit manunge myus eidis den ich deme riche han getan daz ich yn mechte ubir dye rede erkentnuſſe und virtzieg eyn zwey drü adir wie file ſie bedorfften uffin inſtrumenten under der beſten forme. Datum & actum anno indictione pontificatu menſe die hora & loco quibus ſupra preſentibus honeſtis viris Dno *Johanne Solechin* vicario in *Steden Diderico* modiatore in caſtro *Frideberg* morante *Walthero* dicto *Olesleger Heinrico* dicto *Scheppe Anſelmo* de *Butzbach* gener *Heilonis* dicti *Rechener* opidanis in *Frideberg* & *Johanne* dicto *Dinels* ſoin de *Fulden* pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Henricus* de *Butzbach* natus quondam *Johannis* de *Oppirshobin* clericus Magunt dyoc. publicus autoritate imperiali notarius quia relationi recognitioni & reſignationi pretactis & ſingulis aliis prefatis preſens interfui una cum teſtibus prenotatis eaque ſic fieri vidi & audivi ideo ſuper ipſis hoc publicum preſens inſtrumentum confeci manuque mea propria ſcripſi ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium evidens ſuper eo.

(1) Conferatur *Commentatio Vta* in qua privilegium ſpeciale eccleſiæ collegiatæ *ſ. Petri* extra muros *Mog.* indultum: de impendendis reditibus anno biſextili collectis cathedratico ſc. ad fabricam dictæ eccleſiæ ſœpius confirmatum proſtat.

VIII.

VIII.

(m) *Adolphus* d. g. &c. Honorabili devoto noſtro in Chriſto dilecto Magiſtro *Georio Folle* presbytero noſtre dioceſis ſalutem in Domino. Tibi de cujus legalitate & induſtria confidentiam gerimus ſpecialem, committimus & mandamus, quatenus ſynodum facias in ſede *Frideberg* in loco conſueto quoad clerum & populum nobis ſubjectum de anno inſtanti auctoritate noſtra reſpicias & viſites ac exceſſus eorundem ſubditorum noſtrorum per terminos ejuſdem ſedis examines inquiras & conſcribere facias, ac examinata & acuſata prout enormitas eorundem expoſcit & equitas ſuadebit rationis, fideliter corrigas aut ad nos remittas, contradictores & rebelles eccleſiaſticam per cenſuram compeſcendi, teſtes vero ſi qui nominati fuerint & ſe gratia odio timore vel favore ſubtraxerint, ſimiliter cenſura cogas veritati teſtimonium perhibere. Harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum à tergo appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra Moguntinenſi die viceſima ſecunda Februarii anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Ex his aliisque ſubſequentibus documentis facile corrigi poterunt ea quæ *Ayrmannus von dem ruralcapitel zu Fridberg apud Kuchenbecker in anal. Haſſ. coll. V. pag.* 123. *ſq.* minus ſolidé enarravit é ſchedis ibi recenſitis.

§. I.

Sequuntur beneficia ſita in praepoſitura b Mariae ad gradus Mogunt. & primo in ſede Frideborg.

IN OPPIDO FRIEDEBERG.

Primo eccleſia parochialis & eſt incorporata monialibus in monte *ſ. Ruperti.*

Altaria ibidem:

Altare *b. Marie Virginis.* Altare *S. Laurencii.* Altare *S. Katharine.* Altare *S. Nycolai.* Altare *S. Jodoci.* Altare *S. Crucis.* Altare *S. Martini.* Altare *omnium Sanctorum.*

Al-

Altare *S. Albani.* Altare *S. Johannis Evangeliſte.* Altare *S. Elizabeth duplex.* Altare *SS. Petri & Pauli.* Altare *S. Anne.* Altare *S. Marie Magdalene.* Altare *S. Leonardi.* Altare *S. Barbare.* Altare *SS. Symonis & Jude.* Capella *S. Leonardi.* In eâdem altare *SS. Marie & Kyliani.* Capella *S. Katharine.* In hoſpitale ibidem altare *S. Antonii.* Altare *S. Spiritus* ibidem. Altare *S. Agnetis* ibidem. In Capella S. Barbare extra muros oppidi predicti In capella leproſorum extra oppidum.

IX.

Jus patr. eccleſiae par. donatur monaſterio S. Ruperti.

Ludewicus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus dilectis in Chriſto magiſtre ac conventui *monaſterii S. Ruperti propé Pingwiam* Mogunt. dicœc. gratiam ſuam ac omne bonum. Bone rei dare conſultum & preſentis vite commodum & eterne remunerationis exſpectare divino ſcitu premium. Ea propter pium noſtre ſerenitatis intuitum digne dirigimus ad perſonas religioſam vitam eligentes ut in ſtabilitatis ſue propoſito quod laudabiliter voverunt congruis temporalibus adjute conſolationibus quiecius perſeverent ad laudem & gloriam Salvatoris, quia Deo ſervientibus beneficium non convenit denegarî, devotis igitur veſtris ſupplicationibus favorabiliter inclinati jus patronatus eccleſie parochialis in *Frideberg* predicte Mog. dioc. quod ad nos & imperium pertinere dinoſcitur, vobis & monaſterio veſtro de liberalitatis regie munificentia donamus tradimus & in Domino elargimur. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtre donationis traditionis & largitionis paginam infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit noſtre ſerenitatis & indignationis aculeis ſentiet ſe convelli. Datum *Colonie* iiij menſ. Decembris anno Dni M° CCC° XIIII. regni vero noſtri anno primo.

X.

Conſenſus Archiepiſc. Mogunt.

Nos Petrus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius donationi juris patronatus eccleſie parochialis in *Frideberg* Mog. dioc. dilectis nobis in Chriſto magiſtre & conventui monaſterii S. *Ruperti prope Pingwiam* & ipſi

mona-

monaſterio S. Ruperti per ſereniſſimum Dnum *Ludewicum* Romanorum Regem facte in quantum noſtra tanquam electoris imperii intereſt, noſtrum conſenſum apponimus, harum noſtrarum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri robore ſignatarum. Datum *Pinguuie* anno Dni M° CCC. XV° III. kalendas Maii.

XI.

W. & W. de Buches cedunt jus patr. eccleſiae Fridberg. monaſterio S. Ruperti.

Nos *Wigandus* miles dictus *de Bucheys* ſenior & *Wigandus* filius meus nec non univerſaliter omnes heredes ſeu coheredes mei univerſis preſentes literas inſpecturis ſeu viſuris cupimus fore notum, quod licet nos patronatus eccleſie parochialis opidi *Frideberg* gratia regie collationis ad nos pertineat, cum ſpeciali affectu ſeu gratia quam ad cenobium ſanctimonialium montis S. *Ruperti propé Pinguiam* gerimus inclinati in manus & diſpoſitionem dicti cenobii reſignamus renuntiantes eidem nihilominus libere & preciſe atque pure propter Deum & ad inſtantiam Domini noſtri *Ludewici* Regis Romanorum nec non in preces reverendi in Chriſto patris *Petri* Archiepiſcopi Moguntini harum teſtimonio literarum ſigillo mei *Wigandi* ſenioris predicti firmiter munitarum in perpetuum robur ſuper eo datarum *Pinguie* anno Domini M° CCC° viceſimo in die Kathedre beati *Petri* Apoſtoli.

XII.

Eccleſia Fridberg. incorporatur monaſterio S. Ruperti.

Mathias Dei gratia ſancte Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius devotis in Chriſto magiſtre & conventui monaſterii ſanctimonialium montis ſancti *Ruperti* prope *Pinguiam* ordinis ſancti Benedicti noſtre dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Ut hoſpitalitati aliisque pietatis operibus & monaſterii veſtri utilitati quod ex affectu proſequimur ſpeciali melius & ulterius poſſitis intendere & veſtras neceſſitates eo congruencius ſublevare, eccleſiam parochialem in *Frideberg* cujus jus patronatus ad vos & ad dictum monaſterium veſtrum pertinere dinoſcitur vobis & eidem monaſterio veſtro incorporamus transferimus preſentibus authoritate ordinaria & donamus dantes vobis liberam poteſtatem fructus & obventiones & jura ejusdem eccleſie cum ſuis pertinentiis

universis postquam eam vacare contigerit, tollendi colligendi percipiendi & alias de ipsis disponendi prout vobis & monasterio vestro predicto videritis expedire juribus tamen papalibus diocesanis & archidiaconalibus im omnibus remanentibus inconvulsis & salvis nihilominus vicario perpetuo in eadem ecclesia canonice instituendo congrua portione per quam jura episcopalia solvere hospitalitatem tenere & incumbentia onera valeat expedire dantes vobis presentes sigillo nostro munitas in testimonium super eo. Datum *Aschaffenburgi* kal. Augusti anno Dni M° CCC° XXIIII°

XIII.

Capitulum Mog. consentit in praefatam incorporationem.

Nos *Joannes* Dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie Mogunt. recognoscimus in hiis scriptis nos debito tractatu & matura deliberatione prehabitis nostrum consensum & benivolam voluntatem adhibuisse & etiam presentibus adhibere incorporationi facte de ecclesia parochiali in *Frideberg* Mog. dioc. per bone mem. olim D. *Mathiam* Archiep. ecclesie Mogunt. religiosis dominabus Dne magistre & conventui monasterii sanctimonialium montis *S. Ruperti* juxta *Pingwiam* constituti. In cujus rei evidentiam atque robur perpetuum damus eisdem dominabus has litteras sigillo nostri predicti capituli appenso presentibus communitas. Datum *Pingwie* anno Dni M° CCC° XXX° feria sexta proxima ante purificationem beate *Marie* virginis gloriose.

XIV.

Duae librae cerae annuatim solvendae capitulo Mog. ob praestitum consensum.

Nos *Luckardis* magistra totusque conventus sanctimonialium monasterii montis sancti *Ruperti* juxta *Pingwiam* recognoscimus & in hys scriptis venerabilibus dominis decano & capitulo ecclesie Mogunt. matura deliberatione prehabita publice profitemur, quod ipsi capitulo annis singulis in die purificationis beate *Marie* virginis solvere debemus duas libras cere ad locum ubi residet ipsum capitulum in perpetuam memoriam & indicium ipsorum bone voluntatis & consensus adhibitorum incorporationi parochialis ecclesie in *Frideberg* Mogunt. dyoc. nobis facte per olim bone memorie *Mathiam* Archiepis-

piſcopum eccleſie Mogunt. in cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum quo communiter utimur, preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni M° CCC° XXX°. In dominica, qua cantatur, *invocavit.*

XV.

Carolus IV Imp. monaſterio S. Ruperti donat jus patr. eccleſiae Fridberg.

In nomine ſancte & individue Trinitatis feliciter amen. *Karolus* quartus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper auguſtus & Bœmie Rex ad perpetuam rei memoriam. Inter alia pietatis opera, quibus collata nobis celitus imperialis eminentie dignitas nos monet inſiſtere, precipue ſacratis Deo virginibus pias libenter impertimur gratias & favores, que mortalis contempto viri conſortio ſponſo virginum immortali Chriſto Domino ſe voto celebri deſponderunt, pro cujus dulci amore adhuc in corpore corruptioni obnoxio vitam ducere angelicam elegerunt. Hin eſt, quod religioſarum magiſtre & conventus monialium monaſterii montis S. *Ruperti* prope *Pingwiam* ordinis S. Benedicti Mog. dioc. devotarum nobis dilectarum defectibus & inopie benigno compatientes affectu & ſuper his deſiderantes eis pie ſub ventionis preſidio conſulere gratioſe ut eedem & que ipſis perpetuo in monaſterio predicto ſucceſſerint pro noſtra & predeceſſorum ac ſucceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum Romanorum jugi ſalute ac ſacri imperii augmento & ſtatu felici vota ſua & pia orationum libamina fundant uberius atque devotius omnium conditori jus patronatus ſive preſentandi rectorem ad eccleſiam parochialem in *Frideberg* dicte Mog. dioc. quod divi quondam predeceſſores noſtri Imperatores & Reges Romanorum clare memorie virtute ſacri Romani imperii jugiter obtinuiſſe ſeu in ejus poſſeſſione vel quaſi ſemper fuiſſe noſcitur, prout & nos id habuiſſe & in ſimili poſſeſſione uſque in preſens fuiſſe & eſſe dinoſcimur, divine pietatis intuitu de innata nobis clementia magiſtre & conventui prefatis, qui ſunt videlicet, & qui fuerunt pro tempore in ipſo monaſterio montis *S. Ruperti* dedimus donavimus & contulimus ac liberaliter & ex certa noſtra ſcientia damus conferimus tenore preſentium & donamus tenendum habendum per magiſtram & conventum predictos perpetuis temporibus & pacifice poſſidendum jus ipſum de plenitudine poteſtatis imperatorie in magiſtram & conventum eosdem ac prefatum monaſterium transferentes omnes quoque litteras ſive privilegia preſentationis proviſionis ſeu immiſſionis diſpoſitionis tenoris vel forme cuicunque vel quibuscunque ſuper eodem jure patronatus eccleſie in *Frideberg* vel ipſa ec-

cleſia per nos ſeu quemvis alium noſtra authoritate vel nomine factas conceſſas vel datas aut impoſterum quomodolibet concedendas ſeu etiam concedenda caſſantes & penitus revocantes ac ex certa ſcientia irritantes. Hortamur igitur & affectuoſe rogamus venerabilem *Gerlacum* Moguntinenſem Archiepiſcopum ſacri imperii per Germaniam Archicancellarium principem & conſanguineum noſtrum dilectum quatenus collationem & donationem juris patronatus predicti per nos factam & aliaque premittuntur authoritate approbare & ex ſuo velit officio confirmare & reſervata ſeu aſſignata perpetuo vicario ejusdem eccleſie qui pro tempore fuerit pro ſervanda hoſpitalitate & incumbentibus ſibi & eccleſie ſupportandis oneribus congrua portione omnes redditus alios & proventus dicte eccleſie ipſi monaſterio ac magiſtre & conventui ſpectantes appropriare incorporare applicare annectere & unire prout in talibus fieri eſt conſuetum.

Signum ſereniſſimi principis & Dni Dni *Karoli* quarti Romanorum imperatoris invictiſſimi & glorioſiſſimi Böemie Regis.

Teſtes rei hujus ſunt venerabilis *Gerlacus* Mogunt. Archiepiſcopus illuſtres *Rudolphus* Saxonum dux & *Ludewicus* dictus Romanus marchio Brandenburgenſis principes Electores nec non *Henricus* Lubacenſis Epiſcopus *Henricus* Abbas Fuldenſis illuſtres *Bolko* Falkenbergenſ. & *Primislaus* Teſchinenſis duces & plures alii fide digni preſentium ſub imperialis majeſtatis noſtre ſigillo teſtimonio litterarum. Datum *Pingwie* anno Dni milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto VIIII indict. IIII non. Novembris regnorum noſtrorum anno undecimo imperii vero ſecundo.

XVI.

Donatio & incorporatio eccleſiae Fridberg. mon. S. Ruperti facta a Conrado A. M. confirmatur.

Conradus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis & ſingulis ad quos preſentes pervenerint cum ſubſcriptorum notitia ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Inter alia pietatis opera quibus ex paſtoralis nobis commiſſi officii debito tenemur inſiſtere, precipue ſacratis Deo virginibus pias libenter impertimur gratias & favores. Devota religioſarum in Chriſto nobis dilectarum magiſtre & conventus monialium monaſterii montis *S. Ruperti* prope *Pingvviam* ordinis *S. Benedicti* noſtre dioceſis petitio continebat, ut collationem & donationem juris patronatus ſeu preſentandi rectorem ad eccleſiam parochialem

chialem in opido *Frideberg* dicte noſtre dioc. eisdem magiſtre & conventui per illuſtriſſimos principes & duces clare memorie dominos *Lodevvicum* & *Karolum* quartum quondam Romanorum imperatores factas prout multis autenticis eorundem Dnorum *Ludevvici* & *Karoli* majeſtatum eorum ſigillis ſigillatis nobisque ſanis & integris & absque ſuſpicione ut prima facie apparuit preſentatis plenius continetur authorizare & approbare ac prout ad noſtrum ſpectat officium confirmare dignaremur, quodque incorporationi ejusdem parochialis eccleſie prefatis monialibus & earundem monaſterio per dominum *Mathiam* recolende memorie quondam Archiepiſcopum Mogunt. predeceſſorem noſtrum facte & per decanum & capitulum eccleſie noſtre Mogunt. approbate ſicut etiam in litteris originalibus eorundem *Mathie* & capituli ſigillis munitis nobis pro parte ipſarum monialium oblatis omni ſuſpicione carentibus luculenter adparet, noſtrum vellemus conſenſum pariter & voluntatem adhibere. Nos igitur prefate magiſtre & conventus petitioni tanquam rationabili annuentes ipſarum defectui paterno affectu compatientes preſcriptas donationem & incorporationem tanquam pietatis opera in Domino commendamus & ut utilitati dicti monaſterii & perſonarum neceſſitati congruentius provideatur, collationi ſeu donationi juris patronatus ſeu preſentandi rectorem ad dictam parochialem eccleſiam in *Frideberg* per illuſtriſſimos Romanorum imperatores ipſis magiſtre & conventui & ipſarum monaſterio ut premittitur factas authoritate noſtra ordinaria authorizamus approbamus & his noſtris litteris prout ad noſtrum ſpectat officium gratioſe confirmamus, incorporationi quoque ejusdem parochialis eccleſiae per predictum dominum *Mathiam* ſepedictis domine magiſtre & conventui & earum monaſterio ſicut rationabiliter facta eſt & per decanum & capitulum noſtre Moguntine eccleſie ſupradicte ut preſertur approbata, noſtrum conſenſum pariter & voluntatem benevolam adhibemus ipſaque prefata noſtra ordinaria authoritate preſentibus noſtri ſigilli appenſione munitis ratificamus. Datum & actum in caſtro noſtro *Erenſels* ipſo die ſancti *Georgii* martyris anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo.

XVI.

Ich *Johann Wenner* pferrer der pfarrekirchen in der ſtad zu *Fredeberg* bekennen offentlich mit dieſen brieffe, das dy erwürdige geiſtliche frauwe *Lucia* von *Bleuche* meiſterynne und der convent gemeinlich off ſante *Ruprechtsberge* ſant *Benedictus* orden by *Bynge* gelegen mir anverdrout han alle ir rendte und gefelle dy yn von derſelben ir pfarre oder paſtorye wegen wy mann daſ nennet

fallende ſin es ſy an zinſen opper oder anderen gefelle dy yn von derſelben pfarre zugehorende ſin uſſgeſcheiden dy beneficia dy ſy von derſelben kirchen wegen zu lehen han, alſo daſ ich dy offheben und innemen ſal alſe lange ich daſelbs pferrer bin und yn und yren nachkommen und convent alle jare jerlichen davon zu arrenden geben und gutlichen bezalen drye und dryſſig gude rinſche gulden als ſie zu *Mentze* und zu *Franckfurd* genge und gebe ſin und dy antwurten gen *Mentze* zu dryen gezyten im jare off meine koſten und in eyne herberge dahene ſie mich beſcheiden werden ane geverde mit namen eylff gulden geldes uff *aller Heilgen tag*, eylff gulden geldes uff den heilgen *Chriſt dag* und eylff gulden geldes uff den heilgen *Oſtertag* oder nach iglichem ziele die ſumme daruff erſtehen bynne eynes mondes friſt unbefenglich und ane geverde und ſollen ſy mir auch deſ zu iglicher zyt der bezalunge ire reddeliche quitancie geben auch ſal und wil ich der pfarre und der pfarre lude zu *Fredeberg* getrulichen gewardten und vor ſy mit ſingen leſen bychte horen teuffen und begraben und anderen allen ſachen alſe yme pferrer daſelbs angehorig iſt alſo daſ ſy oder yre nachkommen keyne ſtraffunge von unſeren oberſten davon haben dorffen auch iſt beredt daſ ſy yre nachkommene und convent vor ſich und ich vor mich iglicher parthye zu ſyner anzal bezalen ſollen alle ſubſidia es ſin papalia epiſcopalia archidiaconalia oder ſynodalia an der anderen ſchaden und das halten alſe man bisher gethan hait und were es das eincherley preſſe uff ſie oder yre nachkommen und convent von ſolcher ſubſidie wegen zu zyten geſandt wurden dywyle ich pherrer zu *Fredeberg* bin dy ſal ich den erwurdigen meyſterinne oder iren nachkommen und convent urkundigen zum erſten male mit mynen briefe und boden und uff myne koſten anne geverde und were das ſie lude der preſſe das nit abetrugen und das me preſſe daruff geſandt wurden der bin ich nit ſchuldig yn uff myne koſten zu erkundigen ſunder uff den yren und entſtunde mir von ſolcher preſſe wegen eincherley ſchaden ſollen ſie abetragen und mir keren ane geverde des zu urkunde han ich myn ingeſiegel an dieſen brief gehangen. Datum anno Dni milleſimo quadringenteſimo vigeſimo feria quarta poſt diem beati *Egidii* abbatis.

XVII.

Ich *Albrecht* von *Roſpach* erkennen uffentlich in diſem brife das dy erwurdige und geiſtliche frauwe *Alcheydis von Ruffenburgk* meyſterinne und der ganz convent gemeynlich ſant *Benedictus* orden uff ſant *Ruprechtsberge* by *Binge* gelegen mich noch dode herrn *Ja-*

cobs

cobs ſelſgen von *Herborn* unſeren vorfarn preſentert und um Gottes willen dy pharre zu *Frideberg* mit aller irer renten gulde tzynſen und zugehörde als ſich das gebürt gegeben und begabt han, uſgeſchieden dye beneficia dye ſye von derſelben kirchen wegen zu lyhen hant mogent ſye als von alter here oſs beſt bedüncket ob es noit geſchee verlyhen dywil ſye nu paſtrices heyſen und ine dye pharre incorporert iſt ſo ſoil und wil ich ine oder iren nachkommen davon zu penſien geben als von alter herkommen und glich als unſer vorfarn ſich etlich verſchriben gehabt han driſſigk und drey gulden ad gulde Mentzer werüngk dye gutlichen reichen und betzalen uff myn angſt zu *Mentze* wo ich von ine oder den iren beſcheiden werden alſo lange ich dye parre inhan oder beſitzen jerlich zu dryen tzyten mit namen eylff gulden zu *Allerheiligen dagk*, eylff gulden uff des heiligen *Creſts dagk* und eylff gulden uff den heiligen *Oſter dagk* oder bin eyns iglichen tziels eyns mondes friſt darnoch an geverde ſo ſoln ſye myr iglicher betzalunge eyn quitancien geben auch ſal und wil ich der pharre und der pharrlude zu *Friddeberg* getreulich warten und vor ſie mit ſingen leſen bichthoren begraben und anderen allen ſachen als eyn pherrer daſelbs zugehorigk iſt alſo das ſie oder ir nachkommen keyn ſtraffunge von unſern oberſten davon haben dorffen. Auch iſt beredt das ſie ir nachkommen und convent vor ſich und ich vor mich iglich parthye zu ſyner antzal betzalen ſollen alle ſubſidia es ſyent papalia epiſcopalia archidiaconalia oder ſynodalia an der andern ſchaden und das halten als man bishere gethan hait und wer es das eyncherley preſſe uff ſye oder ir nachkommen und convent von ſolcher ſubſidien wegen zu zyten geſandt wurde diwil ich pherrer zu *Friddberg* bin dye ſail ich den egenanten meyſterinn ir nachkommen oder convent verkündigen zum erſtenmal mit mynen brieffe boden und uff myn koſten an geverde und wer es das ſye noch lude des preſſe nit abentrugen das mene preſſe daruff geſannt wurden, deren bin ich nit ſchuldigk uff mynen koſten zu verkündigen ſunder uff den iren und entſtunde myr von ſolcher letzten preſſe wegen eyncherley ſchaden den ſoln ſie abetragen und myr keren an geverde. Des zu urkund han ich gebeten den veſten jungker *Heinrich Stoltz* von *Beckelnheym* das er ſin ingeſiegel zu ende dis briffs gehangen haudt des ich *Heinrich* beck. wegen des pherrers alſo gethan han doch an ſchaden myner und myner erben uff fritagk nach ſant *Michels* des heilgen Erzengels tagk anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono.

XVIII.

XVIII.

Concordia monaſterium S. Ruperti inter & magiſtrum Friedberg pto juris patr. ibidem.

Wir *Daniel* von Gottes gnaden Ertzbiſchoff zu *Mayntz* und Churfürſt &c. bekennen und thuen kund offentlich mit dieſem brief, als ſich ein zeithero zwiſchen denen geiſtlichen unſeren lieben andächtigen Abbtiſſin und convent unſers cloſters zu ſanct *Ruprechtsberg* bey *Bingen* gelegen an einem und dan denen ehrſamen unſeren lieben beſonderen burgermeiſter und rath der ſtadt *Friedberg* anders theils nachfolgender ſachen halb irrungen und ſpeen erhalten, derwegen wir zu gütlicher beylegung ſolcher ſpeen unſere commiſſarien verordnet, welche auf gepflogene verhör und gütliche handlung ſie zu beyden theilen, doch auf unſer genehmhaltung und ratification wiſſender ding vereinigt laut darüber aufgerichteten vertrags briefs von wort zu wort alſo lautend. Wir *Johann Vogks* von *Wallſtatt* dhomb ſcholaſter und des hochwürdigſten fürſten und herrn herrn *Daniels* Ertzbiſchoffs zu *Mayntz*, des heiligen Römiſchen reichs durch Germanien Ertzcantzlers und Churfürſtens in der geiſtlichkeit gemeiner vicarius, und *Johann Diether Weidmann* der rechten doctor des Churfürſtl. hofgerichts zu *Mayntz* aſſeſſor und von ihrer Churfürſtl. gnaden zu nachbemelter ſachen verordnete commiſſarien bekennen und thuen kund aller männiglichen in und mit krafft dieſes briefs, demnach denen ehrwürdigen und geiſtlichen Abbtiſſin, und convent des cloſters ſanct *Ruprechtsberg* bey *Bingen* jus patronatus und praeſentandi ad eccleſiam parochialem allein, und der altarien in der ſtadt *Friedberg*. gebührt, und doch ſich zwiſchen ihnen und denen achtbaren und weiſen burgermeiſter und rath daſelbſt zu *Friedberg*, ſo mit ihnen alternis vicibus zu etlichen altarien auch zu præſentiren haben, von wegen der præſentirten perſonen etliche miſsfäll, mängel und gebrechen zugetragen, dardurch die perſon durch abbtiſſin und convent jeztgedacht præſentirt, ſchwerlich dieſer zeit zur poſſeſſion und ruhiglicher nieſung der gefäll und einkommen der altarien kommen mögen, derhalb dan ermelte abtiſſin und convent zu erhaltung habender gerechtigkeit ſolches mehrmahls an unſern gnädigſten Churfürſten und herrn den Ertzbiſchoffen zu *Mayntz* als ihren ordinarien unterthänigſt ſupplicirend gelangen laſſen, und leztlich nach gelegenheit jetziger zeit (damit ſie nicht ohne einige erſetzung von ihrer gerechtigkeit præſentandi abgetrieben würden) umb gnädigſte bewilligung und conſens, ihr jus patronatus und præſentandi ad eccleſiam parochialem & certa altaria gemeldtem burgermei-

germeiſter und Rath zu *Friedberg* etliche jahr zu cediren und zu zuſtellen angeſucht, mit fernerem anzeigen, daſs ſie ſich beiderſeits derhalben eins tags allhier zu *Maynz* zu erſcheinen und hierinn handlung zu pflegen und ihre mängel nach nothdurfft fürzubringen vereinigt, und hochgedachten unſern gnädigſten Churfürſten und herrn unterthänigſt gebetten hätten, daſs ihro Churfürſtl. gnaden jemand zu verhör dieſer handlung und abhelfung aller ſolcher mängel gnädigſt verordnen und deputiren wolten, darauf ihro Churfürſtl. gnaden uns beede obgedacht hierzu gnädigſt verordnet und deputiret haben, ſo ſeynd demnach auf dato hieunten beſtimt die ehrwürdigen und geiſtlichen *Margreth* von *Koppenſtein* Abtiſſin N. und N. cloſter jungfrawen bemelts cloſters ſanct *Ruprechtsberg* von ihr und ganzen convents wegen an einem und die achtbaren und vorſichtigen *Gerhard Weiſsel* burgermeiſter und *Johann Winter* ſtadtſchreiber an ſtatt und von wegen des raths zu *Friedberg* am andern theil vor uns erſchienen, und haben ſich beiderſeits in handlung eingelaſſen, Wir auch vermög beſchehenen befehls uns ſolcher ſachen unternommen und beider parthien gebrechen und mängel und anderes nach der länge angehört und gütliche unterhandlung zwiſchen ihnen beederſeits (doch alles auf hinter ſich bringen) gepflegt, und ſie auf hochgedachts unſers gnädigſten herrn ratification und verwilligung dergeſtalt verglichen und vereiniget, daſs bemelte Abtiſſin und convent ſich ihres juris patronatus zu gemelten pfarr und altarien bis auf ein gemein oder national concilium oder andere chriſtliche vergleichung enthalten, ſich deſſelben begeben, und burgermeiſter und rath zu *Friedberg* zuſtellen, und cediren, ihnen auch alle briefliche urkund darüber lautend (deren glaubwürdigen copey und tranſumpta gemelte Abbtiſſin und convent bey ſich behalten ſollen) einantworten (doch in dieſem allem hochgedachtem unſerm gnädigſten herrn, als der orth ordinarien ſein gerechtigkeit vorbehalten) dargegen aber burgermeiſter und rath ſich verpflicht, daſs ſie und ihre nachkommen, ſo lang ſolch Jus patronatus bey ihnen bleibt, Abbtiſſin und convent und ihren nachkommen zu unterhaltung des convents oder convents armen perſonen, und alſo in pium uſum jährlich auf aſſumptionis beatae *Mariae* Virginis vierzig gulden frankfurther wehrung zu ſieben und zwanzig albus für den gulden gezehlt, vor ſolch jus patronatus geben, und jährlich auf ihren koſten in bemelt cloſter lieferen und ſie deren mit genugſamen brief und ſiegelen verſicheren ſollen, und daſs diejenige perſon, denen jetziger zeit durch Abbtiſſin und convent conferirt, und ſonderlich *Hanns Landtvogts* ſohne in dieſem contract nit gemeynt, ſondern dieſelben bey ihren habenden collation die zeit ihres lebens ruhig bleiben laſſen, (doch ſo fern er *Hanns Landtvogts* ſohne ſich wie andere perſon mit dem rath

vergleichen laſſe, und ſich catholiſch und geiſtlichen ſtandt gemäs halten würde) und da in künftig durch ein gemein oder national concilium, oder andere chriſtliche vergleichung ichtwas dieſem contract entgegen in alter catholiſcher religion ſtatuirt und verglichen würde, daſs burgermeiſter und rath obgedacht jederzeit demſelben geleben, und Abbtiſſin und convent ſolch Jus patronatus mit ſamt empfangenen original briefen in ſolchem fall wiederum zuſtellen, und dagegen aber Abbtiſſin und convent die obbeſtimte jährliche 40 fl. nit ferners zu geben ſchuldig ſeyn ſollen, und wollen, alles getrewlich und ungefehrl. Des zu urkund haben wir obbemelte commiſſarien unſer jeder ſein inſigel, dergleichen Abbtiſſin und convent ihr abbtey und convents, und burgermeiſter und rath obgedacht der ſtadt *Friedberg* inſigel an dieſen brief wiſſentlich thun henken, der geben iſt und geſchehen uf dienſtag nach *Laurentii* des heiligen martyrers tag nach *Chriſti* unſers ſeeligmachers geburt fünfzehen hundert und im 60. jahr; daſs wir demnach auf empfangenen bericht, der ſachen, und der theilen unterthänige bitt in ſolchen vertrag gewilliget und denſelbigen raficiret und approbiret haben, willigen approbiren und ratificiren denſelbigen auch hiermit und in krafft dieſes briefs, doch mit dem vorbehalt und conditionen, wie darinn begriffen, uns auch, und unſeren nachkommen als ordinarien an der orth habenden recht und gerechtigkeit ohnnachtheilig, des zu urkund haben wir unſer inſigel zuvorderiſt an dieſen brief thun henken, der geben iſt im jahr und tag wie obgeſchrieben ſtehet.

Anno MCCCCLXXXII. die lunae decima ſeptima menſis Junii *Bertoldus* epiſcopus *Panadenſis* in pontificialibus illuſtriſſimi Principis & Domini *Alberti* ſancte Mogunt. ſedis Adminiſtratoris Vicarius generalis ad inſtantiam conſulatus & parochianorum opidi *Fridebergenſis* feſtum dedicationis eccleſie parochialis beatae *Mariae Virginis* praedicti opidi a die Dominica poſt feſtum Pentecoſtes ad Dominicam poſt feſtum *Corporis Chriſti* transpoſuit. Vid. *Senckenberg* Sel. j. & hiſt. T. I. p. 282.

XIX.

XL. Flor. annuatim praeſtandi monaſterio S. Ruperti ob ceſſum jus patr. eccleſ. Fridberg. Magiſtratui ibid.

Wir burgermeiſter und rath des heiligen Römiſchen reichs ſtadt *Fridberg* in der wetterau thuen kundt und zu wiſſen allermänniglich

mit

mit dieſen brieff für uns und unſere nachkommen, das, nachdem die ehrwürdigen edlen und geiſtlichen jungfrauen Abbtiſſin und convent zu ſanct *Rupertsberg* bey *Bingen* das jus patronatus zu der pfarr allein und dan zu den altarien alternis vicibus mit uns burgermeiſtern und rath gemelter ſtadt *Fridberg* bishero ingehabt haben und aber itziger zeit allerhandt beſchwerungen ingefallen, das mit genedigſter bewilligung des hochwürdigſten fürſten und herren herren *Daniels* Ertzbiſchoffen zu *Mainz* als der orth ordinarien gnädigſt die ſachen mit beyderſeits fürgehendter wiſſentlicher bewilligung und vorgepflogener unterhandlung dahin geordnet, das obgedachte Abbtiſſin ſambt den convent ſich des jus patronatus zu der pfarr und ihres theils verleihung der altarien in unſer ſtadt *Fridberg* enthalten ſollen und uns burgermeiſtern und rath ſolch ihr bisher gebührend jus patronatus bis für gefallener ſtreit der religion in einem gemein oder national concilio oder anderer chriſtlicher vergleichung hingelegt, übergeben und zugeſtellt haben inhalt eines derohalben erthädigten uffgerichten confirmirten und verſiegelten vertrags, und damit wohlgedachte Abbtiſſin und convent ihrer gerechtigkeit ein ergötzlichkeit hätten ſo gereden wir burgermeiſter und rath für uns und alle unſere nachkommen in kraft dieſes brieffes, das wir genannten Abbtiſſin und convent auch allen ihren nachkommenden, ſo lang ihr übergebener theil juris patronatus bey uns burgermeiſtern und dem rath geruhiglichen gelaſſen wird, alle und ein igliches jahr beſonders uff allen der ſtadt *Fridberg* renthen, gülten, zinſen und inkommen, ſie ſeyen in oder auſſerhalb der ſtadt *Fridberg* gelegen, uff unſer lieben frauen tag zu latein Aſſumptionis genannt oder einen monath darnach ohn beferth ohne ihren koſten und ſchaden ſondern uff unſeren koſten in ihr cloſter entrichten und bezahlen laſſen wollen vierzig gulden den gulden zu zwanzig ſieben albus franckfurter wehrung, und ob wir oder unſere nachkommen an ſolcher bezahlung ſaumig wurden und nit bezahlten zur obgemelten zeit und ziel, wie obgeſchrieben, das doch nit ſeyn ſoll, ſo ſollen obgemelt Abbtiſſin und convent uns oder unſere nachkommen beſonders und ſonderlich unſer leib und güter, wo ſie die ankommen mögen, dafür bekommeren zuſprechen mit geiſtlichem und weltlichem gericht ohne unſer oder unſerer nachkommen hindernüſs und intrag ſo lang bis das ihn ſolche verſtandtener jährlicher zins koſten und ſchaden entrichtet und bezahlt ſeye, und ſoll uns dafür keinerley freyheit geſatz geboth und verboth geiſtliche oder weltliche ſchirmen gäntzlich und ausgeſcheiden alle gefehrdte und argeliſt. Des zu wahren urkundt und ſicherheit ſo haben wir burgermeiſter und rath unſer und der ſtadt *Fridberg* inſiegell, des wir zun ſachen brauchen, uns und unſer nachkommen darmit zu beſagen, wiſſentlich an dieſen brieff

thun hencken, der geben iſt dienſtags den achtzehndten tag des mohnats Martii im fünffzehnhunderten ein und ſechzigſten jahr.

Anno MCCCVI. in die beatorum martyrum *Johannis* & *Pauli* dedicatum eſt altare majus B. *Mariae* Virginis parochialis eccleſiae regalis opidi *Fridebergenſis* à reverendo patre & Domino *Sifrido* Curienſe Epiſcopo vacante ſede Moguntina, annuente capitulo Moguntino, praeſente Sereniſſima Domina *Elyzabeth* inclita Regina Romanorum quondam Regina Hungaria; Praeſentibus quoque illuſtribus principibus Duce Saxoniae ac Duce Auſtriae praeſidente Romanae eccleſiae ſanctiſſimo patre ac Domino Dno *Clemente* Papa *V.* regnante invictiſſimo Dno *Alberto* Rege Romanorum, qui in die conſecrationis ejusdem altaris celebrata conſecratione ad idem opidum ſupervenit. Vid. *Senckenberg ſel. jur. & hiſt. T. I. p.* 282. ubi inter alia refert; jus patronatus hujus eccleſiae ſpectat ad Romanum imperium, & nota quod imperante glorioſo Domino *Friderico* Romanorum imperatore ſecundo adhuc in pace eccleſiae conſtituto per ejus edictum fundatum eſt hoc oppidum anno incarnationis Dominicae MCCXI. menſe Septembri.

Anno Dni MCCCVI. *Hartmudus* plebanus in *Frideberg* canonicus majoris eccleſiae Moguntinae litteris profeſſus eſt quod ad conſtruendum in eccleſia parochiali *Frideberg* altare dotatum & conſecratum in honore beatae *Mariae Magdalenae* conſenſum dederit una cum Gyſelberto ejusdem altaris praecipuo inchoatore, addita hac ordinatione, ut quantocunque vel quotiescunque idem altare vacaverit, plebanus in *Frideberg* una cum Dno Abbate in *Arnſpurg* ſublocare debeat alicui probo ſacerdoti, per quem ipſum altare ſingulis diebus modo debito & conſueto officietur. *Gud. Tom. IV. Cod. Diplom. pag.* 996.

XX.

XX.

Jus patr. capellae S. Nicolai Fridberg. alternative exercendum

Noverint univerſi preſentia viſuri ſeu audituri preſertim tamen hy quos noſſe fuerit oportunum, quod nos *Cuno* de *Wizzensheim* miles nomine heredum *Wygandi* de *Albach* militis, *Rychardus* de *Gonſe* miles nomine heredum *Jugonis* dicti de *Limpurg* quondam opidani *Fridebergenſis*, *Henricus* dictus *Engel* & *Engelo* fratres noſtro nomine & *Jugo* dictus de *Limpurg* nomine heredum patris ſui *Wygandi* de *Lympurg* fundatores, conſtructores ſeu dotatores capelle ſeu beneficii extra portam Moguntinam opidi *Frideberg* ſite & in honore ſanctorum *Nycolai* & *Leonardi* dedicate noſtro ac omnium heredum noſtrorum nomine quorum intereſt ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum una cum honorabilibus ac religioſis Dominabus Domine Magiſtre & toto conventui cenobii ſancti monialium montis ſancti *Ruperti* prope *Pingwiam* ordinis ſancti *Benedicti* paſtricibus parochialis eccleſie opidi *Frideberg* ſuper jure patronatus capelle ſanctorum *Nicolai* & *Leonardi* predicte ante portam Moguntinam opidi memorati ſite, diſſenſionis ac altercacionis omnem inter nos ſuper jure jam dicto deſiderabiliter affectantes amputare materiam, nullo unquam tempore deinceps ſuſcitandam, periculumque diuturne vacacionis precavere volentes, licium diſpendiis ac indempnitatibus precipue conſideracione provida in ſpiritualibus occurrendo canonice ſanctionis admiſſione ſectantes ut facilius & liberius dicto provideatur beneficio, voto unanimi, parique conſenſu noſtro & expreſſo utrimque à nobis adhibitis, quanto & quociens memorata capella vacare contigerit, in preſentando rectorem ad ipſam alternatim ſeu vicibus inpoſterum libere convenimus faciendum & ordinandum; quam convencionem & ordinacionem à nobis initam in preſentando vicibus rectorem ut premittitur cauſis ex premiſſis preſentibus approbamus & in eam videlicet ut taliter alternatim ſeu vicibus à nobis ſepedicto provideatur beneficio libere conſentimus, volentes eandem inter nos perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter duraturam, ſic tamen, quod ad ipſam capellam ſupradictam nunc ex obitu *Ludowici* dicti de *Aſchaffinburg* ſacerdotis vacantem preſentacionis facte de *Friderico* nato Domine *Reynheidis* relicte quondam *Richolfi* opidani Fridebergenſis ipſis paſtricibus racione paſtorie predicte collationis ſeu preſentationis habite per easdem ut prefertur, deferatur inicium; ex cujus vacacione obitu renunciacione ſeu alias quovis modo contigerit, ad nos fundatores predictos & e converſo,

Sic etenim jus patronatus memorate capelle ſeu beneficii irrefragabili convencione & ordinacione inter nos cauſis ex premiſſis ſalubria animarum noſtrarum & dicti beneficii utiliora proſpicientes inita a nobis paſtricibus ad fundatores & a fundatoribus ad paſtrices alternatim ſeu vicibus deinceps ut preſertur, jugiter devolvetur & preſentibus devolvendum fore volumus. Eſt etenim huic convencioni & ordinacioni de patronorum noſtrorum predictorum expreſſo conſenſu adhibito provide adjectum, quod *Conradus* ſacerdos natus *Conradi* dicti de *Franckinfort*, qui tempore litis & diſſenſionis inter nos ſuper jure patronatus predicto a reverendo in Chriſto Patre ac Domino Domino *Heurico* Dei gracia Archiepiſcopo Moguntino ad eandem capellam regendam deputatus de noſtro conſenſu rector ejusdem capelle manere debet tam diu quousque prefatus *Fridericus*, cum minor ſit annis, ad ſacerdocium promotus fuerit & cum hoc dicto beneficio voluerit perſonaliter deſervire, ipſumque regere & officiare & proventus ſeu obvencionis totales dicti beneficii integre debebunt prefato *Conrado* Rectori ſine diminucione qualibet miniſtrari. Ne igitur tractu temporis recidive diſceptacionis prebeatur occaſio ſeu queſtio nocitura ſuboriri valeat quovis modo, ad perpetuam futurorum memoriam hoc preſens ſcriptum deſuper confectum ſub ſigilli noſtris *Cunonis*, *Rychardi*, *Heinrici*, *Angeli* & *Angeli* predictis, quibus omnes, quo ſupra nomine, quorum intereſt, ſumus uſi; Ad quorum eciam preces ſigilla noſtra ſunt appenſa, prenotatis paſtricibus firmiter tradidimus communitum in teſtimonii robur firmius omnium premiſſorum. Actum & datum anno Domini M° CCC° quadrageſimo tercio, II° kalendas Marcii.

XXI.

Praeſentatio Altariſtae S. Nicolai in ſuburbio Fridberg.

Nos *Adelheidis de Ottenſteyn* Abbatiſſa totusque conventus monaſterii ſeu cenobii montis ſancti *Roberti* ordinis ſancti *Benedicti* venerabili & egregio viro ac Domino *Jacobo Leyſt* Doctori ac Decano eccleſie beate *Marie ad gradus* Magunt. quidquid poterit reverentie & honoris. Cum igitur altare beati *Nicolai* in eccleſia ſancti *Leonhari* in ſuburbio opidi Fridbergenſis dicte dioc. cujus collacio, preſentacio ſeu quevis alia diſpoſitio ad nos pleno jure pertinere dinoſcitur & in preſens per mortem quondam magiſtri *Joannis Will* Aſchaffenburgenſis illius ultimi dum vixit, poſſeſſoris vacet, vobis diſcretum virum & Dominum *Erhardum de Crufftel* filium *Jeckels Hen* ibidem tanquam abilem & idoneum ad illud cum omnibus & ſingulis juribus & pertinenciis ſuis pure propter Deum duximus preſentandum, ac preſentamus

mus in Dei nomine per preſentes, ſupplicantes humiliter cum eodem, quatenus ipſum ad illud inſtituere ſibique alia juris beneficia, que ad veſtrum ſpectant officium, elargiri dignemini adhibitis circa hec ſolempnitatibus debitis & conſuetis. Datum ſub noſtri conventus ſigillo ſub impreſſo anno Domini M° V^mo decimo ſeptimo, die vigeſima ſexta menſis Novembris.

XXII.

Altariſta S. Martini in Fridberg proclamatur.

Officialis Domini Prepoſiti eccleſie beate *Marie ad gradus* Maguntin. honorabilibus viris Dominis Archipresbitero & Camerario ſedis *Ffredeberg* nec non plebano ibidem in *Ffredeberg* ſalutem in Domino ſempiternam. Cum alias diſcretus vir *Eygelo Saſſe* clericus Magunt. dioc. ad altare ſancti *Martini* ſive premiſſariam ſitum in eccleſia parrochiali ibidem vacans ad preſens per liberam reſignacionem Domini *Heinrici Saſſen* de *Nuwenkirchen* ejusdem altaris noviſſimi poſſeſſoris per prudentes viros magiſtros civium, ſcabinos & conſules dicti opidi *Ffredeberg* de conſenſu & voluntate religioſarum Dominarum *Anne de Inſeltheim* magiſtre totiusque conventus cenobii montis ſancti *Ruperti* prope *Pingwiam* ejusdem altaris ut accepimus, veros patronos nobis extet preſentatus ſupplicantes cum eodem, quatenus ipſum *Eygelonem* preſentatum de dicto beneficio, prout ad noſtrum ſpectat officium, inſtituere & inveſtire dignaremur; Nos igitur juxta dictum Apoſtoli nemini cito manus imponere, ſed unicuique jus ſuum illeſum conſervare volentes &c. *ut ſupra.* Datum noſtri officialatus ſub ſigillo preſentibus appenſo anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, feria tercia poſt feſtum ſancti *Andree* Apoſtoli.

Heinricus Bensheym notarius.

XXIII.

Nos *Yſengardis de Brunecke* magiſtra & conventus ſanctimonialium montis S. *Ruperti* ordinis S. *Benedicti* prope opidum *Pinguen* & ſcultetus ſcabini & conſules totaque univerſitas oppidi *Frideberg* ad univerſorum notitiam pervenire cupimus in hiis ſcriptis quod cum nos ſuper jure patronatus nonnullorum certorum beneficiorum in parochiali eccleſia *Frideberg* & ejus terminis conſiſtentium ac quibusdam certis articulis & ſtatutis rationabilibus & juri conſonis per eorundem beneficiorum beneficiatos circa divina officia obſervandis de expreſſo conſenſu tunc rectoris ejusdem parochialis eccleſie quandam concordiam

&

& ordinationem inierimus & fecerimus ſemper ab illo tempore hucusque inconcuſſe & inviolabiliter tam per nos quam rectorem ipſius parochialis eccleſie qui pro tempore fuit nec non beneficiatos ordinandos ſaltem absque qualibet ipſorum contradictione legitima obſervatam prout in littera noſtra deſuper confecta cui hec preſens cedula eſt transfixa, plenius continetur. Cumque poſtmodum quondam *Hermannus de Altenberg* altaris beate *Elizabeth* vidue ac quondam *Lyba* Bectrina de *Frideberg* altaris ſanctorum *Laurentii*, *Felicis* & *Adaucti* & altaris ſanctorum *Jodoci* & *Erardi* beneficia in ultimis ſuis voluntatibus & diſpoſitionibus de bonis ſuis reliquerint in ſepedicta parochiali eccleſia de novo fundanda dotanda & pariter erigenda nos eisdem beneficiis fundandis dotandis & erigendis in divini cultus augmentum expreſſe conſentientes de ipſorum jure patronatus ſimiliter in hys ſcriptis ordinamus convenimus & paciscimur in hunc modum videlicet quod manu fideles ſeu teſtamentarii dicti quondam Hermanni ad beneficium altaris beate *Elizabet* manu fideles ſeu teſtamentarii ipſius quondam *Lyba* ad alia duo beneficia prenotata perſonas eis in dictis ultimis voluntatibus nominatas aut alias idoneas iſta prima vice duntaxat preſentare debebunt poſtmodum vero jus prefentandi alternis vicibus ad eadem beneficia quoties vacaverint juxta pretactam concordiam & ordinationem priorem & ejus curſum nec non aliorum beneficiorum in ipſa concordia & ordinatione comprehenſorum modum ad nos magiſtram & conventum ex una nec non ſcultetum ſcabinos conſules & univerſitatem parte ex altera ſupradictos ſimpliciter tranſiet & revertetur. Preterea ordinamus quod predictorum trium beneficiorum beneficiati ad intereſſendum divinis officiis & horis canonicis in predicta parochiali eccleſia per notam cantandis firmiter ſint adſtricti ut prenarrati alii beneficiati ſub ſimili & pari pena in ipſa concordia & ordinatione priori vallata & ſuas ſecundum hunc ordinem miſſas legant primo quidem beneficiatus altaris ſancte *Elizabet* immediate finita miſſa beneficiati altaris S. *Petri* in ſupradicta parochiali eccleſia ſituati miſſam legere debebit, qua finita beneficiatus altaris ſanctorum *Laurentii Felicis & Adaucti* miſſam dicet, deinde beneficiatus ſanctorum *Jodoci* & *Erardi* immediate miſſam leget, demum beneficiati quatuor altarium ab antiquo inſtitutorum miſſas legendo ſequantur prout in priori noſtra concordia & ordinatione eſt plenius ordinatum. Inſuper ad tollendum omnem ambiguitatem & ad clariorem intelligentiam prioris concordie & ordinationis littere noſtre prenotate declarando ſtatuimus in his ſcriptis quod virtute littere & ordinationis earundem nulla deinceps beneficia in ſepefata eccleſia parochiali *Frideberg* venient erigenda vel inſtituenda, niſi ad hoc noſtri magiſtre & conventus preſcriptorum ſpecialis & expreſſus accedat conſenſus prout & aſſenſus. Actum & datum anno Dni M° CCC°

CCC° quinquageſimo quinto feria quinta proxima poſt diem beatorum *Tiburtii* & *Valeriani* Martyrum. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium evidens & majorem roboris firmitatem preſentes litteras cum appenſione ſigillorum noſtrorum conventus & oppidi predictorum fecimus communiri. Actum & datum anno Domini ut ſupra. (a)

(a) Transactionem hanc confirmavit Gerlacus Archiepiſcopus Mogunt. die XII. Maj. anni ſequentis.

§. II.

In caſtro Friedeberg.

Eccleſia parochialis. Altare ſancti *Nicolai.* Altare x *millium Martyrum.* Altare ſantte *Marie.* Altare ſancti *Bonifacii.* Altare *Corporis Chriſti.* Altare ſancte *Marie Magdalene.* Altare ſancte *crucis.* Altare ſancte *Elizabeth.* Altare ſanctorum *Philippi* & *Jacobi* Apoſtolorum. Altare beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, *Sebaſtiani* ac *Dorothee* Martyrum noviter erectum & confirmatum.

Anno MCCCLXX viceſima ſecunda Junii *Gerlacus* Archiep. Mogunt. literis Aſchaffenburg datis dotationem & fundationem altaris conſecrati in honorem omnium ſanctorum, beate *Elizabeth*, ſancte *Agnetis* & beati *Wendelini* ſiti in eccleſia parochiali caſtri *Frideberg* per Regem & ſocios ſocietatis militie dictorum *der grünen Mynner* pietatis motu factas auctoritate ordinaria confirmavit. Confer. *Friederich Carl Mader in den ſicheren nachrichten der burg Friedberg part. I. pag.* 175.

Anno MCCCLXXII feria ſecunda ante Dominicam qua cantatur *Laetare Gernandus de Schwalbach* cum *Guda* conthorali ſua parocho caſtri & quinque altariſtis ibidem dimidium manſum contradidit, de quo annuatim cedat parocho octale ſiliginis, tantundem altariſtae S. *Nicolai* & reliquis altariſtis cuilibet dimidium octale. *Mader. l. c. pag.* 179.

Anno MCCCLXXVIII in craſtino beatorum *Nerei, Achillei & Pancratii* Martyrum *Craffto de Rockinberg* plebanus in caſtro Archiepiſcopo Mogunt. prece multa ſupplicavit, quatenus altare beatorum *Martini* & *Michaelis* per *Lucardim* dictam *Thügel* erectum & dotatum confirmare dignetur. *Mader. loc. cit. pag.* 193.

Anno MCCCLXXX in octava S. *Martini* altariſtiae S. *Crucis* in caſtro aedes conſtituuntur. *Mader. loc. cit. pag.* 197.

Anno MCCCLXXXIII ſupra memoratus *Craffto* cum caſtrenſibus concordavit ſuper jure patronatus altaris a *Gilberto Weiſſen* de *Tauerbach* & ejus conjuge fundati. *Mader. loc. cit. pag.* 200.

XXIV.

Altare S. Crucis in caſtro fundatur.

Omnibus praeſentium inſpectoribus pateat evidenter, quod ego *Craftho* de *Rockenberg* quondam plebanus eccleſiae parochialis caſtri *Frideberg* Moguntinae dioeceſeos de meis bonis cum adjutorio aliorum Chriſti fidelium per gratiam Dei omnipotentis inſtitui & dotavi, nec non inſtituo & doto per praeſentes unum altare novum ſitum in dicta eccleſia in honore ſanctae *Crucis*. glorioſae Virginis *Mariae* ac beati *Joannis Ewangeliſtae* patronorum ejusdem aſſignando ſibi & ejus poſſeſſori certos redditus infra ſcriptos perpetue habendos & poſſidendos in primis xvjj octalia ſiliginis cedentia ſuper agris & pratis in terminis villae *Steinfurt*. Item duo jugera pratorum in terminis villae *Bincheim*. Item duo octalia ſiliginis in terminis villae *Rockenberg* a monialibus ibidem cedentibus. Item tria octalia ſiliginis in terminis dicti caſtri cedentibus. Item unum octale ſiliginis in terminis *Nyedermörle*. Item marcam cum dimidia cenſus in terminis dicti caſtri & prout in literis ſuper dictis redditibus loquentibus plenius continetur. Et in teſtimonium firmius praeſentium & aeternum ſigillum meum praeſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni milleſimo CCCo LXXXXo ſexto ipſo die *Diviſionis Apoſtolorum*.

Anno

Anno MCCCCV feria quarta poſt diem beati *Andree* Apoſtoli *Conradus Rode* parochus caſtri praedium *Joannis* de *Garbinheim* pro praeſentiis coëmit. *Mader. l. c. pag.* 270.

Anno MCCCCXXIII. *Conradus* Archiep. Mog. confirmavit altare SS. *Sebaſtiani & Dorotheae* in caſtro a *Joanne de Stockheim* confirmatum. *Mader. l. c. pag.* 294.

Anno MCCCCXCIII feria quinta poſt *undecim millium virginum* Burggravius ceterique caſtrenſes caſtri *Frideberg* illuſtri Principi & venerabili viro domino Prepoſito eccleſie beate *Marie* Virginis *ad gradus* Mogunt. (is erat *Rupertus* Comes Palatinus Rheni) vacante eccleſia parrochiali dicti caſtri per obitum magiſtri *Sifridi Stedden de Urſell* plebani ejusdem parrochialis eccleſie noviſſimi rectoris D. *Conradum* Steube de *Frideberg* presbyterum preſentarunt ſupplicantes ut eundem de hujusmodi parrochialis eccleſie beneficio adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis & conſuetis inveſtire dignetur. *Mader. loc. cit. pag.* 91.

Eodem anno nec preſentatus parochus caſtri litteras reverſales ſubſcripſit, queis appromiſit caſtrenſibus fidelitatem, ſe functiones parochiales exacte peragere, perſonaliter reſidere & omnia, prout egregium parochum deceret, obſervare velle &c. *Mader. loc. cit. pag.* 93.

Anno MDV Burggravius & caſtrenſes *Jacobum Kleybern* de *Reichenbach* ad capellam Leproſorum extra oppidum *Frideberg* praeſentarunt, ejusdemque curis ſcholam in caſtro adminiſtrandam tradiderunt. Litteras reverſales pro more illius aevi ſupra fatus *Jacobus Kleyber* ſubſcripſit ſigillo parochi caſtrenſis munitas feria quinta poſt Dominicam *Cantate* anno Domini M:D.V.

XXV.

Uebergab Metze zu Gemmingens, Eberhard Weiſe verlaſſene hauſsfrau, über die güter zu Rockenberg und Oppershoven an pfarrherrn und altariſten in der burg Friedberg beſchehen.

Ich *Henne von Langſtorff* zu der zyt richter zu *Rockenbergk*, ich *Pferrers Hen* zu der zyt richter zu *Oppershoven*, ich *Nutzlichs Henne*, ich *Contze Schmid*, ich *Peter Snyder*, ich *Eberharts Heintze*, ich *Joſte von Oppershoven* und ich *Wernher Hofemann* wir bekennen in dieſem offenen brieve, das die erber jungfrauwe *Metze von Gemmyngen* gelaiſſne wittwe *Ebirhart Weyſen* ſeligen vür uns geyne *Rockenberg* by die lynden kommen iſt und bade uns die genant jungfrauwe *Metze* daby zu geen, ſie wulde dem pferner und altariſten gemeynlichen der pfarre kirchen zur burge *Friedebergk* und ihre nachkommen umb gotts willen geben alles irre gut, das ſie und ire hufswirt ſelige *Ebirhart Weiſe* hetten gehabt zu *Rockenbergk* und zu *Oppershoven* in den gerichten farende und ligende nichts uſsgenommen, mit halme und mit giren uffgeben, alſs dann daſelbs gewonlich und recht were. Als gingen wir obgenannte *Henne* von *Langſtorff* und *Pfernershenn* zu der zyt richter und wir die obgenannten hausgenoſſen darby und han da geſehen und gehört und ſin daby geweſt und han auch uf die zyt unſer recht darumb genommen, daſs die obgenant jungfrauwe *Metze* herrn *Heinrich* Römer, der dann zu der zyt von der obgenannten herrn wegen da was, alle ihre gut, alsdann vor underſcheiden iſt und geſchrieben ſtet, mit halme und mit giren uffgab und yn von jungfrauwen *Metzen* wegen dar in ſaſste, alsdann daſelbs gewonlich recht und herkommen iſt, und das daz alſo vur uns geſcheen und wir daby geweſt und das alſo gehöret und geſehen haben und unſer recht davon gefordert und genommen, das ſprechen wir alle und jeglicher beſunder uff unſer eyde, die wir allen unſeren herrn gethan han. Und das zu bekenntniſſe und waren gezügniſſe, ſo han wir ſemplichen und und unſer iglicher beſonder gebeden den erbern *Hermann Heyer* ſchultheys zu *Rockenberg*, das he ſin iugeſs. vür uns zu ende dieſer ſchrift drucken wulde. Deſs myns ſigels ich *Hermann Heyer* izunt genannt bekenne und hir an dieſe ſchrift gedruckt han umbe bede willen der richter und husgenoſſen obgenannt gemeynlich und ir iglichs beſunder. Am dinſtag nach ſanct *Mertins* tag anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo,

XXVI.

XXVI.

Eccleſia in Hoſtat incorporatur eccleſiae in caſtro Fridberg.

Uriel &c. ad perpetuam rei memoriam, non parvam paſtoralis officii noſtri partem exequi nos credimus, dum bona Deo dicata ad pietatis, divinorumque officiorum uberiora obſequia transferimus; ſane pro parte fidelis & dilectorum nobis *Emerici* militis, *Caroli*, *Ruperti*, & *Hermanni* de *Carben* fratrum & conſanguineorum oblata nobis petitio continebat; quod ſi eccleſia parochialis ſancti *Kiliani* in *Hoeſtat* noſtrae dioecoeſis paſtoria nuncupata, quae hactenus per vicarium perpetuum regi conſuevit, cujus etiam jus patronatus vel nominandi ſeu praeſentandi ad ipſos de Carben, quotiens eam vacare contigerit, pleno jure ſpectare & pertinere dignoſcitur, & ipſius paſtoriae annui fructus, reditus, & proventus parochiali eccleſiae ſanctorum *Georgii* martyris & *Anthonii* confeſſoris in *arce Friedburgenſi* praedictae noſtrae dioecoeſis ad uſum praeſentiarum ſeu quotidianarum diſtributionum pro plebano capellano & decem altariſtis inibi quotidie decantandis horis canonicis miſſis & aliis divinorum officiis adinſtar collegiatae eccleſiae deſervientibus perpetuo unirentur, annecterentur, & incorporarentur, divinus cultus profecto in eadem parochiali eccleſia arcis *Fridburg* haud parum ſusciperet incrementum; unde fuit nobis pro parte praenominatorum *Emerici* militis, *Caroli*, *Ruperti* & *Hermanni de Carben* humiliter ſupplicatum, ut paſtoriam in *Hoeſtat* praedictam parochiali eccleſiae in arce *Fridburgenſi* perpetuo unire, annectere, & incorporare, aliasque in praemiſſis de benignitate noſtra ordinaria opportune providere dignaremur; Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati, praedictam paſtoriam in *Hoeſtat* cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, praeſentiis ſive quotidianis diſtributionibus parochialis eccleſiae in arce *Fridburg* noſtrae dioecoeſis accedente ad hoc honorabilis devoti noſtri dilecti *Laurentii Hoffiersheim* moderni praedictae eccleſiae in *Hoeſtat* paſtoris expreſſo conſenſu authoritate noſtra ordinaria tenore praeſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita, quod cedente vel decedente moderno praefatae paſtoralis eccleſiae rectore vel eam alias quomodolibet dimittente liceat plebano & altariſtis parochialis eccleſiae in arce *Friedburg* praedicta, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem ſaepe nominatae paſtoralis eccleſiae in *Hoeſtat*, jurium̃que & pertinentiarum praedictorum apprehendere, atque perpetuo retinere, nec non fructus, reditus, & proventus ejusdem paſtoriae in uſum praeſentiarum ſive quotidianarum diſtributionum praefatae parochialis eccleſiae in arce *Friedburgenſi*. ut praemittitur, diſtribuere, cujusvis alterius licentia ſuper hoc minime

requiſita ſive obtenta; volumus tamen & ordinamus, quod ſi hujusmodi noſtras annexionem, unionem & incorporationem ſuum debitum ſortiri contingat effectum, quod cura animarum in praedicta paſtorali eccleſia nullatenus negligatur, ſed ipſa per vicarium perpetuum (uti ſolitum eſt) fideliter regatur, ac utriusque ſexus Chriſti fidelibus ſacramenta eccleſiaſtica cum omni diligentia adminiſtrentur nobisque & ſucceſſoribus noſtris de biennalibus de jure vel conſuetudine hactenus introducta debitis realiter & cum effectu ſatisfiat; noſtris praeterea & eccleſiae noſtrae Moguntinae juribus & jurisdictionibus ordinariis in praemiſſis ſemper ſalvis & illaeſis manentibus. Datae apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die XXIX menſis Octobris anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo.

Anno MDXXI officialis praepoſiturae *B. M. V. ad gradus Johannem Lichtenhein* altariſtam SS. *Jacobi & Philippi* in parochiali eccleſia caſtri inveſtivit.

Anno MDXXIII quarta Februarii Burggravius, magiſter fabricae caeterique de regimine arcis *Friedberg* ad altare S. *Johannis Evang.* in eccleſia parroch. dictae arcis ſitum per reſignationem *Johannis Camerer* vacans praeſentarunt *Nicolaum Has* presbiterum &c. *Mader. l. c. pag.* 159.

§. III.

In villa Nuheim.

Eccleſia parochialis incorporata Dominis in ſummo & regitur per plebanum.

Altare ſanctorum *Coſme* & *Damiani.*

In monte Nuheim.

Eccleſia incorporata Dominis in ſummo regitur per plebanum & pertinent illac eccleſie filiales que reſpiciunt bidem ſynodum, videlicet:

Eccleſia in *Steynfurt.* Altare ſancte *Marie* in eadem.

Item ibidem ſunt duo alia altaria conſecrata.

Eccleſia

Ecclesia in *Offenheim*. Altare beate *Marie* in eadem.

Item capella in *inferiore Morle* & pertinet ad montem pro Sacramento percipiendo.

In superiore Morle.

Domus Theutonicorum & habet plebanum de ordine suo. In ecclesia ista est altare consecratum non dotatum & habet filialem ecclesiam videlicet capellam in *Hussirheim*, quam plebanus predictus officiat. Item habet aliam filialem ecclesiam quoad synodum videlicet in *Langenhein* & ibidem est proprius plebanus; & in terminis ejusdem ecclesie in *Langenhein* est quedam capella S. *Bartholomei* & capella in *Czygenberg*.

In Holezpurg.

Ecclesia parochialis.

In Passin Wisbach.

Ecclesia parochialis. Ibidem est altare non dotatum.

In Wirheim.

Ecclesia parochialis incorporata capitulo in *Dietsch* & regitur per plebanum. Ibidem est capella sancti *Nycolai* & habet rectorem. Item ibidem altare sancte *Katherine* noviter dotatum,

XXVII.

Ecclesia in Nauheim ceditur Metropolitanae anno 1255.

Reverendis Dominis ac in Christo dilectis Praeposito decano & capitulo Magunt. *Starkradus* abbas & conventus in *Selegestat* paratam ad obsequia voluntatem. Quia ecclesiam vestram quam de coram reddunt & magnificentia operis & excellentia dignitatis pau itas ministrorum obtusçat cupientes prout ex filiali compassione tenemur in aliquo hujus-

hujusmodi deformitatem redimere & unius saltem adjectione ministri chori vestri ministerium redimere, ecce ecclesiam in *Nuhem* vestre dyoc. ad nostram collationem spectantem cum universis proventibus quos pastor ipsius ecclesie hucusque percipere consuevit salvis nobis omnibus redditibus quos hucusque habuimus in ipsa villa vel habere poterimus in futurum, universitati vestre pietatis intuitu sic donamus quod de redditibus ejusdem ecclesie qui vos contingent duo perpetui vicarii quamprimum eadem vacaverit statuantur quorum unus choro vestro deserviat per abbatem nostre ecclesie qui pro tempore fuerit libere & absque requisitione vestri capituli instituendus quotienscunque vicariam ipsam vacare contigerit in futurum dummodo sit persona choro utilis in sacerdotii vel dyaconatus ordine constituta, nullum ad nos de portione prebende respectum sed ad vestrum capitulum habita. Alter vero vicarius in prescripta ecclesia vestro nomine residebit cui & abbas nostre ecclesie postquam eum elegeritis & illum sibi per vestras litteras transmiseritis vicariam ipsam absque difficultate conferet ac eum loci archidiacono presentabit. Quodsi super duas vicariorum prebendas que inde honeste erunt quidquam poterit supereſſe, vestrarum meliorationibus proficiat prebendarum. Adhec ut cum temporali commodo caritati vestre bona etiam spiritualia largiamur & mutue fraternitatis glutino indissolubiliter copulemur universis vobis & singulis jus fraternitatis vere concedimus sic, ut quantocunque fratrum vestrorum defunctorum nobis obitus fuerit intimatus in compulsationibus vigiliarum exequiis, missarum solempniis faciemus per omnia sicut nostris. In cujus facti memoriam presens scriptum sigillorum nostrorum fecimus munimine roborari. Actum VI kalend. Maji &c. *Conf. Gud. T. II. p. 798.*

XXVIII.

Confirmatur cessio ecclesiarum in Nauheim &c. Metropolitanae facta.

Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius karissimis in Christo Preposito decano & capitulo ecclesie Mogunt. salutem in Domino. Licet simus omnibus ecclesiis & Deum timentibus debitores, tamen vobis & vestris commodis pre ceteris intendere volumus & debemus sicut fervor karitatis circa vos debitus exigentibus vestris meritis nos inducit. Cum igitur dilecti in Christo abbas & conventus *Fuldenſis* ecclesiam in *Berstat*, abbas & conventus in *Seligenstat* ecclesiam in *Nuheim*, abbas & conven-

conventus in *Blidenſtat* eccleſiam in *Kemede* noſtre dyoc. cum jure patronatus & univerſis ſuis pertinentiis quos paſtores ipſarum percipere conſueverunt vobis in augmentum prebendarum veſtrarum liberaliter contulerint prout in eorum litteris ſuper hoc traditis continetur. Nos eorum circa vos tam pium affectum in Domino propenſius commendantes collationes hujusmodi de prefatis eccleſiis ratas & gratas habentes eis adhibemus conſenſum voluntarium & expreſſum collationes prefatas in nomine Domini confirmando. Statuimus quoque ut cum primum ipſas eccleſias vacare contigerit omnes proventus earum qui ſuper competentes prebendas perpetuorum vicariorum ſacerdotum reſidencium in eisdem ad eas pro conſuetudine preſentandorum poterunt ſupereſſe libere veſtris uſibus communibus in perpetuum applicetis noſtro Succeſſorum noſtrorum & Archidiaconorum per omnia jure ſalvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri conſenſus & confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Dei omnipotentis beati *Martini* & noſtram ſe noverit incurſurum. Datum *Maguntie* anno Dni mill. ducenteſimo quinquageſimo. iiij. Id, ſeptembris. Pontificatus vero noſtri anno quarto.

Anno MCCLIV VII. Idus ſept. *Ulricus* Dynaſta Minzenbergenſis Capitulo Mog. tradidit jus patronatus & omnes proventus eccleſiae S. *Johannis* in *Nuheim*. *Gud. T. II pag. 112.*

XXIX.

G. Archiep. Mog. ceſſionem eccleſiae in monte Nauheim confirmat.

Gerhardus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto decano & capitulo Magunt. ſalutem in Domino. Quedam juris & neceſſitatis ratio nos inducit quod matricis noſtre eccleſie Maguntine, cujus nos ubera ab infantia lactaverunt pre ceteris eccleſiis nobis ſubditis commodis & utilitatibus diligentius intentamus. Cum igitur dilectus fidelis noſter *Ulricus* de *Mincenberg* eccleſiam in *monte* apud *Nueheim* noſtre dioc. cum jure patronatus & ſuis pertinentiis & reditibus univerſis, quos paſtor ipſius eccleſie conſuevit hactenus percipere, vobis ob Divinam, beati *Martini* & noſtram reverentiam & pro ſuorum remedio

peccatorum duxerit liberaliter conferendam, ita quod cum primum vacare contigerit, omnes proventus ipsius ecclesie qui super competentem & honestam prebendam sacerdotis perpetui vicarii residentis ibidem ad eandem per vos presentandi poterunt supersse ecclesie vestre usibus libere & perpetuis temporibus applicetis, nos collationem hujusmodi ratam & gratam habentes ac ei nostro successorum nostrorum ac etiam archidiaconi per omnia jure salvo consensum adhibentes voluntarium & expressum eam vobis in nomine Domini confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus, nulli ergo omnino homimum liceat hanc paginam nostri consensus & confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei beati Martini & nostram se noverit incursurum. Datum *Maguntie* anno Dni M° CC° LIIII° XXI. kal. jan. Pontificatus nostri anno tertio.

Euchiristicas capituli Mogunt. ad Dominum *Ulricum de Minzenberg* eod. anno VII. Idus decembris datas lege apud *Gud. Tom. II. pag. 114.* Consensum coheredum in *Minzenberg ibid. pag.* 127. Litteras compositionis super hac ecclesia de anno MCCXCII *loc. cit. pag.* 270.

XXX.

H. abbas Fuld. consentit.

Heinricus Dei gracia abbas ecclesie *Fuldensis* honorandis viris Decano totique capitulo ecclesie Mogunt. affectuosam ad omnia voluntatem, ut amiciciarum puritas que inter vos & ecclesiam nostram jocunda vicissitudine floruit & viguit ab antiquo in statu stabili & firmo robore nostris etiam temporibus conservetur, donacione quam nobilis vir bone memorie *Ulricus* de *Minczenberg* de parochiali ecclesia sancti *Johannis* in monte *Nuheym* prope *Frydeberg* cujus jus patronatus spectabat ad ipsum vobis & ecclesie vestre fecit, nostrum adhibemus consensum voluntarium & expressum eamque eciam ratificamus ac ipsam vobis & per vos vestre ecclesie confirmamus sub testimonio presencium litterarum quas vobis damus sigilli nostri munimine roboratas anno Dni MCC nonagesimo quinto VIII. Idus aprilis.

XXXI.

XXXI.

Archidiaconus Metropolitanam in poſſeſſionem immittit.

Ebirhardus Dei gracia Propoſitus ſeu Archidiaconus eccleſie ſancte *Marie de Gradibus* Mog. honorandis viris Dominis Prepoſito decano totique capitulo eccleſie Mog. ſalutem in Domino. Cum bone memorie Dominus *Ulricus* de *Minczenberg* eccleſiam parochialem montis in *Nuheim* Mog. dioc. noſtri archidiaconatus qui patronus dicte eccleſie fuit cum jure patronatus ac univerſis pertinenciis ac redditibus ſuis contulerit vobis in perpetuum obtinendam pie recordationis Dni *Gerhardi* Archiepiſcopi Mog. & predeceſſoris noſtri Domini *Wernheri* Archidiaconi ſeu Propoſiti nec non Decani & capituli eccleſie ſancte Marie predicte ad hoc accedente conſenſu ita quod cum primo eam vacare contigerit proventus ipſius eccleſie in *Nuweheim* communibus veſtris uſibus libere & perpetuo applicetis prout in litteris ſuper hoc confectis vidimus plenius contineri, cumque ipſam eccleſiam in *Nuweheim* per mortem *Engelhardi* ipſius eccleſie paſtoris ſive rectoris nunc vacet, nos tamquam loci archidiaconus vos & eccleſiam Mogunt de ipſa eccleſia in *Nuweheim* & jure patronatus ejusdem cum eorum pertinentiis & redditibus univerſis preſentibus inveſtimus & in eorum poſſeſſionem mittimus corporalem precipientes vobis a parochialibus dicte eccleſie in *Nuweheim* in omnibus obediri & reverentiam debitam exhiberi danteſque vobis & eccleſie Mog. has litteras ſigillo noſtro munitas in evidens teſtimonium & firmitatem perpetuam ſuper eo. Datum *Moguncie* anno Dni milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto quarto kalendas Octobris.

XXXII.

Reſervatio abbatis Fuldenſis.

Nos *Heinricus* Dei gratia abbas Theodericus Decanus totusque conventus eccleſie Fuldenſis honorandis viris dominis Decano totique capitulo eccleſie Mog. affectuoſam ad omnia voluntatem ut amicicia-rum puritas que inter vos & eccleſiam noſtram jocunda viciſſitudine floruit & viguit ab antiquo in ſtatu ſtabili & firmo robore noſtris eciam temporibus conſervetur, donacioni quam nobilis vir bone memorie *Ulricus de Minzenberg* de parochiali eccleſia ſancti *Johannis* in monte *Nuweheim* prope *Frideberg* cujus jus patronatus a Fuldenſi eccleſia tenebat in feodum vobis & eccleſie veſtre fecit, noſtrum adhibemus conſenſum voluntarium & expreſſum eamque eciam ratificamus ac ipſam

vobis & per nos ecclesie vestre confirmamus reservantes nobis nihilominus jus presentandi quandocunque vacaverit perpetuum vicarium in eadem si vero in eodem presentacionis jure nobis & ecclesie nostre aliquod inposterum emerserit impedimentum seu difformitas quod absit ad hoc idem removendum vos & capitulum vestrum obnoxii eritis penitus & astricti sub testimonio presencium litterarum, quas vobis damus sigillorum nostrorum munimine roboratas anno Dni millesimo trecentesimo decimo nono idus Julii.

XXXIII.

Compromissum in causa litigiosa ecclesiae in Nuheim.

Nos *Ulricus* dominus de *Hainowe* advocatus provincialis *Wedereibie* recognoscimus in hiis scriptis & constare cupimus universis, quod in causa que vertitur inter reverendos Dominos Dominum Decanum & capitulum majoris ecclesie Magunt. ex parte una & Dominum Prepositum de *Westerburg* ex parte altera super ecclesia in *Nuheim*, ad quam se dicit esse canonice presentatum, mediante nostro consilio ac aliorum amicorum suorum accedente consensu utriusque partis tali er est compromissum, ita sane quod ex utraque parte elegerunt arbitros arbitratores & amicabiles compositores dominus Decanus & capitulum pro se magistrum *Godefridum* vicarium ecclesie Maguntine & magistrum *Reinhardum* advocatum sedis; ipse vero Dominus Prepositus elegit pro se Dominum Custodem ecclesie Wetslarienſis & magistrum *Conradum* dictum *Saxo de Confluentia*. Hi ergo arbitri sic electi auctoritate & potestate ipsis tradita ex utraque parte, si ipsam causam per viam amicabilem terminare non poterint, tunc investigare debent omne jus utriusque partis & per diffinitavam sententiam terminabunt, & si in unam sententiam concordaverint, stabilis & rata permanebit, si vero discordaverint, assumere debent mediatorem magistrum *Theodericum* de *Collnhusen* canonicum Wetslarienſem, qui ad hoc deputatus est & assumptus, ad quamcunque partem idem mediator declinaverit, illorum sententia rata & stabilis permanebit, sicut prefati Domini de Maguntia & Dnus Prepositus fide data promiserunt Adjectum est eciam quod pars cadens in sententia illi parti pro qua sententia stabit, de damnis & interesse satisfaciet & refundet. Preterea predicti arbitri pronunciabunt diffinitivam sententiam infra hinc & proximam octavam Epiphanie Dni & medio tempore convenire debent tam partes quam arbitri in Frideberg in octava beati *Martini* & ibi unaqueque pars suos arbitros de jure suo, de actis

quanto

quanto diligencius poterit informabit. Ut autem hoc compromiſſum ratum & ſtabile permaneat, preſentes literas conſcribi fecimus & ſigillo Dominorum de Moguncia ad cauſas nec non ſigillo Dni Prepoſiti & noſtro ſigillo diligenter fecimus roborari. Actum & datum in *Frideberg* anno Dni MCCCIII° V° idus Octobris.

Litteras compromiſſi *Henrici de Weſterberg* & capituli Mogunt. ſuper hac eccleſia de anno MCCCVII & qualiter mediante arbitrio eccleſia adjudicata fuerit capitulo vid. apud. *Gud. Tom. III. pag.* 38. & 39.

XXXIV.

Capitulum Metrop. ratam habet concordiam antedictam.

Nos *Otto* Dei gracia Decanus totumque capitulum eccleſie Mogunt. recognoſcimus & ad perpetuam rei memoriam omnibus ad quos preſentes pervenerint volumus eſſe notum quod ad omnem diſſenſionis materiam que inter nos ex una parte & honorabiles viros Abbatem & conventum eccleſie Fuldenſis necnon *Syfridum de Runkel* racione parochialis eccleſie in *Nuheim* hactenus vertebatur ex altera radicitus exſtirpandam & ut inter nos & dictam eccleſiam Fuldenſem vera confraternitas & amicicia a longis temporibus retroactis obſervate inconcuſſe deinceps favorabilius vigeant & inviolabiliter conſerventur ratam ſunam ſive firmam concordiam cum eisdem Abbate & conventu & Sifrido predicto ac omnibus in hujusmodi comprehenſis diſcordiis hinc inde modo quo ſubſcribitur pro nobis & omnibus in eisdem contentis diſcordiis innuimus & ordinavimus inviolabiliter obſervandam videlicet quod renunciatis per nos hinc & inde omnibus dampnis & intereſſe nobis eccleſie noſtre predicte & nobis adherentibus occaſione predicte diſſenſionis illatis ac quibuslibet accionibus nobis ac eis ſuper hujusmodi dampnis forſitan competentibus necnon ſtatutis & promiſſionibus ſi quas predicti abbas & conventus & *Sy. de Runkel* in noſtrum vel noſtrorum forſitan fecerunt aut nos in ipſorum fecimus gravamen vel prejudicium retractatis nos de communi conſenſu in diſcretum virum Magiſtrum *Heinricum de Spira* canonicum eccleſie ſancti *Victoris* extra muros Mog. dictique abbas & conventus ac ipſe Syfridus in diſcretum virum Magiſtrum *Heinricum de Battinburg* canonicum eccleſie ſancti *Andree* in colonia ſuper jure patronatus eccleſie in *Nuheim* pre-

dicte ac ipſam eccleſiam quoad poſſeſſorium & petitorium arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores in ſe ſponte pretactum ſuſcipientes arbitrium compromiſimus & compromittimus per preſentes ut iidem arbitratores absque judiciorum ſtrepitu de plano juris ordine ſervato vel non ſervato die feriata vel non feriata receptis probationibus & inſtructionibus utriusque partis tam in *Fulda* quam in *Nuheim* & aliis partibus in quibus de jure quibuslibet noſtrum melius poterunt informari, dictam cauſam ſive queſtionem de ſcitu utriusque noſtrum in amiciciam determinent infra hinc & feſtum nativitatis beate *Marie* Virginis proxime affuturum vel ſaltem infra eundem terminum dictam cauſam nec ducti prece precio odio vel amore ſub atteſtatione Divini judicii ſolum Deum habentes pre oculis finiant & decidant jurisperitorum & literatorum diligenti conſilio prehabito juſticia mediante ad quod eosdem arbitratores per juramentum proprium quod deſuper facient volumus obligari, quodſi forſitan prenarrati compoſitores amicabiles infra dictum terminum in jure in cauſa hujusmodi diſcordarint extunc pronunciacioni Magiſtri *Reinhardi de Petterwil* canonici eccleſie Frankenfordenſis quam exnunc tam nos quam abbas & capitulum necnon *Syfridus* predicti pro perſona media eligimus ſtabimus, quam idem Magiſter *Reinhardus* receptis probacionibus & inſtruccionibus parcium & jurisperitorum prehabito conſilio diligenti ſub debito juramenti ab ipſo magiſtro *Reinhardo* preſtandi usque ad feſtum beati *Johannis Baptiſte* prefatum terminum proxime ſubſequens in jure facere tenetur cum arbitrorum altero premiſſorum, eſt eciam adjectum quod ſi aliquis ex primis duobus arbitris quod abſit deceſſerit vel huic negocio non poterit intereſſe pars illa que talem elegit in locum ipſius infra menſem a tempore ejus obitus vel impotencie dolo & fraude remotis alium ydoneum ſubrogabit, ſi autem in perſonam mediam inpotentia premiſſa contigerit evenire nos ambe partes predicte in ejus locum alium concorditer aſſumemus. Volumus eciam quod fructus proventus & redditus eccleſie memorate ſint apud prefatos primos duos arbitratores ſeu compoſitores amicabiles ſequeſtrati vel ei qui eccleſiam in *Nuheim* evicerit expenſis quas pro determinacione dicte cauſe fieri contigerit dumtaxat exceptis quas quidem expenſas a dictis fructibus recipi volumus integre miniſtrentur. Quidquid autem per preſcriptos arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores in cauſa preſcripta in amicitia vel in jure modo quo preſcribitur fuerit ordinatum vel eciam diffinitum ad eis obſervanciam utrimque tenemur ſub pena quingentarum marcarum argenti ac dicte cauſe periculo quam penam pars memorate pronunciacioni ordinacioni vel arbitrio contraveniens incidet ipſo facto ac ipſam pecuniam parti ordinacionem pronunciacionem & arbitrium hujusmodi obſervanti,

Pre-

Preterea volumus ſi dicta cauſa usque ad perſcriptos terminos quibuscunque cauſis vel caſibus intervenientibus forte quod abſit non fuerit terminata quod compromiſſum prefatum necnon dictorum arbitratorum poteſtas debeant poſt lapſum terminorum ſuperius premiſſorum nichilominus in ſuo robore perdurare. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtre eccleſie duximus preſentibus appendendum. Datum anno Dni milleſimo CCCIX. idus Maji.

Eodem anno & die ejusdem tenoris compromiſſum expediri juſſit *Heinricus* Abbas Fuldenſis & *Sifridus* de *Runkel.*

XXXV.

Compoſitio amicabilis.

Nos *Heinricus* de *Spira* ſancti *Victoris* juxta muros Mogunt. necnon *Heinricus* ſancti *Andree* in Colonia eccleſiarum canonici arbitri arbitratores & compoſitores amicabiles in cauſa que inter venerabilem Patrem Dnum *Heinricum* abbatem Decanum & conventum eccleſie Fuldenſis *Syfridum* de *Runkel* canonicum in *Ditkirchen* ex una necnon honorabiles viros Decanum & capitulum eccleſie Mog. ſuper eccleſia parochiali in *Nuheym* prope *Frideberg* ex parte altera a longis retroactis temporibus vertebatur ab utriusque partibus communiter electi auctoritate nobis ab eisdem partibus in ipſorum compromiſſo tradita ad omnem diſſenſionis materiam amputandam amicabiliter ordinamus ut Dni Decanus & capitulum dicte ecclefie Mog. ipſam eccleſiam in *Nuheym* eis olim a nobili viro quondam *Ulrico* Dno de *Mintzenberg* donatam & traditam & per venerabilem in Chriſto Patrem Dnum Archiepiſcopum Mag. incorporatam cujus parochie jus patronatus Dnus abbas Fuldenſis predictus ad ſe & ſuam eccleſiam quoad proprietatem ipſius aſſerit & ſemper aſſeruit pertinere, habere debeant in perpetuis temporibus pacifice poſſidere, ita quod Dnus abbas Fuldenſis qui pro tempore fuerit vicaria in parochia predicta vacante vicarium ydoneum prout requirit onus & cura ipſius parochie capitulo Mog. in perpetuo preſentabit a loci Archidiacono inveſtiendum, quam quidem ordinacionem & compoſicionem ſub pena quingentarum marcarum argenti in literis pretacti compromiſſi in nos facti contenta inviolabiliter volumus obſervari, dantes has literas honorabilium virorum Dominorum judicum ſancte Mogunt. ſedis ſigilli munimine roboratas in teſtimonium premiſſorum, & nos judices ſancte

ćte Mog. ſedis predićti recognoscimus predićtam ordinacionem & compoſicionem amicabilem in modum preſcriptum rite & racionaliter coram nobis per dićtos arbitros ſeu arbitratores factam & peractam fuiſſe, nosque ad preces & inſtancias dictorum arbitrorum nobis factas ſigillum noſtrum dićte ſedis literis preſentibus appendiſſe in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum & actum in conſiſtorio eccleſie Mog. anno Dni MCCCX IX kal. Auguſti.

XXXVI.

Pronuntiatio arbitrorum.

Magiſtri *Godefridus* vicarius eccleſie Mog. & *Reynhardus* advocatus Magunt. arbitri arbitratores ſeu amicabiles compoſitores in negocio ſubſcripto electi. Noverint univerſi preſencium inſpectores quod cum ſuper eccleſia in *Nuheim* Mog. dioc. inter honorandos Dnos Decanum & capitulum eccleſie Mog. ex una & Dnum *Heinricum* de *Weſterburg* ex parte altera quaeſtio verteretur ac pro parte Dominorum decani & capituli predićtorum in nos *G.* & *R.* predićtos ac per ipſum *H* & Dnum *Conradum* cuſtodem eccleſie Wetslarienſis & magiſtrum *Conradum* dićtum *Saxe* de *Confluencia* tamquam in arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores exſtiterit compromiſſum & partes prefate termino de conſenſu earundem ad docendum de jure ſuo quoad eccleſiam preſcriptam prefixo eſſent in noſtra dictorum arbitrorum preſencia conſtitute pro parte Dominorum Decani & capituli predićtorum coram nobis fuit propoſitum & petitum quod cum jus patronatus eccleſie in *Nuheym* dićte a quondam Dno *Ulrico de Mintzenberg* vero patrono dićte eccleſie & qui erat in poſſeſſione vel quaſi juris preſentandi rectorem ad eandem eſſet eccleſie Mogunt. canonice collatum ac eadem eccleſia in Nuheim per quondam Dominum *Gerhardum* Archiep. Mog. collacione hujusmodi jurispatronatus facta foret legitime de conſenſu Decani & capituli predićtorum dićte eccleſie Mog. incorporata & unita ac poſtmodum ipſa eccleſia in *Nuheim* vacante per mortem ejus qui eam tempore collacionis & unionis premiſſarum poſſidebat Decanus & capitulum predićti & ipſa eccleſia Mogunt. per Archidiaconum loci ad quem inſtitucio rectoris hujusmodi eccleſiae pertinet eſſent canonice inveſtiti & miſſi in dićte eccleſie poſſeſſionem corporalem ac eam ſic canonice poſſiderent, quatenus Decano & capitulo ante dictis ipſam eccleſiam in *Nuheim* poteſtate arbitraria adjudicare vellemus, pro parte vero Dni *H. de Weſterburg* prenotati propoſitum fuit quod cum jus patronatus

pre-

predictum haberetur & teneretur a Dominis de *Muntzenberg* titulo feodali ab eccleſia Fuldenſi ac per donacionem ſeu alienacionem ſupra ſcriptam hujusmodi juris patronatus ad eccleſiam Fuldenſem eſſet ipſo jure devolutum quatenus ipſum *H.* cum a Dno Abbate Fuldenſe vero ex cauſis premiſſis ipſius eccleſie in *Nuheym* ut aſſeruit patrono ad eandem fuerit preſentatus, pronunciare vellemus inveſtiendum eſſe de eccleſia ante dicta quo negato expreſſe per Dnos *E.* ſcholaſticum *E.* de *Spanheim* & *H. de Lyebesberg* canonicos eccleſie Mog. qui nomine decani & capituli predictorum in dicto termino comparebant, negata etiam per ipſum *H.* peticione decani & capituli predictorum ex parte eorundem decani & capituli Mog. tria inſtrumenta ſub ſigillo judicum ſedis Mog. transſcripta fuerunt exhibita ad probandum de jure ſuo quoad eccleſiam in *Nuheim* predictam unum videlicet collationis jurispatronatus, ſecundum unionis & incorporacionis tercium inſtrumentum inveſtiture & miſſionis in poſſeſſionem eccleſie in *Nuheim* predicte proteſtacione facta nomine decani & capituli predictorum quod originalia dictorum transſcriptorum parati eſſent exhibere ſi hoc eſſet neceſſe vel placeret nobis arbitris ante dictis prefatus vero Dnus *H. de Weſterburg* ad probandam de jure ſuo quandam literam preſentacionis facte de ipſo ad eccleſiam eandem ſub ſigillo Dni Abbatis Fuldenſis exhibuit & deinde cum idem Dnus *H. de Weſterburg* vellet pro intencione ſua fundanda Dnum *Ulricum de Hanauwe* & quoslibet alios milites de *Frideberg* videlicet *Conradum de Morle Craſtonem de Beldersheim Conradum de Cleen Marquardum de Brunyngesheim* dictum *Cranch* juniorem & quosdam alios pro teſtibus producere coram nobis arbitris antedictis, iidem nobiles & milites conſtituti in noſtra preſencia & coram aliis pluribus fide dignis aſſerebant quod ſi placeret nobis arbitris ſupradictis ipſi publice & non jurati recitarent ea que ſcirent de negocio antedicto & ſic proteſtacione tamen facta per nos arbitros & per partem Dnorum decani & capituli predictorum quod dicta nobilium & militum predictorum non juratorum valerent & ſuffragarentur ipſi *H. de Weſterburg* producenti eos quantum de jure poſſent & deberent producenti eos ſuffragari nobilis de *Hanauwe* & milites ſupradicti ſigillatim publice non jurati nec remiſſo ac partibus juramento pluribus aſtantibus recitaverint quod audiverunt dici quod jus patronatus eccleſie *Nuheim* preſcripte ſolum a Dnis de *Mintzenberg* in feodo habitum eſſet & poſſeſſum ab eccleſia Fuldenſi nihil aliud de veritate vel ex relacione de negocio hujusmodi deponentes niſi quod Dnus de *Hanauwe* ſpecialiter depoſuit quod hujusmodi jus patronatus eſſet quondam ſuo patri pluribus vicibus titulo feodi conceſſum ab abbatibus eccleſie Fuldenſis predicte non tamen depoſuit ſe vel patrem ſuum umquam fuiſſe

in poſſeſſione vel quaſi juris patronatus predicti, premiſſo itaque proceſſu habito coram nobis arbitris antedictis ac partibus eisdem termino ad pronunciandam in cauſa hujusmodi in noſtra preſencia conſtitutis nec volentibus alias preterquam ſupra ſcriptas probaciones ſeu inſtrucciones ſuper ſua intentione fundanda exhibere ac cuſtode & magiſtro *C.* predictis noſtris coarbitris nolentibus nobiscum in unam ſentenciam in hujusmodi negocio concordare nos magiſtri *G.* & *R.* predicti habito ſuper premiſſis juris peritorum conſilio pronunciavimus in cauſa prenominata prout in litera ſub ſigillo diſcreti viri Ludowici Archipresbiteri Wetslarienſis plenius continetur, cujus ſigillo fuimus in hac parte contenti. Et hoc omnibus quorum intereſt ſub ſigillo Dni Prepoſiti Mogunt officialis preſentibus appenſo cupimus eſſe nota. Et nos officialis predictus recognoscimus quod ad preces magiſtrorum *Godefridi* & *Reinhardi* predictorum ſigillum noſtre officialitatis appoſuimus literis annotatis actum & datum anno Dni MCCCCIIII. quinta feria proxima poſt octavam *Epiphanie* Domini.

XXXVII.

Eccleſiae in Dorenheym proventus applicati monaſterio Retherſe.

Honorabilibus Dominis Prepoſito decano totique capitulo Mogunt. magiſtra & conventus in *Retherſe* orationes in Domino ſempiternas. In ſignum recognitionis beneficii quod nobis ad ſublevationem noſtre indigentie in applicatione fructuum eccleſie in *Eorenheym*, cujus ad nos jus pertinet patronatus, clementer impendere curaviſtis, duas libras cere in feſto beati Martini annuatim ad ſollempnitatem ipſius feſti promittimus in perpetuum nos daturos & eas preſentabimus vobis per nuncium noſtrum in eccleſia memorata. Datum *Retherſe* anno Dni M° CC° LXIII° XII. kal. Julii. Conf. de Gud. T. III. pag. 794.

Anno MDXXX vigeſima Aprilis jure devolutionis proviſum eſt *Petro Dhür* de altari beate *Mariae* virginis alias ſanctae crucis in parochiali eccleſia in *Oſſenheim* prope *Fridberg* vacante ex obitu *Conradi Hertels.*

XXXVIII.

XXXVIII.

Confirmatio juris patr. eccleſiae paroch. in ober Mörle &c.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Siſridus* Dei gratia ſancte Mog. ſedis Archiepiſcopus omnibus preſentis evi fidelibus & futuri, ad quorum venerint hec ſcripta conſpectum, ſalutem in perpetuo ſalutari. Acta ſerenorum regum & ſublimium perſonarum quanto a celſiori auctoritate procedunt tanto ea convenit ſollempnioribus indiciis roborari teſtium & ſcriptorum, quibus ſcrupuli excludantur oblivionis & litis. A noſtra igitur memoria non labatur, quod Dominus *Fridericus* inclitiſſimus Romanorum & Sicilie Rex ſemper Auguſtus parochiam in *Morle* & filiam ejus capellam in *Holzburc* ob remiſſionem peccaminum & ſalutis ſue profectum ſancte *Marie* in *Jeruſalem* Theutonico contulit hoſpitali, ex parte cujus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut donationis regie libertatem confirmationis noſtre munimine ſuppleremus. Qua propter donationem eandem ſicut ab illuſtriſſimo Rege prefato pie ac ſalubriter eſt effecta, gratuite duximus approbandam, ipſamque auctoritate Metropolitica confirmamus, ſtatuentes ut in ipſa parochia qui etiam filie provideant in divinis, perpetui miniſtrent paſtores tali eis ſtipendio aſſignato, quo decenter valeant ſuſtentari & tam dioceſano quam archidiacono noſtra exolvere debita & conſueta, ſub interminatione igitur anathematis inhibemus, ne ulla eccleſiaſtica ſeculariſve perſona huic confirmationi noſtre preſumat auſu temerario contraire. Quod ſi quis attemtaverit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum ejus beati *Martini* & ex communicationis noſtre penam ſe noverit incurſurum. Teſtes autem ſunt: *Heinricus* Prepoſitus, *Boppelinus* Decanus, *Godefridus* Cuſtos, *Conradus* Cantor, *Heinricus* Archipresbiter, Magiſter *Heroldus* canonici majoris eccleſie Mogunt. *Arnoldus* decanus, *Burcardus* cuſtos ſancte *Marie ad gradus*, *Rupertus* comes de *Naſſowe*, *Godefridus* de *Eppenſtein*, *Geriacus* de *Budingen*, *Heinricus de Iſenburc*, *Fridericus de Kelbrowe*, *Wernherus* & *Philippus* de *Bonland*, *Conradus* camerarius & *Eberhardus*, *Ilbertus* de *Etchenſtein* & *Henricus* frater ejus *Hartmundus* & *Franco* de *Eſcheburn* & alii quam plures. Datum *Moguntie* anno incarnationis Dominice MCCXIX. VIII. calend. Decembr. Pontificatus noſtri anno nono decimo.

XXXIX.

Conſenſus Archidiaconi.

Theodericus Dei gratia Prepoſitus ſancte *Marie* Mogunt. *ad gradus* univerſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in ſalutis auctore. Donationem parochie in *Morle* & filie ejus capelle in *Holzburc* ſicut pie facta eſt Domini Theutonice ſancte *Marie* in *Jeruſalem* a Domino *Friderico* ſereniſſimo Roman. & *Sicilie* Rege ſemper Auguſto & a venerando Patre Domino *Sifrido* Mogunt. Archiepiſcopo confirmata, ſicut in ipſius literis vidimus contineri, ratam hanc noſtra devotio habet & acceptam. Dat. *Moguntie* anno MCCXIX.

§. IV.

In Uſunghen.

Paſtoria & plebania — Item ibidem altare ſancte *Crucis* — Altare beate *Marie* Virginis — Altare beate *Marie Magdalene.*

In Mertinshuſen.

Eccleſia parochialis — Item ibidem pertinet capella in antiquo *Wylnauwe* & habet capellanum.

In Greven Wisbach.

Paſtoria — Ibidem eſt Primiſſarius — Item habet filialem eccleſiam in *Eſſchebach* quam paſtor officiat.

In Huſen.

Paſtoria eſt & non plus.

In Monſtir.

Paſtoria — Altare ſancti *Valentini* in eadem eccleſia & habet eccleſiam filialem in *Hoewyſſel* & officiatur per commendam — Ibidem altare beate *Marie* virginis — Altare ſancte *Katharine* — Altare ſancti *Georgii* — Cappella in *Mergenzelle*, que eſt in ſilva, pertinet etiam illac.

In inferiori Wyſſel.

Domus Fratrum ſancti *Johannis* Iheroſolymitani & habent ibi plebanum de ordine ſuo qui viſitat capitula — Altare ſancti *Nycolai* ibidem & habet filiales eccleſias videlicet in *Oſtheim*, que habet proprium plebanum — Item in *Gredel* proprium plebanum — Ibidem altare ſancte *Crucis* — Altare ſanctorum *Anne* & *Georgii* — Item prope villam eſt ſita capella S. *Jodoci* que habet capellanum.

XL.

Jus patri altaris S. Valentini in Uſingen transfertur.

Dietherus &c. ad futuram rei memoriam omnibus & ſingulis praeſentes noſtras litteras viſuris, legique audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Nuper ſane pro parte nobilis *Philippi* comitis de *Naſſau* & *Saarbruck* ſidelicet affinis noſtri nobis dilecti expoſitum extitit, eundem juſtis & rationabilibus cauſis & rationibus ad id moventibus jus patronatus altaris ſive vicariae ſancti *Valentini* in eccleſia parochiali in *Uſingen* noſtrae dioecoeſis in Vaſallos guardiae conſules & communitatem dicti oppidi *Uſingen* conſenſu & voluntate nobilis *Joannis* comitis de *Naſſau* ejus filii titulo liberae donationis tranſtuliſſe juxta formam litterarum: unde nobis pro parte praedictorum humiliter fuit ſupplicatum, ut dictam donationem, translationem ſive ceſſionem gratioſe confirmare dignaremur, quarum tenor ſequitur in hunc modum: Wir *Philippß* Graſe zu *Naſſau* &c. &c. Nos veró viſo & examinato negotio ſupradicto praedictam donationem translationem ſive conceſſionem

nem ratam, gratamque habentes auctoritate noſtra ordinaria tenore praeſentium confirmavimus, ratificavimus, ratificamusque & confirmamus per praeſentes diſtricte praecipiendo mandamus in antea Vaſallos guardiae conſules & communitatem dicti oppidi veros & legitimos dicti beneficii patronos haberi & reputari, ac per eos legitime praeſentatos recipi & admitti harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datae in civitate noſtra Moguntina XXVII. menſis Octobris anno Domini XIIII^c LXXVIII°.

XLI.

Jus patr. altaris SS. M. Magdalenae &c. in Uſingen transfertur.

Bertholdus &c. omnibus praeſentium inſpectoribus ſalutem in Domino & notitiam, ſubſcriptorum exigit noſtri paſtoralis officii debitum, ut ea, quae ex ſinceris, verisque Chriſti fidelium mentibus praeſertim in divini cultus, animarumque ſalutis augmentum procedere conſpiciuntur, dum nobis offeruntur, prono amplectamur affectu; hinc eſt; quod nos pro parte generoſorum *Philippi* conſanguinei fidelisque nobis dilecti, ac *Ludovici* nepotis ſui comitum in *Naſſau* & in *Saarbrucken* nobis exhibitae petitioni inclinati quandam translationem juris patronatûs ſeu praeſentandi ad altare beatorum *Mariae Magdalenae*, *Catharinae*, *Martini* ac *Georgii* in eccleſia parochiali villae *Uſingen* noſtrae Moguntinenſis dioecoeſis ſitum, per praefatum *Philippum* comitem ſuo proprio & tutorio dicti ſui nepotis, eorumque haeredum nominibus in perſonas nobis dilectorum *Joannis* & *Eberhardi* de *Mernberg* dictorum *Rübſamen* fratrum factam, atque nobis ſub litteris patentibus dicti *Philippi* comitis, ut prima apparebat facie, ſigillis appendentibus munitis ob hoc oblatam cum omnibus & ſingulis capitulis, punctis & clauſulis inibi inſertis confirmandam approbandamque duximus, atque auctoritate noſtra ordinaria praeſentium tenore confirmamus, approbamus atque ſtabilimus, defectus, ſi qui forſan inibi commiſſi fuerint, ſupplentes, in cujus rei teſtimonium praeſentes noſtras litteras ſigilli noſtri fecimus appenſione communiri, datum apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub die XIIII menſis Junii anno &c. octuageſimo quinto.

XLII.

Conſenſus ad permutandum.

Marquardus de Hatzſteyn armiger, officiatus in *Uſyngen* Mag. Dioc. honorabili viro *D. Johanni Lyntheim* altariſte beate *Marie* virginis in paſtorali eccleſia prenominati *Uſyngen* ſalutem in Domino &c. Ut dictum altare glorioſe virginis *Marie*, cujus collatio ſeu jus preſentandi vacationum temporibus ad me & meos heredes pleno de jure patronatus ſpectare dinoſcitur ac ſpectat & pertinet, cum quacunque perſona idonea pro quocunque beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura etiam titulari beneficio libere & licite permutare poſſitis & valeatis meum in preſens benevolum ad id do conſenſum & aſſenſum. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum preſentibus duxi appendendum. Datum anno Dni milleſimo quingenteſimo ſexto die vero mercurii que fuit quarta decima menſis Octobris.

XLIII.

Fundatio miſſae perpetuae in Uſingen confirmatur.

Uriel &c. Ad perpetuam rei memoriam, cum meritum paſſionis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* exordium vitae, ſalutisque ſempiternae omnibus attulerit hominibus debito gratitudinis aſtringimur, ut his, quae voto piarum mentium in memoriam reverentiamque illius ordinantur, noſtris etiam favoribus adjuventur; ſane nobis fidelis & dilecti *Henricus* de *Stockheim* & *Clara* de *Welde* conjuges nobis exponi fecerunt, qualiter ob ſingularem devotionem, quam in paſſionem Domini noſtri *Jeſu Chriſti* animo haberent, unam miſſam de corpore Chriſti ebdomotatim per circulum anni in parochiali eccleſia in *Uſingen* noſtrae dioecoeſis in ſummo altari certis modo & forma decantandam erexerint, fundaverint, & inſtituerint, ac annuum cenſum quinque florenorum pro conſervatione hujusmodi inſtitutione dederint. & ſolvendum ordinaverint juxta vim, formam & tenorem quarumdam litterarum deſuper confectarum praeſentibus transfixarum; unde fuit nobis pro parte eorundem conjugum humiliter ſupplicatum, quatenus inſtitutionem, fundationem & erectionem ſupradictas authoritate noſtra admittere, auctorizare ac confirmare, & ut ſacramentum Euchariſtiae tempore celebrationis praefatae miſſae in monſtrancia ſub velamine tamen ſuper altari collocari poſſit & valeat, gratioſe indulgere dignaremur; Nos ve-

ró attendentes requiſitionem ac petitionem ſupradictorum conjugum fore piam ac rationi conſonam, volentesque eis in praemiſſis gratiam facere, praelibatas inſtitutionem fundationem & erectionem, prout factae ſunt, admiſimus, auctorizavimus, & confirmavimus, ac tenore praeſentium admittimus, auctorizamus & confirmamus, nec non collocationem ſacramenti Euchariſtiae ſub velamine tamen, adhibitis circa haec ſolennitatibus debitis & conſuetis indulſimus, tenoreque praeſentium indulgemus; accedente in praemiſſis omnibus plebani dictae eccleſiae parochialis in *Uſingen* expreſſo conſenſu; & ut *Chriſti* fideles eo ferventius confluant, manusque adjutrices pro conſervatione & augmentatione ſupradictarum inſtitutionis & fundationis porrigant, quo ſeſe cibo coeleſti uberius ſentiant refectos, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus veré confeſſis & contritis, qui celebrationi dictae miſſae de corpore Chriſti interfuerint, orationesque ſuas coram Deo ſupplici voto effuderint, totiens quotiens de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum, ac ſancti Martini patroni noſtri meritis confiſi quadraginta dies iudulgentiarum de injunctis eis poenitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; nolumus tamen per hanc noſtram confirmationem, admiſſionem ac indultum nobis, eccleſiae noſtrae Moguntinae aut ſucceſſoribus noſtris, neque plebano dictae parochialis eccleſiae vel aliis, quorum intereſt, in aliquo praejudicium vel jacturam generari, datae apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die XVIII menſis Aprilis anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo.

Anno MDIX. die 12. Aprilis Uriel Archiep. Mog. Stephano Fiſch B. M. V. oppidi Francfordenſis Scholaſtico in commiſſis dedit ut in negotio permutationis Johannis Brune Altariſtae S. Catharinae in *Indagine* & Johannis ame Stege Altariſtae B. M. V. in Oſtheym procederet prout de jure, de Gud. Tom. V. pag. 1086.

In Buczbach.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum — Item primiſſarius ibidem — Altare ſancte *Anne* ibidem — Altare ſancti *Johannis Paptiſte* — Altare omnium *Apoſtolorum* — Altare ſancto-

ſanctorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum — Altare ſancte *Elizabeth* — Altare ſancti *Wendelini* in hoſpitali ibidem — Altare ſancti *Bartolomei* — Altare ſancti *Valentini* — Altare ſancte *Margarete* non eſt dotatum, nec habet poſſeſſionem.

In Oppirshofin.

Eccleſia parochialis — Altare ſancte *Katherine* ibidem — Ibidem Altare ſancti *Nicolai* noviter dotatum & non confirmatum.

In Rockinberg.

Paſtoria incorporata monialibus in *Mergenſchloſs* ibidem — Plebania ibidem — Altare ſancte *Katherine* ibidem — Altare ſancti *Petri* in caſtro ibidem — Item altare ſancti *Nycolai.*

In Gambach.

Paſtoria & plebania & habet filiales eccleſias videlicet capellam in *ſuperiori Hergirn*, quam plebanus per ſe officiat & capellam in *inferiori Hergirn*, que habet capellanum.

Anno MCCXLII. Eccleſiae S. *Mariae* in *Butzbach* aſſignata fuit villa *Alberninchuſen* cum attinentiis. *Eſtor kl. Schrifften 3ter band pag. 41.*

XLIV.

Concordia ſuper fructibus biennalibus ab eccleſia in Butzbach ſolvendis.

Nos *Jacobus Locher* praepoſitus, totumque capitulum Eccleſiae ſancti *Marci* in *Butzbach* Moguntinae dioecoeſis recognoſcimus, notumque facimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum. Cum jam

dudum per felicis memoriae Dominum *Paulum* divinâ providentia Papam *secundum* paſtoria ſive parochialis Eccleſia in *Butzbach* in collegiatam ſit erecta, eccleſiam, cujus praetextu biennales fructus Archiepiſcopo Moguntino pro tempore vacationum temporibus per praedeceſſores noſtros ſoluti & pro nunc per nos propter obitum quondam Magiſtri *Gabrielis Biel* Eccleſiae noſtrae praefatae, dum vixit, praepoſiti reverendiſſimo in Chriſto Patri ac illuſtriſſimo Principi ac Domino Domino *Bertholdo* Archiepiſcopo Moguntino ſolvendi ſunt, conſideramus nobis & ſucceſſoribus noſtris in una ſumma fructus hujusmodi biennales perſolvere, propter ejus magnitudinem oneroſum eſſe & grave, quare nos cum ſua reverendiſſima paternitate compoſuimus, & intollerabilem ſolutionis modum concordamus juxta tenorem litterarum paternitatis ſuae qui ſequitur & eſt talis: *Bertholdus* Dei gratiâ ſanctae Moguntinae ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector. ad futuram rei memoriam. Ortâ nuper dubitatione apud honorabiles nobis in Chriſto dilectos praepoſitum & capitulum Eccleſiae ſancti *Marci* in *Butzbach* noſtrae dioecoeſis ſuper ſolutione biennalium fructuum praetextu ejusdem parochialis Eccleſiae per quondam felicis memoriae Dominum *Paulum* divinâ providentia Papam *ſecundum* jam dudum in collegiatam erectae comperta denique veritate praeteritarum ſolutionum in notabili ſumma ante hac noſtris praedeceſſoribus factarum, nos omnem ambiguitatem reſcindere, tollerabilioremque modum circa taxam biennalium hujusmodi ſolvendam & deinceps obſervandam eſſe, ſupplicationibus quoque praedictorum praepoſiti & capituli annuere volentes, tractatu ac conſuetudinis habitis tenore praeſentium ordinamus, providemus, & conſtituimus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus ſingulis annis praepoſitus & capitulum praefati in feſto beatiſſimi *Martini* patroni noſtri quinque florenos auri Renenſis loco biennalium fructuum de Eccleſia praefata nobis & ſucceſſoribus aut commiſſariis noſtris in civitate noſtra Moguntina realiter & cum effectu perſolvere, & praeterea de ſubſidiis pro tempore imponendis juxta taxam conſuetam ſatisfacere, aliisque juribus epiſcopalibus & cathedraticis integraliter & ſine exceptione reſpondere teneantur; hanc autem gratiam, ordinationem & taxam favore Eccleſiae, nec non praepoſiti & capituli praeſcriptorum perpetuo eſſe volumus, & per commiſſarios noſtros pro tempore obſervandam diſtricté praecipiendo mandamus datae apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die decima ſexta menſis Aprilis anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo. Promittimus igitur praepoſitus & capitulum praedicti pro nobis & ſucceſſoribus noſtris concordiam & ordinationem praeſcriptas inviolabiliter perpetuo obſervare, & ſecundum ejus continentiam

nentiam praefato reverendiſſimo Domino noſtro ejusque ſucceſſoribus ſatisfacere, neque contra eandem quidquam a ſede apoſtolica, aut quocunque alio impetrare, & attemptare, neque privilegiis exceptionibus, immunitatibus impetratis aut impetrandis gaudere aut uti velle quovis modo directe vel indirecte omni dolo & fraude prorſus ſemotis, in cujus rei teſtimonium ſigilla praepoſiturae & capituli Eccleſiae noſtrae praefatae praeſentibus litteris ſunt appenſa, datae die decima ſexta menſis Aprilis anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo.

XLV.

Concordia ſuper redditibus altaris S. Jacobi in Oppershoffen.

Zu wiſſen demnach ſich ein zeithero zwiſchen dem hochwürdigſten fürſten und herrn herrn Johann *Schweickarden*, des heiligen ſtuels zu *Maintz* Ertzbiſchoven des heiligen römiſchen reichs durch Germanien Ertzcantzler und Churfürſten unſerm gnedigſten herrn an einem, ſodan dem edlen und veſten, *Wolff Adamen* von *Schwalbach* andern theils wegen eines in der pfarckirchen zu *Oppershoven* gelegenen und ſub titulo *Sti Jacobi*, oder wie ſchwalbachiſchen theils vorgegeben worden, *S. Crucis* conſecrirten altars, allerhandt ſtritt und misverſtendigckheiten erhalten, in deme der von *Schwalbach* berürten altars und deſſen jährlichen gefelle und einckhommbſten ſich dahero befuegt und berechtiget zu ſeyn vermeinen wollen, das weilandt graf *Gotfridt* herr zu *Epſtein* und *Müntzenberg* &c. wolſeligen in anno ein tauſent vier hundert und neunzig denſelben altar ſampt ſeinen gefellen und einckhombſten der pfar Polguns incorporirt, fürter aber in anno 1596 zwiſchen weylandt ſeinem vatter, *Gernandten* von *Schwalbach* geweſenen oberamptman der herrſchaft *Königſtein* ſehligen und dan dem Heſſiſchen und Naſſauiſchen beambten ein auswechſel gegen etliche ſeine zu *Hirtsheim* im *Hüttenberg*, heſſiſchen und naſſawiſchen gebiets ihme erb und eigenthumblich zuegehorige pfochtfrüchten, kraft deswegen ufgerichter ſonderbahrer permutations notul getroffen, und als er Schwalbach gegen cedirung neſtberürter ſeiner eigenthumblichen Hüttenbergiſchen pfochtfrüchten, uf dieſe rap *Polguns* incorporirte geiſtliche altargefelle und intraden verwiſen worden, hingegen aber ihre churfürſtliche gnaden ihme von *Schwalbach* dieſe ſeine pretenſion darumb nicht guetheiſſen khönnen, alldieweil nicht allein die von weylandt graf *Gotfriden* beſchehene incorporation allerley zweifel uf ſich trüge, ſondern auch die darneben angezogene und von ſeinem vatter eingangene permutation ohne vorwiſſen und

conſenſs des Ordinarii getroffen worden, und alſo an ſeinen rechtlichen ſolenniteten vitios und mangelbahr wehre zu geſchweigen auch niemandt einiges altars *S. Crucis*, darauf gleichwol der von *Schwalbach* ſeine anforderung ſtellet, wie auch die von ihme in vim probationis beygeſchloſſene documenta wolermelts graf *Gotfrids* zu der pfar *Polguns* beſchener incorporation, ſodan die von *Schwalbachs* vettern ſeeligen mit den Heſſiſchen in anno ein tauſent fünf hundert neuntzig ſechs ufgerichte permutations notul eigentlich verlautet, bey der kirchen *Oppershoven* die geringſte wiſſenſchaft tragen wollen alles mehrers inhalts, deren herunder verübten cantzley acten, das gleichwol ohngeacht deſſen und zu endlicher hin- und beylegung ſolcher mishelligckeiten dieſe ſach dahin güetlich vereinbart, verglichen und vertragen worden, das der von *Schwalbach* deſſen erben und nachckommen nun fürbaſs und zu ewigen tagen von gedachtem altar und allen darzu gehorigen güetern jährlichen gefelten renthen und einckhombſten auch rechten und gerechtigckeiten, wie die immer namen haben mögen gentzlich und zumahl abtretten ſich deren weder in wenig noch viel, in oder auſſerhalb rechtens anmaſſen ſondern vor hochſt gedachte ihre churfürſtliche gnaden und dero nachckommen damit allerdings ruhig und unperturbiret gewehren laſſen ſoll, hingegen haben mehr hochſtgedachte ihre churfürſtl. gnaden dem von *Schwalbach* vor allen ſeinen anſpruch und forderung und zu ergentzlichckeit deren zu *Hüttenberg* oberzeltermaſſen durch ſeinen vatter ſeligen verwechſelter jährlicher pfochtfrüchten zu erſtatten und paar darzehlen zu laſſen gnediglichen verſprochen und inegeſetzt fünf hundert gülden gueter gangbahrer im heiligen reich gewonlicher müntz, welche er von Schwalbach auch für ausfertigung dis laut ſeiner ſonderbarn hierüber beſagenden quittung zu guetem begnügen alſo würdehlich empfangen und zu ſeinen ſichern handen angenommen deſsen alles zu wahrer urekundt und ſteter veſthaltung iſt dieſe vertrags notul zweifach verfertigt und ingroſſirt auch mit beiderſeits anhangenden inſiglen becreftigit und beſtettiget worden, actum den ſechs und zwanzigſten Februarii anno Domini milleſimo ſexcentiſimo decimo quinto.

XLVI.

Parochia in Rockenberg incorporatur monaſterio ibidem.

In nomine Domini amen. Nos *Eberhardus* Dominus in *Eppenſtein* Mog. Dioc. & *Agnes* de *Naſſovia* noſtra conthoralis publice recognoſcimus per preſentes & notum facimus univerſis, quod nos matura deliberatione prehabita donationem & collationem juris patronatus eccleſie parochialis in *Rockenburg* dicte dioceſis cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis per bone memorie *Gotfridum* Dominum in *Eppenſtein*

&

& *Loretham* ejus uxorem legitimam avum & avam noſtri *Eberhardi* prefati monaſterio ſanctimonialium ordinis Ciſtercienſis prope villam *Rockenberg*, quod nunc *Marienſchloſs* appellatur, ad laudem omnipotentis Dei ejusque virginis matris *Marie* ejusdem monaſterii patrone & ipſius ac progenitorum ſuorum jugem memoriam, divina inſpiratione de expreſſo conſenſu & benevola voluntate recolende memorie quondam Domini *Rudolphi* comitis Rheni Palatini Ducis Bavarie, à quo idem jus patronatus in nonnullis aliis univerſitatibus & jurisdictionibus in feudum tenebatur, proinde factas, quemadmodum in his deſuper confectis & ſigillis prefatorum Domini *Rudolphi* Ducis ac *Gotfridi* & *Lorethae* - - - quarum tenor de verbo ad verbum inferius eſt annotatus, plenius continetur, pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris univerſis ſponte & certa ſcientia - - - ratificamus & approbamus ipſasque ſic factas ratas & gratas habemus & tenemus & in perpetuum habebimus & tenebimus & nihilominus omne jus, ſi quod forſitan nobis in dicto jure patronatus & ad ipſum competit vel quomodolibet competere poſſet in Abbatiſſam & conventum dicti monaſterii & in ipſum monaſterium in *Marienſchloſs* meliori via jure modo & forma quibus melius & efficacius poſſumus & valemus ſimpliciter & in totum perpetuo transferimus ipſisque conferimus irrevocabiliter & donamus propter Deum & Divini cultus augmentum. Promiſimus etiam & promittimus per preſentes bona fide vice & loco juramenti ad ſancta Dei Evangelia pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris ſupradictis quod approbationem, ratificationem translationem collationem & donationem prefatas nunquam revocabimus aut ipſi revocabunt nec ipſas Abbatiſſam & conventum aut ipſis ſuccedentes unquam impetemus impediemus moleſtabimus aut turbabimus quomodolibet verbis aut factis directe vel indirecte publice vel occulte quin imo contra quoslibet ipſas impedientes moleſtantes aut turbantes occaſione juris patronatus eccleſie memorate ipſis efficacis opis preſidio aſſiſtemus, ipſasque totis viribus defendemus. Tenor vero literarum de quibus ſupra mentionem fecimus de verbo ad verbum noſcitur eſſe talis. In nomine Domini amen. Nos *Gotfridus* Dominus in *Eppenſtein* & *Loretha* dicti Domini noſtri *Gotfridi* conthoralis recognoſcimus publice & tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus cum primis fore notum, quod inſpirata nobis ſancti Pnevmatis gratia clauſtrum ſeu cenobium ſanctimonialium Ciſtercienſis ordinis per honorabilem & circumſpectum virum Dominum *Joannem* de *Rockenberg* in terminis dicte ville *Rockenberg* de novo plantatum edificatum & dotatum ac etiam per dioceſanum confirmatum ob omnipotentis Dei & beate ac glorioſe *Marie* virginis laudem culturamque Divinam augmentandam & dilatandam per amplius inſtaurare affectantes jus patro-

natus eccleſie in predicta villa *Rockenberg* ſite, quod quidem jus patronatus ad noſtros progenitores ab antiquo ſpectabat & ad nos pleno jure dignoſcitur pertinere, ipſi clauſtro & perſonis ibidem receptis & ſe recipiendis ad laudem Dei & beate *Marie* virginis ſonoro vocis jubilo jugiter decantandam in perennem noſtrorum progenitorum & noſtri memoriam impetrandamque in omnibus beneficiis de Salvatoris clementia peccatorum noſtrorum veniam & medelam cum omnibus & ſingulis juribus honoribus & utilitatibus ad ipſum jus patronatus pertinentibus proprietatis titulo donamus conferimus & eo jure quo ipſum hactenus habuimus, in eas transferimus pure ſimpliciter & in totum, harum literarum teſtimonio ſigillorum noſtrorum patrocinio munitarum. Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo octavo calendas Junii id eſt in die ſancti *Urbani* Pape.

XLVII.

Recognitio monaſterii ſuper factâ incorporatione modo memoratâ.

Elizabeth Dei gracia Abbatiſſa totusque conventus ſanctimonialium in *Rockenberg* Mog. dyoc. recognoſcimus in hiis ſcriptis publice proteſtando, nos teneri honorabilibus viris Decano totique capitulo eccleſie Mogunt. in duabus libris cere in feſto beati *Martini* Epiſcopi ſingulis annis perſolvendis ob incorporationem ſeu donationem eccleſie parrochialis in *Rockenberg*, ad quam quidem cere penſionem ſolvendam in termino prenotato nos preſentibus firmiter obligamus, quod predictam cere penſionem Magiſtro Fabrice eccleſie Mogunt. qui pro tempore fuerit dabimus & preſentabimus ſingulis annis in feſto beati prelibati noſtris laboribus periculis & expenſis. In cujus evidenciam preſentem paginam ſigillo noſtri conventus fecimus communiri. Datum anno Domini M° CCC° XXXIX° VII idus Marcii.

XLVIII.

Praeſentatio ad altare SS. Petri & Pauli in Rockenberg.

Wir *Eberhardt* Graff zu *Königſtein* und *Dietz* Her zu *Epſtein* und *Mintzenbergk* embieten dem wirdigen hern probſt unſer lieben frawen kirchen zun greden zu Mentz oder ſeinem bevelhaber unſern gunſtigen

grues

grues und fügen euch zu wiſſen nachdem die verleihung des altars des heiligen apoſteln *Petri* und *Pauli* zu *Rockenberg* Mentzer biſthumb gelegen durch ein freyhe reſignacion und ubergabe von dem erſamen hern *Heinrich Geyer* obgedachtes altars itzundt beſitzer gſcheen an uns als den rechten patron und verleiher deſſelben erwachſen und alſo verledigt worden, ſo haben wir den erſamen unſern lieben getrewen hern *Dietrich Geislern* gegenwertigen zeiger Mentzer biſthumbs prieſter mit gedachtem altar umb Gots willen gnediglich verſehen und ime den zugeſtelt, zeigen euch daruff inen mit diſem brieffe ane güdlich bittende ir wollet inen zu gemeltem altare mit ſeiner zugehorunge und nutzung inveſtiren und inſatzung thun oder zugſcheen verſchaffen, wie euch ewers ampts und bevelchs auch nach gemeinem rechten zu thun gepurt, damit er uff diſſe unſer verſehung zu nuviger poſſeſſion deſſelben altars komen und dabey pleiben moge, des ſint wir geneigt in allem guten zubſchulden. Des zu urkundt haben wir unſer ſecret inſigel an dieſen brieff thun uffdrucken und mit unſer eigen handt unterſchrieben. Der geben iſt freitag den XXVten Junii anno tunftze hundert und vier und dreiſſig.

Eberhart G. Z. Konigſtein.

Die viceſima ſeptima Junii ejusdem anni Officialis Praepoſiti ad gradus B. M. V. nec praeſentatum more conſueto proclamari fecit & die quintâ Auguſti cum ſolemnitate inveſtivit.

§. V.

In Grüningen.

Paſtoria incorporata monaſterio Arnſpurgenſi — Plebanus ibidem — Ibidem altare beate *Marie* virginis & eſt primiſſaria — Ibidem extra oppidum capella ſancti *Nazarii* dicta zu *Bermkeim* — Ibidem capella in villa *Golle* * & habet eccleſiam filialem quoad ſynodum & eſt ſeparata videlicet in *Holczheim* & habet proprium plebanum — Ibidem altare ſanctorum *Materni* & *Barbare.*

* Anno MCCLXXV. in die beati Thomae Apoſtoli Gerdrudis relicta Gumperti de curia in Ameneburg &c. &c. vendidit Helwico Abbati & Conventui in Arnspurg omnia

bona

bona ſua ſita in villa quae dicitur Gulle cum univerſis attinentiis ſuis, jure patronatus capellae ibidem, areis, pratis, paſcuis, ſilvis &c. &c. Gud. Tom. III. pag. 1148. & Tom. IV. pag. 922.

Anno MDV. die XX. menſis Octobris proviſum eſt Joanni Doner de beneficio altaris S. Michaelis in villa Gulle per obitum Rudolphi Schadecker vacante ad praeſentationem Joannis de Trehe dicti altaris patroni.

In Muſchenheim.

Eccleſia incorporata Arnspurgenſis ** Plebanus ibidem — Item Primiſſarius ſancti *Nycolai* ibidem & habet eccleſias filiales quoad ſanctam ſynodum duntaxat & ſunt alias ſeparate videlicet eccleſia in *Birkelar* & habet plebanum proprium — Item eccleſia in *Bettinghuſen* habet proprium plebanum.

** In litteris fundationis coenobii Arnsburg ab Heinrico Archi-Ep. Mog. Anno MCLI. datis haec occurrunt: — ut autem ſervitus Dei in eodem ſtabiliretur loco . . . . tradiderunt nonnulla de poſſeſſionibus ſuis. . . Decimationem vero quatuordecim jugerum dedecem & octo & vallis . . duobus jugeribus, qui ſunt in campo, qui dicitur Erthuſun, à matre eccleſia Gruningin abſolverunt. Item decimationem IIII jugerum de XVIII & uno jugere, qui eſt juxta villam Arnesburg, a matre eccleſia *Muſchenheim* abſolverunt & Aldenburgenſi eccleſiae noſtra permiſſione conceſſerunt. Item capellam quae eſt in caſtro Arnesburg, cui Abbas celebrationem divinorum provideat, contradiderunt, populum quoque ex utraque pontis commanentem parte, uno manſo quem habet ſacerdos de Gruningin in Holzheim abſolverunt, ea ſcilicet ratione, ut apud praefatam capellam baptizari, ſepeliri & ſervicio Dei muniri debeat per noſtram auctoritatem - - inveſtituram eccleſiae Muſchenheim. Gud. Tom. I. pag. 199.

XLIX.

XLIX.

Incorporatio eccleſiae in Grüningen mon. in Arnsburg facta confirmatur.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio - - Decano eccleſie ſancti *Bartholomei* Frankenforden. Moguntine Dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacre religionis, ſub qua dilecti filii - - Abbas & conventus monaſterii in *Arnspurg* Ciſtercienſis ordinis Moguntine Dioc. devotum & ſedulum exhibent altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas, ut votis eorum illis preſertim per que utilitas dicti monaſterii procuratur favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte ipſorum Abbatis & conventus, peticio continebat, quod olim bone memorie *Ludovicus* Magdeburgenſis tunc Maguntinus Archiepiſcopus pie conſiderans, quod dictum Monaſterium, in quo centum monachi & ultra tam presbyteri quam converſi preter alias eis & eidem monaſterio ſervientes perſonas ſub regulari habitu Domino famulantes continue degunt, creſcente temporis malicia, cum propter hoſtiles incurſus, tum eciam propter hoſpitalitatem & concurſum nobilium & potencium atque aliorum hominum ad dictum monaſterium cum eorum gentibus & exercitibus frequenter accedencium, nec non elemoſinas pauperum, qui ibidem in maxima multitudine quotidie reficiuntur, in ſuis bonis & facultatibus diminutum & enormiter oppreſſum exiſtebat, parrochialem eccleſiam in *Gruningen* dicte Dioc., cujus jus patronatus ad dictos Abbatem & conventum pertinebat, & cujus decime cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem monaſterio, cujus ducentarum marcharum argenti ſecundum communem extimationem, valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, auctoritate ordinaria univit, annexuit & incorporavit: reſervata tamen prius per eum de fructibus, redditibus & proventibus ipſius eccleſie pro perpetuo Vicario inibi inſtituendo & Domino ſervituro, congrua portione, de quâ idem Vicarius poſſet congrue ſuſtentari, epiſcopalia jura ſolvere & alia incumbentia onera ſupportare, dictique Abbas & conventus vigore unionis, annexionis & incorporationis hujusmodi predictam eccleſiam aſſecuti, illam aliquandiu tenuerunt & poſſederunt, prout tenent & poſſident pacifice & quiete. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, in unione annexione & incorporatione predictis, conſenſus dilectorum filiorum capituli eccleſie Maguntine non intervenerit, eoquod illi, qui pro capitulo ejusdem eccleſie ſe tunc gerebant, ſedi Apoſtolice & dicto Archiepiſcopo notorie rebelles erant, pro parte ipſo-

rum Abbatis & conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut premiſſis non obſtantibus, unioni annexioni & incorporationi hujusmodi robur Apoſtolice confirmationis adicere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, unionem, annexionem & incorporationem predictas auctoritate noſtra confirmare procures, ſupplendo premiſſos & omnes alios defectus, ſi qui forſan intervenerint in eisdem. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* XVI kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno primo.

L.

Jus patr. in Grüningen transfertur in Arnsburgenſes.

In nomine Dni amen. Nos *Philippus* Dnus in *Falkinſteyn* & in *Mintzenberg*. Imperialis aule Camerarius, & *Margaretha* Conthoralis noſtra dilecta recognoſcimus publice in his ſcriptis pro nobis & noſtris heredibus ac ſucceſſoribus noſtri dominii univerſis. Ad univerſorum tam preſencium quam futurorum claram & plenam noticiam in perpetuum reducentes, quod nos maturo ducti conſilio & deliberatione prehabita circumſpecta ad promocionem & profectum Monaſterii in *Arnsburg* Ciſtercien. ordinis Maguntin. Dioc. pomerii deſiderabilis cordis noſtri, fructus bonorum operum Deo propicio jugiter producentis, in quo fundacionis fungimur dignitate, ad ipſum predictum Monaſterium pium noſtrum dirigentes affectum, quo ipſum fore cupimus in ſpiritualibus ſplendidum & in temporalibus rebus opulentum, ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſe genitricis ejus beate *Marie* virginis, propter ſalutem animarum noſtrarum & omnium noſtrorum progenitorum, de communi conſenſu & voluntate unanimi liberaliter concedimus & aſſignamus, & abſolute damus, & donacione inter vivos facta irrevocabiliter ſcribimus, cedimus & ſolempniter ſtipulando reſignamus per preſentes religioſis viris deuotis noſtris dilectis. . Abbati . . & conventui monaſterii prefati in *Arnsburg*, & monaſterio eidem jus patronatus quod in eccleſia parrochiali ville noſtrae in *Grunengen* dicte Dioc. habere dignoſcimur, omni modo & forma ac jure meliori imperpetuum optinendum renunciamus quoque pro nobis & noſtris heredibus ac ſucceſſoribus noſtri Dominii univerſis imperpetuum omni excepcioni juris canonici vel civilis, actioni in factum, exceptioni indebiti, doli mali, ingratitudinis, & juri dicenti in generali conceſſione non venire ea, que quis eſſet veriſimiliter in ſpecie negaturus, juri dicenti generalem renunciacionem non valere, & omnibus actionibus, excepcionibus & jurium beneſi-

neficiis, per que poſſet, vel deberet predicta noſtra donacio, quin pocius reſignacio, in predicti monaſterii prejudicium aliqualiter infirmari. In quorum omnium ſingulorum premiſſorum robur perpetuum preſentes literas predictis religioſis dedimus noſtris ſub ſigillis. Datum & actum *Frankinfurdie* anno a nativitate Dni milleſimo trecenteſimo octuageſimo feria quinta poſt Dominicam *Jubilate* indictione tertia.

LI.

Alia confirmatio dictae incorporationis.

Pileus miſeracione Divina tit. ſancte *Praxedis* presbiter Cardinalis ad infra ſcripta apoſtolica auctoritate ſuffulti. Dilectis nobis in Chriſto Abbati & conventui monaſterii in *Arnsburg* ordinis Ciſtercien. Maguntin. Diec. ſalutem in Dno. Juſtis petencium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota, que a racionis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Veſtris igitur ſupplicationibus grato concurrentes aſſenſu ceſſionem & donacionem juris patronatus eccleſie parrochialis in *Gruningen* dicte Magunt. Dioc. vobis factas per nobilem *Philippum* de *Valkenſtein* & *Margaretam* ejus uxorem legitimam, nec non unionem & incorporacionem per venerabilem patrem *Ludowicum* Archiepiſcopum Magunt. Vicarium & dicte eccleſie ordinarium deſuper ſubſecutas, quamvis ad hoc ſui Capituli conſenſus non acceſſerit, quod propter inobedienciam & ſciſmaticam rebellionem, in quibus contra ſanctam ſedem Apoſtolicam temere jam perſiſtit, requiri non potuit, prout in libris ſuis vobis deſuper traditis dicitur plenius contineri, prout dicte ceſſiones, uniones & incorporaciones provide facte ſunt atque geſte ratas habentes atque gratas eas auctoritate apoſtolica qua fungimur tenore preſencium confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis & communicionis infringere vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Frankinfurdie* Maguntin. Dioc. VIIII. kal. Maii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Dni noſtri Dni *Urbani* Divina providencia Pape *ſexti* anno tertio.

LII.

Confirmatio incorporationis à L. Archiep. Mog. facta.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Nos *Ludovicus* Dei & Apoſtolice ſedis gratia ſancte Moguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri im-

perii per Germaniam Archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Cum a nobis quod dignum & juſtum eſt, & precipue a nobilibus *Philippo* de *Falkinſteyn* Dno in *Mintzinberg* & *Margaretha* ſua Conthorali legitima in Chriſto nobis dilectis petitur, racioni congruit & equitati, ut precibus ſupplicancium deſiderata concedimus aures pietatis tamquam poſtulantibus preſtando que nobis placita ſunt atque grata. Sane cum clauſtrum monaſterii ſive conuentus in *Arnſpurg* ordinis Ciſtercien. noſtre Dioceſ Moguntin.,in quo idem *Philippus* de *Falkinſteyn* & ſua legitima conthoralis fundacionis dignitate pociuntur, multitudo prebendatarum perſonarum exiſtit, qui jam propter maliciam temporis & malignos homines in rebus & bonis ſuis undique graviter perturbando leduntur, hoſpitalitatibus & diſcordiis patrie plurimum ſunt depauperati, diverſisque debitorum oneribus ſarcinati dicuntur, prout etiam a fide dignorum t·ſtium teſtimonio plenius ſumus informati, & cum in eodem monaſterii clauſtro ſeu conuentu in *Arnspurg* celebracionibus miſſarum, vigiliarum, oracionum & jejuniorum per religioſos devotos in Chriſto dilectos - - Abbatem & conventum monaſterii ſupradicti inibi degentes divinus cultus in Dei laude ſueque glorioſe matris ſemper virginis *Marie* & omnium ſanctorum gloria, nec non hoſpitalitates & alia pietatis opera pie & laudabiliter inibi exercentur, eisdem - - Abbati & monaſterio ac clauſtro ſeu conventui propter cauſas premiſſas non ſufficiant redditus & facultates, niſi ſit qui ob retributionem divinam reisdem monaſterio clauſtro & conventui ſuffragetur; nobis pro parte eorundem nobilium *Philippi* de *Falkinſteyn* & *Margarethe* ſue conthoralis legitime Dominii de *Falkinſteyn* ac heredum & ſucceſſorum ſuorum, qui monaſterio clauſtro ſeu conventui in *Arnspurg* memoratis jus patronatus eccleſie parrochialis ville ſue *Gruningen* noſtre Dioc. quod ad ipſos pertinere dinoſcebatur, per ſupra dictorum defectuum ſupplecionem pietatis motu irrevocabiliter & perpetue donaverunt, extitit humiliter ſupplicatum, quatenus monaſterio & conventui in *Arnspurg* ſupra dictis donacionem perdicte parochialis eccleſie in *Gruningen*, ut preſertur, factam, in hujusmodi defectuum relevamen & ſupplecionem incorporare, unire ac de benignitate noſtra perpetue & irrevocabiliter confirmare & annectere dignaremur. Nos itaque ut cultus divinus, pietatis opera ejusdem monaſterii & ſtatus feliciter augeantur, ad que augenda fervencius aſtringimur plus aliis ex officii noſtri debito paſtoralis & ob ſalutare nobilium *Philippi* de *Falkinſteyn* & ſue conthoralis legitime predictorum ac progenitorum ſuorum remedium animarum, & ut eorum animarum jugis & devota memoria habeantur, ac etiam ut iidem . . Abbas & conventus non defectuoſe liberius in ſpiritu humilitatis valeant altiſſimo deſervire, preces nobis porrectas mittere & donacione ipſorum inducimur,

mur, ut eosdem gracioſe exaudire debeamus. Eccleſiam igitur parochialem ville *Gruningen* cum omnibus juribus, proventibus, obvencionibus & pertinenciis ſuis . . Abbati monaſterio & conventui in *Arnspurg* per ſepe dictos nobiles *Philippum* de *Falkinſtein* & *Margaretham* ſuam conthoralem rite & perpetue donacionis titulo irrevocabiliter donatam, prenotatis . . Abbati, conventui & monaſterio in *Arnspurg* Dei nomine in perpetuum annectimus, incorporamus & unimus, & donacionem hujusmodi de parrochiali eccleſia memorata factam auctorizando confirmamus, ſic quod corporalem poſſeſſionem ipſius eccleſie in *Gruningen* memorate, ac jurium, fructuum & pertinenciarum ipſius per ſe vel per alium, ſeu alios libere auctoritate noſtra ſibi jam per nos data apprehendere valeant, ac etiam in uſus ſuos & monaſterii ſui in *Arnspurg* perpetue retinere, fructusque, redditus & proventus ipſius percipere, habere & retinere ſine contradictione ac impedimento quorumcunque volentes tamen quod perpetuus Vicarius, qui pro tempore fuerit in ea inſtituendus, inibi Dno ſerviturus nobis & ſucceſſoribus noſtris preſentandus in omnibus velut alter clericus noſtre Dioc. nobis & ſucceſſoribus noſtris & archidiacono noſtro, & ſpecialiter quoad preſentandum & introductionem in corporalem poſſeſſionem & in omnibus aliis juſtis licitis & honeſtis obediet & parebit. Aſſignantes Vicario hujusmodi pro tempore exiſtenti de fructibus redditibus & proventibus parrochialis eccleſie in *Gruningen* memorate congruam porcionem, de qua procione idem Vicarius commode poſſit ſuſtentari, hoſpitalitatem tenere, jura Papalia, Epiſcopalia & Archidiaconalia perſolvere, & alia onera incumbentia ſupportare: Et quia capitulum & canonici eccleſie noſtre Maguntin. pro conſenſu hujusmodi incorporacionis eſſent requirendi, quorum tamen conſenſus propter adheſionem - - Antipape & rebellionem notoriam ſedi apoſtolice & nobis factam, nec non majoris excommunicacionis ſentencias contra eos apoſtolica & noſtra auctoritate prolatas, haberi non poteſt de preſenti, in cujus incorporacionis evidenciam preſentes literas conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri majoris appenſione juſſimus communiri. Datum *Frankenford* noſtre Moguntin. Dioc. die viceſima prima menſis Aprilis anno Domini milleſimo trecenteſimo ottuageſimo.

Anno MCCCCXC. decima ſexta Aprilis *Johannes de Grüningen* Abbas monaſterii *Arnsburg* ad parochiale beneficium in *Holtzheim* per obitum *Hermanni Tinctoris* vacans praeſentavit officiali Praepoſiti eccleſiae ad gradus *Rudulfum Schmaltz*, qui praevio proclamate inveſtitus eſt vigeſima prima Maji anni praememorati.

Anno MCCCCLXVII. quinta feria poſt Judica *Joannis* de *Wickſtadt* Abbas in *Arnsburg* praeſentavit ad altare beatae *Barbarae* ſitum in *Holtzheim* prope *Grüningen* vacans ex libera reſignatione *Petri Ebersperg Johannem Engilgis*, qui praemiſſis de more praemittendis inveſtituram obtinuit ejusdem anni tertia decima Aprilis.

LIII.

Recognitio factae incorporationis parochiae Munſchinheim.

Nos Frater *Gerlacus* Abbas & conventus monaſterii in *Arnesburg* recognoſcimus publice tenore preſencium litterarum, quod tenemur & obligatos nos confitemur & conſtituimus nomine monaſterii noſtri predicti ſollempni tractatu inter nos habito ſuper eo ſancte Mogunt. eccleſie annis ſingulis in perpetuum in vigilia vel in die beati *Martini* hyemalis duas libras cere ponderis Mogunt. ratione incorporationis parochialis eccleſie in *Munſchinheym* nobis & monaſterio noſtro predicto per honorabiles viros capitulum prefate Mogunt. eccleſie gratioſe & legittime facte, ne impenſi nobis preſtiti clara memoria in perpetuum extinguatur ſolvere & preſentare renunciantes omnibus exceptionibus & jurium beneficiis que nobis a noſtro monaſterio predicto contra premiſſam obligationem poſſent in aliquo ſuffragari. Datum ſub ſigillo noſtro quo omnes uti ſecundum conſuetudinem noſtri ordinis Ciſterc. conſuevimus, anno Dni M° CCC° XXII. in craſtino beati *Benedicti* Abbatis.

LIV.

Novalia in Bettinghauſen aſſeruntur Arnsburgenſibus.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod cum inter Abbatem & conventum in *Arnsburg* nomine monaſterii ſui parte ex una, & *Wolframum de Bettinhuſin* ac *Johannem* dictum *Grebs* parte ex altera ſuper Decimis Novalium in Parochia *Bettinhuſin* predicta ſitis, que ad Monaſterium *Airnsburg* predictum noſcuntur pertinere queſtio verteretur in nos videlicet *Rudulfum* Decanum eccleſie ſancte *Marie* Liechenſis ac *Ditwinum* Primiſſarium in *Berſtad* tanquam in arbitros ab eisdem parti-

partibus fuit legitime & concorditer compromiſſum. Nos vero predictum arbitrium ſub pena perdicionis cauſe parti arbitrium non ſervanti in nos aſſumentes cauſe meritis inſpectis ac prudentum virorum ſcilicet Archipresbiteri Camerarii diffinitorum capituli in *Frydeberg* ac Magiſtri *Cunradi* dicti *Degwecke* jurisperiti nec non aliorum plurium uſi conſilio auctoritate arbitraria per viam juris ſententialiter diffinivimus, & pronunciamus in his ſcriptis, quod omnes Decime novalium de ſilvis, paſcuis ſeu de terris ab antiquo incultis, quum culte fuerint, ſive de paſcuis, que dicuntur gemeyn weide, quum in eis gramen creſcere permiſſum fuerit inpoſterum pro feno metendo ſeu generaliter omnes decime novalium ad paſtoriam ſive ad monaſterium, cujus paſtoria eſt, debet ſecundum ſtatuta ſacrorum canonum cedere pleno jure nec in his aliquis preſcripcionem, que jus tribuat quodquam ſibi juris poterit vendicare. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtrorum amborum predictorum preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Dni MCCCLVI. ipſa die *Marcelli* Pape ac Martiris.

LV.

Reverſales ſuper 5¼ jugeribus agrorum &c.

Ich *Herman* genant *Rode* von *Bettinhuſin* bekennen uffintliche in dyſem gegenwirtigen bryfe daz mir dy geiſtlichen herren der apt und der convent gemeynliche zu *Arnsburg* geluhin hant ir gut zu *Bettinhuſen* gelegen, daz vor zyden *Johan Bruhartis* und *Heynrichs* ſynes ſones von *Bettinhuſen* geweſt iſt, daz ſich zühet umb fünff morgen eyn halb vyrtel land, und anderhalben morgen wyſen mynner ader me ane geverde und zwo hultz margke zu landſiddelin rechte myn lebetage uſz und nyt lenger, daz en vormals zwei maldir korns geguldin hat; und ſal ich en jerlichs andirhalb maldir korns gud harter drockener früchte mintzenbergir maszes da von zu phachte geben, dy ich en jerlichs zuſchen den zweyn unſir libin frauwen dagen dy man zu latine nennet Aſſumpcio und Nativitas alſe man phechte ſpolget zu weren gutliche und unverzogentliche in er vorgenante cloſter uſſer hus ſal antworten und weren uff myn koſtin, ſchadin und arbeid und wilchis jares daz geſche, da got vür ſy daz ich en den vorgenanten phacht nyt en gebe uff dy zyt und an dy ſtad alſe vorgeſchriben ſtet, ſo mochten ſy mich darumb rechtfirtigen geiſtlichen adir werentlichen wy en daz fugete an allen indrag und widderrede myn und eyns yclichen. Ich ſal auch daz vorgenante gut vergene, verſtene, vergeldin und verzinſen wo des not iſt, oder not geſchee. Ich ſal auch und geredin daz me genante gut in beſzerungen zu halden und eme rat und gerethe zu

dun

dun alſe eyn gut lantſiddil. Wan ich dan von dodis wegen nyt en bin, daz got lange virhalde, ſo ſal daz dicke genante gut den obgenanten herren mit aller beſzerunge ane entlegunge ledicliche widder gefallen, und mogen dazſelbe gut luhen wem ſy wollen ane widerrede myner erben und eyns yclichen: doch alſo daz myne erben dy ſchare uff daz jar da uffnemen ſollen und davon ſollen ſy den megenanten herrn ere phactgeben, und dazſelbe gut uff dazſelbe jar virgen, virſten, virgelden und virczinſen wo des dan not iſt ane geverde. Des zu orkonde han ich *Herman* erſt genant gebedin den veſtin Knecht junghern *Anshelmen* von *Hobewiszele* daz he ſyn ingeſygil vur mich an dyſin bryff hat gehangen. Des ich mich Anshelm itzgenanter von bedewegen Hermans vorgenanten erkennen. Datum anno Dni milleſimo quadringenteſimo tercio ipſo die beati *Edmundi* confeſſoris.

§. VI.

In Mynczenberg.

Plebanus, primiſſarius ibidem — Ibidem altare ſancti *Johannis* — Altare ſancti *Georgii* — Altare ſancte *Katherine* — Item altare in hoſpitali ibidem — Item altare in caſtro ibidem — Altare ſanctorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum noviter dotatum.

In Liech.

Plebanus ibidem pertinet ad capitulum *Friedeburg* — Ibidem capella prope caſtrum — Ibidem extra oppidum capella in *Huſen* — Item prope oppidum predictum capella in *Rodenſteit* eſt translata ad capellam uff dem *Steynwege*.

Anno MCCXCI. V. Idus Januarii Gerhardus Archiep. Mog. confirmat unionem eccleſiae de *Amena*, cujus jus patronatus pertinuit ad Wernherum Dominum de Mintzenberg, domui S. Anthonii in Grunenberg factam, cum obligatione, ut duo confratres presbiteri capellam caſtri Mintzenberg officiare

ciare debeant perpetuo in divinis, qui in opido Mintzenberg continue perſonaliter reſidebunt, congruam de proventibus eccleſiae in *Amena* pro ſuſtentacione eorum recepturi perpetuo portionem. Gud. T. 1. pag. 845. Approbatio generalis Antonitarum, quod praedicta Domus ordinis apud Grunberg procurandam ſuſceperit capellam in *Minzenberg* vid. apud de Gud. T. 2. pag. 261.

LVI.

Altare extra chorum eccleſiae Müntzenb. confirmatur.

Bertholdus &c. univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ad quorum praeſentiam hae noſtrae pervenerint litterae ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtaurationem, fundationem, erectionem & dotationem perpetui eccleſiaſtici beneficii in altari eccleſiae *Müntzenberg* noſtrae dioecoeſis extra chorum praelibatae eccleſiae ad imaginem intemeratae virginis Dei genitricis, in honorem omnipotentis Dei, glorioſiſſimae virginis *Mariae* & beatorum *Hieronimi* presbiteri, *Annae* matris *Mariae*, & *Sebaſtiani* martiris per nobis in Chriſto devotum honorabilem & dilectum *Joannem* muris *Müntzenbergenſem* ſacerdotem pro ſalute animarum ipſius parentum & omnium Chriſti fidelium cum certis ſufficientibus reditibus pro unius ſacerdotis competentia ſufficienter dotatum, prout in litteris dotationis his noſtris affixis, transfixis & allegatis plenius habetur & continetur, dummodo ſine praejudicio rectoris praedictae eccleſiae parochialis in *Müntzenberg*, & cujuslibet alterius alieni juris injuriâ facta ſint, & fiant, ratas, gratas habentes, ipſasque perpetuando approbamus, collaudamus, atque in Dei nomine authoritate noſtra ordinaria confirmamus, bonaque in praedictis dotationis litteris deſcripta eccleſiaſticae aſcribimus libertati, jus vero patronatus ſeu praeſentandi dicti altaris, dum ipſum vacare contigerit, illi vel illis, cui vel quibus in dictis dotationis litteris reſervatum extitit, futuris temporibus reſervantes, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datae *Franckfordiae* decima tertia menſis Julii anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono.

Archid. VIII. Wetterav.

Anno MCCCCXCVI. *Bertholdus* Archiep. Mog. *Petro Textoris* ecclesiae Moguntinae & S. *Joannis* Canonico contulit altare S. *Nicolai* in capella cimiterii ecclesiae parochialis in *Müntzenberg* per mortem *Joannis Hertzler* vacans litteris *Aschaffenburgi* sexta Martii datis.

Anno MCCCCXCIX. decima octava Julii *Moderno Landsaudt* ad praesentationem senioris scabini & altaristarum Münzenbergensis ecclesiae collatum fuit altare praedictum.

Anno MDI° quarta Maji *Joannes Textor* obtinuit beneficium altaris Ss. *Petri* & *Pauli* Apostolorum in parochiali ecclesia in *Müntzenberg* ad praesentationem *Eberhardi* de *Bellersheim* senioris castrensis & *Joannis Branne* senioris scabini, provisio data est *Norimbergae* anno & die quo supra.

Modo dictum altare per obitum *Joannis Textoris* vacans collatum fuit anno MDVI. quinto Februarii *Joanni Linden* ad praesentationem vice plebani senioris castrensis & senioris scabini in *Müntzenberg*, litterae provisionis expeditae sunt *Aschaffenburgi*.

Anno MCCCXV. quarto nonas Martii ad mandatum & commissionem *Petri* Archiep. Mog. *Joannis* abbas monasterii in *Arnsburg* de consensu *Philippi* senioris Domini in *Minzenberg* & Domicelli *Ottonis* nec non pastoris ibidem ecclesiam filialem in *Husen* à matrice ecclesia in *Lychen* disjunxit, instituendo inibi specialem curam & baptisterium, *confer. de Gudenus Tom. III, pag.* 116.

Anno

Anno MCCCXVII. XVII. kal. Auguſti *Petrus* Archiep. Mog. novum collegium in parochiali eccleſia in *Lychen* in honorem beatae virginis *Mariae* à *Philippo* de *Falckenſtein* ſeniore fundatum confirmavit ita ut decem perſonae à modo dicto *Philippo* praeſentandae ad inſtar aliorum canonicorum habeant ſtalla in choro & loca in capitulo aliaque jura in eccleſiis collegiatis haberi conſueta, ſalvo etiam jure eligendi Praelatos videlicet Decanum Scholaſticum & Cantorem ac Canonicos penes capitulum remanente, confirmatio Praelatorum ad Archiepiſcopum pertineat, fructus praebendales non niſi praeſentibus miniſtrentur. Neo-collegiatae itidem conceſſum eſt jus patronatus in *Liche*, in *Amene*, in *Monſtere*, apud *Beſſingen* & in *Beldirsheim* &c. *Philippus* hujus eccleſiae fundator. Anno MCCCXXII. *Gud. Tom. II. pag.* 148.

LVII.

Recognitio capituli Lichenſis intuitu eccleſiarum eidem incorporatarum.

Nos Decanus totumque capitulum in *Lichen* Mogunt. Dioc. recognoſcimus publice per preſentes, quod honorabiles viri, Dni cuſtos cantor totumque capitulum eccleſie Mogunt. ſede & Decanatu vacantibus incorporationibus dicte noſtre eccleſie in *Lychen* factis per quondam reverendum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Dnum *Petrum* Archiep. Mogunt. de eccleſiis parochialibus in *Lychen ſuperiori Amene*, in *Münſter* prope *Beszingen* & in *Beldersheim* ſuum conſenſum adhibuerint voluntarium & expreſſum; Nos in ſignum recognitionis incorporationis & unionis predictarum promittimus in ſuis ſcriptis fideliter prefatis Dnis & capitulo eccleſie Moguntine ſingulis annis perpetuis temporibus in feſto beati *Martini* viii libras cere de qualibet eccleſiarum predictarum duas libras cere dare ſolvere ad luminaria que in choro dicte eccleſie Mogunt. in dicto feſto beati *Martini* pro Divini nominis cultu ardebunt & ad civitatem Moguntinam preſentare noſtris laboribus periculis & expenſis, ad hec nos noſtram eccleſiam & ſucceſſores noſtros

preſentibus ſollempniter obligantes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri capituli duximus preſentibus appendendum. Datum anno Dni M°CCC° XXI. kal. Novembris.

LVIII.

Capitulum Lichenſe vendit bona in Rödelheim & Prumheim.

Wir *Dietherich* &c. bekennen &c. Als die ehrſamen *Johann Zubrod* Dechant. *Gerlach* von *Lundorff* ſchulmeiſter, *Johann Backe* von *Grimberg* ſänger und das gantze capitel gemeinlich der Kirchen unſer lieben frawen zu *Liech* unſers Biſchthumbs dem veſten francken von *Crouemberg* dem alten unſerem lieben getrewen und ſeinen rechten ehelichen leibserben, und ob er nicht leibserben hätte oder lieſe, anderen ſeinen nächſten erben von geburt, ihren hof zu *Rödelnheim* in dem dorff gelegen, mit äckern, wieſen, gärten, wyden, hofſtätten, und ihren zehenden daſelbſt zu *Rödelnheim* und *Prümheim* mit allen ihren rechten und zugehörungen, nichts ausgeſcheiden, umb acht hundert rheiniſcher gulden franckfurter wehrung ewiglich verkauft und zu kauff gegeben haben, nach innhalt ſolcher brief, die dan darüber gemacht ſeyn, alſo haben wir zu ſolchem kauff unſern guten willen, wiſſen und verhängnus darzu für uns, unſer nachkommen und ſtift gegenwärtiglich in kraft dieſes briefs alle gefehrde und argeliſt hierinnen gäntzlich ausgeſchieden, des zu urkund ſo haben wir unſer ingeſiegel an dieſen brief thun henken, der geben iſt zu *Amorbach* an unſers herrn auffartstag anno Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo quinto.

LIX.

Cap. Lichenſe vendit bona in Grünau.

Unſer inniges gebett mit otmutigem und unterthänigem gehorſamb Ew. Fürſtl. Gnaden zuvor, ehrwürdiger gnädiger lieber herr, Ewer Gnaden bitten wir unterthäniglich wiſſen, wie das wir ein hof liegend haben zu *Grünaw* uf der *Nidde* mit andern äckern und wieſen, die da unhaftig ſeyn und darinnen gehören, ſolches hofs vorgeſchrieben, wir uns dan bisher nicht vollkomlich gebrauchen mögten, als uns dan ein landſidel, der darauf wohnhaftig iſt, geredt und zugeſagt hatte, der ſich auch ſolches hofs und güther gebraucht hat, bisher herumb umb

nutz

nutz und beſſerung willen unſers ſtifts ſeynd wir mit dem ehrbarn *Jacob Brunen* Schäffen zu *Franckfurth* überkommen und ihme ſolchen vorgeſchriebenen hof und güther darinn verkauft mit nahmen umb acht hundert gulden und ſiebenzig gulden, ſolch geld wir doch hoffen und getrauen, unſem ſtift nutzlicher anzulegen und zu beſtellen, und uns und unſerem ſtift ſtattlicher ſeyn ſoll, dan der vorgenant hof, ſo Ew. Gnaden wohl in wahrheit erfahren ſoll, herumb Ewr. Fürſtl. Gnaden bitten wir ſolchen kauff zu willigen, und zu beſtättigen und Ewr. Gnaden verhängnus darüber zu thuen, dan wir ſolches ungern thuen wolten oder unterſtehen ohn willigung Ewr. Gnaden als das billig iſt und wolle ſich Ewr. Gnaden hierinnen gnädiglich beweiſen, das wollen wir allzeit mit unſerem gebett und unterthänigem dienſt mit willen verdienen, geben unter unſerem ingeſiegel uf donnerstag nächſt nach *Bonifacii* des heiligen biſchoffstag anno &c. XXXVII^mo

LX.

Conſenſus Archiepiſcopi.

Wir *Dieterich* von Gottes Gnaden &c. bekennen uns, und thuen kund offentlich mit dieſem brief, als die ehrſamen *Johann Zubrod* dechant und das capitel gemeinlich des ſtifts zu unſer lieben Frawen zu *Lych* unſers biſchthumbs, unſer lieben andächtigen, den beſcheidnen leuthen *Jacob Brunen; Connen* ſeiner ehelichen hausfrawen burgern zu *Franckfurth* und ihren erben, ihren hof mit hauſſungen, ſcheuere und anderen fauen, darauf mit allem begriff und zugehörungen; in dem dorff zu *Grünaw*, und darzu 7. hueben landts, und ein halb hueb wieſen minder oder mehr, mit ein garten und weyde, in den feldern und termineyen des egenanten des dorffs *Grünaw*, und auch eins theils in berger termineyen und feld gelegen und darinn gehuebt ſeyn, mit allen begriffen und zugehörungen, umb achthundert und ſiebenzig gulden franckfurter wehrung ewiglich verkauft und zu kauffen gegeben haben nach innhalt ſolcher brief, die darüber gemacht ſeyn; alſo haben wir zu ſolchem verkauff unſern guten willen, wiſſen und verhängnus gethan und gegeben, thuen und geben unſern guten willen und verhängnus darzu vor uns unſere nachkommen und ſtift gegenwärtiglich in kraft dieſes briefs alle gefehrde und argliſt hierinn gäntzlich ausgeſchieden, und des zu urkund, ſo haben wir unſer ingeſiegel an dieſen brief thun hencken, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* am montag diviſionis apoſtolorum anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo.

§. VII.

In Dreyſe.

Eccleſia incorporata Arnspurgenſis habet plebanum — Ibidem altare ſancte *Katherine* — Item habet eccleſiam filialem quoad ſynodum & eſt alias ſeparata *Ebirſtad* habet plebanum.

In Obirnhoſen.

Paſtoria.

In Berſtad.

Paſtores Domini de eccleſia Maguntinenſi — Ibidem plebanus — Altare beate *Marie* virginis — Altare ſancte crucis — Altare ſancti *Nicolai* primisſaria & habet filiales eccleſias quoad ſynodum & ſunt alias ſeparate, videlicet: eccleſia in *Beldirsheim* habet plebanum — Item altare ſancti *Nicolai* ibidem — Altare ſancte *Margarete* in eadem — In caſtro *Beldersheim* altare glorioſe virginis *Marie* nec non ſanctorum *Johannis Evangeliſte* ac *Katherine*, *Barbare* virginum noviter dotatum — Item in *Wanebach* habet plebanum.

In Houngen.

Paſtoria — Item primiſſaria altaris beate *Marie* ibidem — Altare ſancte *Katherine* ibidem & habet eccleſias filiales ſeparatas videlicet *Fildeln Lunrade* & *Masfelden*, habent proprios plebanos — Item capella in *Langesdorff* & regitur per ſocium plebani — Item in eadem eſt altare beate *Marie* virginis noviter fundatum — Item prope *Houngen* eſt ſita capella *Graſſa* & pertinet tamen ad terminos ville *Radeheim*.

In

In Radeheim prope Nidde.

Paſtoria — Item ibidem altare ſancte *Marie* & habet filiales eccleſias non ſeparatas videlicet *Langte* capella — Altare ſancte *Marie* virginis ibidem — Item capella in *Steynheim* — Item eccleſia in *Huchelnheym* ſeparata regitur per proprium plebanum.

Item in Ulffe.

Eccleſia parochialis.

In Schotten.

Paſtoria — Altare ſancte *Brigide* — Altare ſanctorum *Petri* & *Pauli* — Altare ſanctorum *Jodoci* & *Materni* — Altare ſancti *Johannis Evangeliſte* — Altare ſanctorum *Nycolai* & *Georgii* & habet eccleſias filiales non ſeparatas in *Rudingesheim* & *Reinrade.*

In Hirchenhayn.

Eccleſia parochialis & habet eccleſias filiales non ſeparatas videlicet *Diechenhuſen* & *Hartmanshayn.*

In Bruningesheim.

Eccleſia ibidem.

In Wengirshuſen.

Paſtoria incorporata monialibus in *Blanckenauwe* & ibidem eſt plebanus & habet filiales ẽccleſias videlicet capellas in *Eygelhaſſen* in *Eſchenrade* & in *Kulſtoiſs* quas plebanus officiat.

In

In Walderadehuſen.

Eccleſia parochialis habet plebanum.

Item prope Gaudern.

Ibidem jacet capella prope ſancti *Marcellini* que pertinet ad ſedem illam.

LXI.

Eccleſia in Treyſa incorporatur mon. Arnsburg.

Mathias Dei & Apoſtolice ſedis gratia, ſancte Mogunt. ſedis electus & conſecratus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius, religioſis viris - - Abbati & conventui, monaſterii in *Arnspurg* Ord. Cyſterc. Mogunt. Dioc. in Chriſto ſibi devotis, ſalutem in Dno ſempiternam, ut hospitalitati aliisque pietatis operibus, & Monaſterii veſtri utilitati, quod ex affectu ſpeciali proſequimur melius & uberius poſſitis intendere, & veſtras neceſſitates eo congruencius ſubleuare, eccleſiam parrochialem in *Dreyſe* prope *Müntzenberg*, cujus jus patronatus ex donacioni nobilium perſonarum, *Ulrici* Dni de *Hanowe*, fidelis noſtri dilecti, & *Agnetis* conthoralis ejusdem canonice vobis facta, ad vos & ad dictum monaſterium veſtrum pertinere dinoſcitur, vobis & eidem monaſterio veſtro incorporamus, transferimus preſentibus, auctoritate ordinaria, & donamus, dantes vobis liberam poteſtatem fructus & obvenciones & jura ejusdem eccleſie, cum ſuis pertinenciis univerſis, poſtquam eam vacare contigerit, tollendi, colligendi, percipiendi & alias de ipſis disponendi, prout vobis & monaſterii veſtro predicto videritis expedire, juribus tamen papalibus, dioceſanis ac archidiaconalibus in omnibus remanentibus inconvulſis, & ſalva nichilominus, vicario perpetuo in eadem eccleſia canonice inſtituendo, congrua porcione, pro qua jura episcopalia ſolvere, hospitalitatem tenere, & incumbentia onera valeat expedire, dantes vobis preſentes ſigillo electionis noſtre munitas in teſtimonium ſuper eo, datum *Aſchaffenburg* III° kalend. Septembr. anno Domini milleſimo, trecenteſimo viceſimo tercio.

LXII.

LXII.

Conſenſus Capituli Mog.

Nos *Gotfridus* de *Eppenſtein* Cuſtos, *Eberhardus* de *Lapide* Cantor, totumque Capitulum eccleſie Mogunt.; tenore preſencium publice recognoſcimus, ad univerſorum tam preſencium quam futurorum, cupientes noticiam pervenire - quod cum reverendus in Chriſto pater & Dnus noſter, Dnus *Mathias* ſancte Mogunt. ſedis Archiep. ſacri imperii per Germaniam Archicancel. - terrena in celeſtia ſalubriter convertens, eccleſiam parrochialem in *Treyſe* prope *Myntzenberg*, cum ſuis juribus & pertinenciis univerſis ex donacione canonica nobilium perſonarum Dni *Ulrici* Dni de *Haynowia*, & Dne *Agnetis* conthoralis ejusdem religioſis viris - - Abbati & conventui monaſterii in *Arnsburg* ordinis Cyſterc. Mogunt. Dioc. ut celeſtium contemplacioni uberius & commodius inſiſtere valeant, incorporaverit auctoritate ordinaria & univerit prout in literis Dni - - Archiepiſcopi predicti ſuper hoc traditis & confectis vidimus expreſſius contineri, nos easdem, incorporacionem & unionem eccleſie in *Treyſe* predicte canonice factas, ratas habentes & gratas, eisdem noſtrum communem conſenſum adhibemus preſentibus voluntarium & expreſſum. In cujus noſtri conſenſus teſtimonium evidens, ſigillum capituli noſtri duximus preſentibus appendendum. Datum & actum anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo tercio, II non. Novembr.

LXIII.

Conſenſus Archidiaconi.

Nos Officialis prepoſiture eccleſie ſancte *Marie* ad gradus Mogunt. Recognoſcimus publice per preſentes ad univerſorum noticiam deducendo. Quod nos incorporationem & unionem eccleſie parochialis in *Treyſe* prope *Mintzenberg* factas per nobiles perſonas Dnum *Ulricum* Dnum in *Haynowe*, & Dnam *Agnetem* conthoralem ejus, veros ipſius eccleſie quondam patronos, religioſis viris - Abbati & conventui monaſterii in *Arnsburg* ordinis Cyſterc. Mogunt. Dioc. & per reverendum in Chriſto patrem & Dnum Dnum *Matheum* ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopum rite & canonice confirmatas, ratas & gratas habentes, eas quantum in nobis eſt auctoritate preſencium ex certa ſciencia approbamus & eisdem noſtrum conſenſum voluntarium adhibemus. In cujus approba-

tionis & conſenſus teſtimonium evidens ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Actum anno Dni milleſimo trecenteſimo viceſimo tercio XIIII° kal. Decembr.

LXIV.

Conſenſus Abbatis Fuldenſis.

Heinricus Dei gracia Abbas, *Theodericus* Decanus & Conventus eccleſie Fuldenſis ordinis Sti *Benedicti* Herbipolenſis Dyoc. (*a*) religioſis viris - - Abbati & Conventui Monaſterii in Arnsburg Ciſterc. ordinis Mogunt. Dyoc. confratribus ſuis ſpiritualibus in Chriſto devotis, ſalutem in omnium ſalvatore, religionis veſtre honeſtas & devocionis ſinceritas qua nobis & predicte eccleſie noſtre Fuldenſi vos mutue caritatis & fraternitatis impendiis aſtrinxiſtis, nos inducunt, ut micas de menſa habundancie noſtre cadentes, devocioni veſtre inperciendo, vobis & monaſterio veſtro predicto reddamur ad gratiam liberales, volentes ſcrupuloſis jurgiorum amfractibus ſinceritatem veſtram turbantibus viam precludere, ne ſubintrent, ſane translationi juris patronatus eccleſie parochialis in *Dreyſe* prope *Minzenberg*, Mogunt. Dyoc. & quorundam bonorum & jurium aliorum in terminis ejusdem ville exiſtencium per nobiles perſonas *Ulricum* Dnum de *Hanowe* fidelem noſtrum dilectum & *Agnetem* conthoralem ſuam generoſam, olim veros patronos eccleſie ſupradicte, in vos & Monaſterium veſtrum prefatum legitime & canonice facte, nec non incorporacioni predicte eccleſie per reverendum patrem Dnum - - Archiep. Mogunt. Dyoceſanum loci, & honorabiles viros - - capitulum eccleſie Mogunt., ex cooperacione predictorum - - nobilium fideli, vobis & monaſterio veſtro memorato facte & poſtmodum ſubſecute, ſollempni & diligenti tractatu inter nos habito ſuper eo, ſi predictum jus patronatus & jura prenarrata a nobis vel eccleſia noſtra Fuldenſi predicta feodaliter vel quovis alio titulo ſeu genere dependencie dependent vel dependere noſcuntur ſeu inpoſterum dependiſſe percipiantur, conſenſum noſtrum nomine noſtro & predicte eccleſie noſtre nomine, adhibemus, benivolum & expreſſum predictum jus patronatus atque jura alia predicta, cum omnibus juribus & appendiciis ſuis vobis & monaſterio veſtro predicto in perpetuum proprietantes, ac omne jus nobis vel eccleſie noſtre Fuld. predicte in prefatis patronatu & juribus com-

(*a*) *Quoad parochias cis amnem Faldam.*

competens in vos & monaſterium veſtrum *Arnsberg* predictum plenarie transferentes, renunciamus quoque pia devocione ducti omni actioni & exceptioni juris canonici vel civilis & jurium beneficiis & ſpecialiter beneficio reſtitucionis in integrum, actioni in factum, excepcioni doli, ingrati'udinis, enormis leſionis, & condicionis ex lege, juribus & dicentibus in generali conceſſione non venire que quis eſſet in ſpecie negaturus, item quod actus legitimi condicionem non recipiunt neque diem, item generalem renunciacionem non valere. Inſuper juribus editis vel edendis, privilegiis obtentis vel obtinendis & omnibus objectionibus aliis, perque in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum vobis vel monaſterio veſtro prefato deberet vel poſſet aliquod prejudicium generari, in quorum omnium teſtimonium & robur eternum nos Abbas & conventus eccleſie Fuld. predicti ſigilla noſtra ex certa ſciencia appendimus huic ſcripto. Datum anno Dni M° CCC° XXIIII° in vigilia *palmarum*, que fuit VII° idus Aprilis.

LXV.

Recognitio pro incorporatione parochiae Treyſa Arnsburgenſibus facta.

Nos Frater *Gerlacus* Abbas atque conventus monaſterii in Arnesburg Ciſterc. ordinis Mog. Dyoc. recognoſcimus publice in hiis ſcriptis quod ratione eccleſie noſtre parrochialis in *Treyſa* prope *Mintzenberg* nobis & monaſterio noſtro predicto aſſentientibus & conſentientibus honorabilibus viris capitulo eccleſie Moguntine per reverendum Dnum noſtrum Dnum Archiepiſcopum Mogunt. incorporare & unire eidem ſancte eccleſie Mogunt. tenemur & ad hoc nos & noſtrum monaſterium predictum in perpetuum obligamus duas libras cere ponderis Moguntini conſueti annis ſingulis in feſto beati *Martini* hiemalis ſolvere & in eandem Mogunt. eccleſiam perpetuo preſentare. In cujus rei & obligationis robur perpetuum ſollempni tractatui inter nos habito, ſigillum noſtrum quo majoribus cauſis pro nobis & noſtro monaſterio predicto ſecundum morem Ciſterc. ordinis noſtri predicti uti conſuevimus appendimus huic ſcripto. Datum anno Dni M° CCC° XXIII° in craſtino beati *Martini* hyemalis predicti.

LXVI.

Eccleſia in Berſtat donatur eccleſiae Mogunt.

Honorandis viris ac dilectis in Chriſto confratribus ſuis Prepoſito Decano & toti capitulo eccleſie Magunt. *Heinricus* Dei gratia Abbas Fuldenſis eccleſie *Bertholdus* Decanus Gerlacus Prepoſitus totusque conventus ibidem indiſſolubilis caritatis & obſequii perpetuam firmitatem. Licet juxta verbum Apoſtoli bonum ſit operandum ad omnes maxime tamen ad domeſticos ſidei idem illud precipit operari. Igitur cum beatus *Bonifacius* Martir eximius, veſter Archiepiſcopus, noſter fundator extiterit & patronus idemque vos rexerit nosque erexerit ſic regendo ac communis vobis & nobis apoſtolus communiter nos direxerit in ſidei unitatem, decens & debitum judicamus ut ſingularis federis privilegia nos uniant ſpecialibus nos preveniamus honoribus ac mutuis auxiliis & beneficiis invicem foveamus. Ut autem debiti ad invicem amoris pariter & honoris à nobis origo prodeat & per nos pululent ſemina caritatis que indiſſolubilis amoris fructum pariant & conſervent beati *Bonifacii* beneficentia, quam in nos copioſe effudit temporalium collatione bonorum largitione beneficii alicujus in vos decrevimus derivare. Quare ob honorem Dei ac beati Bonifacii eccleſiam in *Berſtath* veſtre Dioc. cujus collatio ad nos ſpectat, cum univerſis redditibus quos paſtor huc usque percipere conſuevit univerſitati veſtre de unanimi noſtri conſenſu capituli ſic donamus ut cum primum eam vacare contigerit proventus ipſius qui ſuper duas competentes prebendas vicariorum quorum unus in veſtro choro nomine noſtro deſerviet per nos & noſtros ſucceſſores inſtituendus perpetuo, alter in ipſa eccleſia pro cura principali relinquendus ac per nos & noſtros ſucceſſores ſimiliter archidiacono preſentandus potuerint ſupereſſe in die beati *Bonifacii* ac per octavas ejusdem nec non in commemoratione communi omnium abbatum ac fratrum noſtre eccleſie quam in craſtino octave preſcripte agere ſtatuistis ſollempniter tantum preſentibus erogetis, ad hec ut cum temporali commodo ſpiritualia beneficia jam dudum abolita renaſcantur antiqua fraternitatis jura inter vos & nos olim habita volumus renovari ſic quod cum fratrum veſtrorum obitus nobis fuerit intimatus in compulſationibus vigiliis miſſarum ſollempniis & elemoſinis faciamus per omnia ſicut noſtris. In cujus rei perpetuam firmitatem tradimus vobis preſentes litteras noſtrorum ſigillorum munimine roboratas Datum *Fulde* nonis Junii & cetera alia manus vix non coaeva addidit: *id eſt in Vigilia ſti Bonifacii ſub anno Dni M° CC° quinquageſimo V° conſer. Gud. T. II. p. 795.*

LXVII.

LXVII.

Capitulum Mog. mittitur in poſſeſſionem eccleſiae in Berſtat.

Eberhardus Dei gracia Prepoſitus ſeu Archidiaconus eccleſie ſancte *Marie* de *Gradibus* Mogunt. honorandis viris Dominis Prepoſito Decano totique capitulo eccleſie Mag. ſalutem in Domino. Cum recolende memorie Dominus Heinricus *Bertholdus* Decanus *Gerlacus* Prepoſitus totusque conventus eccleſie Fuldenſis eccleſiam parochialem in *Berſtadt* Mag. Dioc. & noſtri Archidiaconatus cujus ad ipſos ſpectabat collacio de unanimi ſui conſenſu capituli vobis & per vos eccleſie veſtre Mogunt. cum univerſis reditibus ejusdem eccleſie in *Berſtad* quos paſtor ejusdem eccleſie hucusque conſuevit percipere ſic donarunt ut cum primum eam vacare contingeret proventus ipſius qui ſuper duas competentes prebendas vicariorum quorum unus in choro veſtro eorum nomine deſerviet per ipſos eorumque ſucceſſores inſtituendus perpetuo alter vero in eadem eccleſia *Berſtad* pro cura populi relinquendus ac per eos & eorum ſucceſſores ſimiliter Archidiacono preſentandus poterunt ſupereſſe in die beati *Bonifacii* atque per octavas ejusdem nec non in commemoracione omnium Abbatum & fratrum ipſius eccleſie Fuldenſis quam in craſtino octavarum preſcriptorum agere ſtatuiſtis ſollempniter tantum preſentibus erogetis ſicut in eorum litteris ſuper hoc confectis vidimus plenius contineri nos de prefata eccleſia in *Berſtad* que & promocione venerabilis Domini *Gerhardi* de *Eppinſtein* in Archiepiſcopum Maguntine eccleſie jam nunc vacat, vos tamquam loci Archidiaconus preſentibus inveſtimus vos & eccleſiam veſtram Mog. in poſſeſſionem ejusdem eccleſie in *Berſtad* corporalem mittentes & precipientes vobis à parochialibus ejusdem eccleſie in *Berſtad* in omnibus obediri & reverenciam debitam exhiberi. In quorum omnium & ſingulorum evidens teſtimonium ac perpetui roboris firmitatem preſentes literas vobis damus ac eccleſie Mog. & ſigilli noſtri munimine roboratas anno Dni milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono quinto idus Maji.

Anno MCCCXIV. kalendis Aug. *Philippus* Dominus in *Mynzenberg* ſenior conſenſit ut Cuno dictus Kolbendenſe miles & caſtrenſis in eccleſia *Beldersheim* altare *S. Nicolai* & *S. Katherine* redditibus competentibus dotare poſſet. *Gud. T. III. pag.* 96.

Bruningesheim, Bruningeshacho in diplomatibus audit. Ecclesia haec Archidiaconatus nostri limitanea est Archidiaconatui S. Johannis Baptistae, quem paucis commentatio nona exhibebit, proxima.

Hanc ipsam ecclesiam Bruningeshacho constructam in honorem Domini nostri Jesu Christi & victoriosissimae crucis & sanctae *Mariae* atque sanctorum *Georgii* Martyris ac *Martini* confessoris *Sigefridus* Archiepiscopus Maguntinus anno Dominicae incarnationis MLXVII. VIII. kal. Aprilis dedicavit & matris ecclesiae honore, jure & privilegio confirmavit, insuper omnem decimam circumjacentium terrarum, quarum nomina hic infra subscripta leguntur, nondum ab ullo antecessore suo alicubi atterminata, sua episcopali auctoritate atterminavit, sunt autem haec nomina: Creginselt (Crainfeld, Kranichfeld) Slierapha (Altschlirf) Wingereshuoson (Wingershausen) Vocchenhagen (Volckershayn) Giesenhachon cum omnibus ad eadem loca pertinentibus vicis ac villulis atque cum omnibus infra eorum ambitum jacentibus terris cultis atque colendis vid. de Gudenus Tom. 1. pag. 376. Kuchenbecker anal. Hass. coll. II. pag. 240.

§. VIII.

In oppido Nydo.

Ibidem est domus fratrum sancti *Johannis* jerosolymitani & habent plebanum de ordine suo — Ibidem altare beate *Marie* virginis — Altare sancte *Crucis* — Ecclesia parochialis est extra oppidum — In oppido est capella beate *Marie* — In castro *Nyde* altare sancti *Sebastiani*.

In

In Wedirsheim.

Paſtoria quam confert Dominus abbas Fuldenſis, (*a*) — Ibidem plebania non reſidente paſtore & habet filialem capellam in *Roſtorff* quam officiat plebanus.

(*a*) Regiſtrum hoc concordat cum chartario Fuldenſi de anno MCCCCI. quod recenſet parochias, quarum jus patronatus ad Abbatem Fuldenſem pertineat, has inter numeratur *Wedersheim.*

In Gyſſnyde.

Eccleſia parochialis per ſe & habet plebanum.

In Duernheim.

Paſtoria ibidem — Ibidem plebania — Ibidem primiſſaria altaris beate *Marie* virginis — Altare ſancti *Nycolai* — Item illac pertinet capella in *Blafeld* & habet capellanum proprium — Item illac pertinet ad ſynodum eccleſia parochialis in *Leitekin* que habet proprium plebanum — In eadem eccleſia *Leithekin* altare beate virginis.

In Echzel.

Paſtoria & eſt — Ibidem plebania — Item primiſſaria altaris beate *Marie* virginis — Altare ſancti *Nycolai* — Item illac pertinet capella in *Biſeſs* — Item illac pertinet ad ſynodum eccleſia parochialis in *Richelsheym* — in eadem eccleſia altare ſancti *Laurencii* — Et eadem eccleſia habet capellam ſub ſe videlicet *Bingenheim* — Item ibidem eſt una eccleſia in *Grinten Swalheym* & habet plebanum.

In

In Sodel.

Paſtoria incorporata monaſterio in *Ilbenſtad* ordinis Premonſtratenſis — Item habet plebanum de ordine — Item ibidem altare beate *Marie* virginis.

In Melpach.

Paſtoria incorporata * monaſterio ſancti *Petri* extra muros Fuldenſes, habet plebanum — Item habet capellam in *Weckirsheym* non ſeparatam, quam plebanus officiat — Item habet filiales eccleſias quoad ſynodum videlicet in *Byenheim* & habet plebanum & in *Wiſſenheim* habet plebanum.

* Incorporatio facta eſt anno M CCC XXXIV. in die B. *Lamberti* Ep.

In Flanſtad.

Paſtoria — Altare ſancti *Michaelis* ibidem — Item habet eccleſias filiales quoad ſynodum videlicet eccleſiam in *Staden* & habet plebanum * * — Item in caſtro *Stadin* eſt altare non dotatum — Item eccleſiam in *Hegeheim* & habet plebanum — Item eccleſiam in *Stainheim* habet plebanum — Ibidem altare beate *Marie* virginis — Item eccleſiam in *Dorremaſſenheym*, habet plebanum — Item capellam ſancti *Laurencii* in *Flanſtad* ſuperiori.

* * Haud procul a Staden ſita eſt eccleſia collegialis in Maxſtadt SS. Martino donato atque Nazario ſacra, cujus praepoſitus collegium oppidi & ipſum oppidum, parochiam ibidem, capellam in Ranſtat, villam Moxſtadt inferiorem, curias circumjacentes jurisdictioni ſuae ſubjectas habet, ſinodum

dum celebrat, omnes menſuras examinat, excedentes in eisdem corrigit in oppido praenotato, canonicum conſtituit, qui officialitatem exerceat, &c. id eum in finem annotare placuit, ut conſtaret, cur eccleſiae mox nominatae in regiſtro noſtro non compareant.

LXVIII.

Altare capellae S. Catharinae confirmatur.

Adolphus &c. ut pie defunctorum voluntates debitae executionis ſortiantur effectum, noſtrae paſtoralis curae debitum libenter exequimur, & tanto magis, quanto in divini cultûs augmentum earundem diſpoſitionem ſalubrius cognovimus deſtinari; ſane pro parte religioſorum, devotorum & providorum nobis in Chriſto dilectorum commendatorum prioris & conventus domus hoſpitalis ſancti *Joannis* leroſolimitani ac ſcabinorum, proconſulum & conſulum oppidi *Nidde* noſtrae diocoeſis nobis expoſito, qualiter quondam *Heinricus Pfleger* olim, dum vixit, canonicus eccleſiae ſancti *Martini* Moxſtadenſis dictae diocoeſis, dum adhuc in humanis agebat, de bonis ſibi a Deo collatis ad eum jure haereditario devolutis & per eum poſt ejus obitum relinquendis ultimam ſuam ordinare & condere voluntatem ſive teſtamentum provide deſiderans inter coetera ob remedium & ſalutem animae ſuae ac ſuorum parentum progenitorum & benefactorum, in laudem & honorem omnipotentis Dei ſalvatoris noſtri, ejusque genitricis glorioſae ſemperque virginis *Mariae* & totius coeleſtis jerarchiae & praecipue ſanctae *Catharinae* virginis & Martyris in capella ejusdem *Stae Catharinae* ſita in praefato oppido *Nidda* de novo fundavit & erexit, ſufficientibusque reditibus, ac tam mobilibus quam immobilibus bonis pro congrua illius pro tempore rectoris ſuſtentatione dotavit, ſic quod illius pro tempore rectoris hujusmodi ſingulis ebdomadis ad minus duas, quarum unam ſingulis tertiis feriis pro anima ſua, ſuorum parentum, progenitorum & benefactorum, omniumque fidelium defunctorum cum collecta, inclina Domine, legere & dicere, alteram vero ſingulis diebus ſabbathi de Domina noſtra ſubinferendo collectam praefatam inclina Domine, ſi adjuvantes habeat, cantare, ſin autem legere & dicere ſemper in aurora ac ſingulis diebus ſabbathi & tertiis feriis hujusmodi ante vel poſt officium miſſae, prout ſibi convenientius erit, vigilias mortuorum dicere debeat, & teneatur; & cum ipſum altare per ceſſum deceſſum

vel alias quamlibet dimiſſionem nobis in Chriſto dilecti *Eraſmi* illius poſſeſſore, ad illudque noviter inſtituti & ex poſt ſucceſſivis perpetuis futuris temporibus quocienſcunque, qualitercunque, quandocunque vacare contigerit, pro tempore duo ſeniores ſcabini & ſenior in conſulatu praefati oppidi *Nidda*, & ſi illi tres diſcordes eſſent, duo ex eis fratrem profeſſum praefati conventus in *Nidda*, qui actu presbiter ſit, vel infra annum ad tempore adipiſcendam poſſeſſionem promoveri ſe faciat, ad ſacerdotium quem ad hoc idoneum eorum juramentis mediis cenſuerint, debeant praeſentare, qui tunc ſic praeſentandus primitus promittet & jurabit, quod onera praefata, aliaque dicto altari per fundatorem & dotatorem annexa adimplere, ac in eodem altare perſonaliter reſidere velit, per haec ut & alia in dotatione hujusmodi nobis oſtenſa plenius continentur, nobisque iidem comendator prior conventus ſcabini proconſules & conſules humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus auctoritate noſtra ordinaria hujusmodi fundationem, erectionem, dotationem & diſpoſitionem confirmare & approbare dignaremur, nos vero, qui ex paſtorali ſollicitudine quam Domino concedente licet immeriti occupare dinoſcimus, cultus creatoris noſtri Dei optimi augmentum ſitire debemus, attendentes hujusmodi petitionis elogium aequitati & rationi conſentaneum, eisdem fundationi, erectioni & dotationi, aliisque in praemiſſis & circa ea rité geſtis & factis noſtrae auctoritatis robur & firmitatem adjiciendi duximus, illasque fundationem dotationem & erectionem, aliaque in praemiſſis, & circa ea rité, ut praemittitur, geſta & facta approbamus, collaudamus, & confirmamus jus praeſentandi vacationum temporibus ad illud pro tempore duobus ex ſcabinis & reliquo ex conſulati ſenioribus, & ſi diſcordes forent, duobus ex eis praeſentandi perſonam ſupra qualificatam ſpecialiter & expreſſe reſervantes, ſit tamen, quod pro tempore ad illud praeſentandus & inſtituendus ſeu praeſentatus & inſtitutus prout & quoadmodum alii ſaeculares presbyteri & clerici tam archiepiſcopalia, quam archidiaconalia jura & capitulationes contributiones exſolvat, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum, datum in civitate noſtra Moguntinenſi die duodecima menſis Aprilis anno &c. CCCCLXIIII.

LXIX.

Recognitio monaſterii Retters.

Honorabilibus Dominis Prepoſito decano totique capitulo Moguntino magiſtra in *Redderſe* orationes in Domino ſempiternas. In ſignum recognitionis beneficii quod nobis ad ſublevationem noſtre indigentie in appli-

applicatione fructuum eccleſie in *Dornheym* cujus ad nos jus pertinet patronatus clementer impendere curaviſtis duas libras cere in feſto beati *Martini* annvatim ad ſollempnitatem ipſius feſti promittimus nos daturos & eas preſentabimus vobis per noſtrum nuncium in eccleſia memorata datum in *Redderſe* anno Dni M° CCC° LXIII. XII. kal. Julii.

Parochiae *Echincilla* & *Bingenheim* à *Ludovico pio* eccleſiae Fuldenſi per concambium ſunt traditae anno DCCCXVII *Schannat corp. Trad. Fuld. n.* 299.

Qualiter *Conradus I. Archiep.* Mog. monaſterio Ilbenſtadienſi contulerit eccleſiam in *Södel*; vid. de *Gud. T. I. pag.* 331.

De jure archidiaconali in eccleſiam in *Södel* confer. *notitiae hiſtorico-diplomaticae de abbatia Ilbenſtadt pag.* 63.

Qualiter item Ilbenſtadienſibus conceſſum fuerit, ut parrochianus presbiter a fratribus & eorum patre de ipſorum collegio conſtitueretur, ut omni remota inquietudine ſecura libertate perſeverent in Dei laudibus, hac etiam libertate adjecta, ut predicare, baptizare & ſepelire habeat, ſolique Archiepiſcopo ſuo eccleſia haec ſubjecta ſit & de omnibus reſpondeat, vid. cit. notitias pag. 7.

LXX.

Officialis venerabilis & nobilis viri Domini Prepoſiti eccleſie beate *Marie* virginis ad gradus Magunt. univerſis & ſingulis eccleſiarum rectoribus ac capellanis nobis & noſtre jurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino. Venit ad nos religioſus frater *Sifridus* de *Hünge* presbiter monaſterii Ilbenſtadenſis canonicus afferens ſe ad eccleſiam parochialem in *Södel* & altare *Sti Anthonii* in *Wolfersheym* patroni ad preſens per liberam reſignacionem religioſi fratris *Heilmandi Wynneckers* ultimi eorundem poſſeſſoris preſentatum nobis vacantem perque reverendum Pa-

trem ac Dominum *Johannem Gewender* Ilbenſtadenſem Prepoſitum tanquam dicte eccleſie & altaris collatorem preſentatus nobis ſupplicavit, quatenus ipſum ad hujusmodi beneficium inſtituere dignaremur; nos nemini cito manus imponere ſed unicuique jus ſuum illeſum conſervare volentes de & ſuper preſentacione hujusmodi publicum propoſuimus proponique fecimus proclamationis edictum & inſuper omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes ad informandum nos de ipſorum jure & intereſſe, ſi quod eis forſan competeret in certum peremptorium terminum competentem citavimus & citari fecimus, in quo itaque proclamationis termino nullus comparuit contradictor, propterea nos prefatum Dominum Sifridum preſentatum in & ad dictam eccleſiam ſive capellam & altare inſtituendum & inveſtiendum duximus, inſtituimusque & inveſtimus Dei in nomine per preſentes, mandantes vobis quatenus eundem Dominum Sifridum ſic ut prefertur inſtitutum in & ad ſepedicte plebanie & altaris juriumque & pertinenciarum omnium eorundem corporalem realem & actualem poſſeſſionem inducatis, inductumque defendatis facientes ſibi quantum in vobis eſt, de omnibus & ſingulis fructibus & redditibus integre reſponderi, adhibitis circa premiſſa ſolempnitatibus debitis & conſuetis. Datum Maguncie ſub noſtri officii officialatus ſigilli appenſione anno Domini &c. viceſimo nono die menſis Aprilis nona.

§. IX.

In Sternbach.

Paſtoria — Illac pertinet capella in *Wikſtad*, quam habent Arnſpurgenſes & officiant per ſe — Item illac pertinet eccleſia in *Burenheim* ad ſynodum & habet proprium plebanum.

In Wolnſtad inferiori.

Item ibidem eſt domus Theutonicorum & habent plebanum de ordine ſuo — Item habet filialem eccleſiam in *ſuperiori Wolnſtad* & officiatur per plebanum predictum.

Item

Item in Radeheim.

Prope *Pettirwil* * eccleſia parochialis habet plebanum — Item illac pertinet capella in *Liechen* & habet capellanum.

* De Peterweil vid. Gud. T. I. p. 890.

In Straſsheim.

Eccleſia incorporata eccleſie Maguntinenſi, habet eccleſiam non ſeparatam in Furbach quam officiat plebanus — Item habet eccleſias filiales quoad ſynodum videlicet eccleſiam in *Oxſtad* & habet plebanum proprium — Ibidem altare in *Bruckenbruchen* & habet proprium plebanum — Item eccleſiam in ſuperiori *Roſbach* & habet proprium plebanum, & *Rosbach* inferiori, regitur per commendam vel plebanum in ſuperiori *Rosbach.*

In Swalheim.

Eccleſia parochialis habet plebanum.

In Ilbenſtad.

Monaſterium ordinis Premonſtratenſis, habent in villa plebanum ordinis ſui — Illac pertinent eccleſie in *Erbſtad* & *Benſtad* & habent proprios plebanos ſeculares — Item in *Aſſinheim* plebanus de ordine predicti monaſterii — Ibidem primiſſarius in carnario ibidem.

Hos reduxit Dominus *Johannes* de *Selheym* Prepoſitus *B. Marie ad Gradus* Magunt. ad obedientiam & ſub jurisdictionem ſuam, qui prius dixerant ſe eſſe ſubjectos Prepoſito in *Ilbenſtad.*

Summa eccleſiarum parochialium illius ſedis LXXX. quarum quelibet habet ad minus rectorem ſuum. Alique ſunt paſtorie, que habent paſtores & plebanos.

Summa altarium & capellarum conſecratorum & dotatorum CXXIIII.

LXXI.

Diſponitur de muro cimiterii Sterrenbacenſis.

Arnoldus Dei gratiâ Prepoſitus *ſte Marie ad Gradus* in *Maguncia.* Ne in oblivionem vel litem venire poſſint ea, que inter homines juſte & rationabiliter & coram judicio facta ſunt; ſcriptis & munimentis ſolet frequentius precaveri.

Itaque notum eſſe cupimus univerſis hanc litteram viſuris, de *Sterrenbach* & *Wickenſtatt* parochiales coram nobis confeſſos fuiſſe & recognoviſſe, quod de communi conſilio & conſenſu contulerunt monaſterio in *Arnspurg* paſcua communitatis, quae vulgariter almeina vocantur, juxta pontem *Wickenſtatt* ſita, ad omnes uſus liberè habenda & poſſidenda pro eo, quod abbas & conventus ejusdem monaſterii facere debent de propriis expenſis murum, circa cimiterium parrochie memorate. Qui videlicet murus in quatuor annis debet perfici & conſummari, ita quod ejus valentia poſſit muro cimiterii in *Flageſtatt* per omnia comparari. Si autem murus idem poſt conſummationem ejus impoſterum dilapſus ruinam fecerit, parrochiales predicti debent eum de ſuis propriis ſumptibus reparare.

Ne igitur ſuper his inpoſterum predicto monaſterio malitioſa moveri poſſit queſtio, preſentem paginam conſcribi & noſtri impreſſione ſigilli fecimus communiri. Acta ſunt hec coram nobis, *Berwolfo* cantore noſtro, *Hertwico* de *Frideberg*: *Rudolpho* de *Sterrenbach*, *Conrado* de *Strasheim*: *Cunrado* de *Nuheim*: *Friderico* de *Karben*. *Henrico* de *Kebele*: plebanis, *Hermanno* camerario de *Cranichesberg*, *Henrico* milite de *Witgeſtatt*, *Henrico Goltſteyno*; Villicis in *Wickenſtatt* & aliis preſentibus. Anno Domini MCCXXXI; VIII. idus Octobris.

Jus

Jus patronatus ſuum eccleſiae ejusdem villae Sterrenbach ſive Sternbach, Giſelbertus, Siboltus, Eberhardus & Henne, Lewii milites de Steinfurt contulerunt monaſterio Arnsburgenſi die Mercurii poſt feſtum S. Martini anno MCCCCVIII quam unionem Johannes Cardinalis Diaconus S. Angeli & Legatus de latere in partibus Germaniae literis Maguntie d. XIV. Nov. anno eod. datis, tum Sixtus IV. Papa literis bulla plumbea munitis Romae IV. kal. Mart. anno MCCCCLXVI confirmarunt.

LXXII.

Inſtrumentum praedictae incorporationis.

Bernhardus Groos decretorum Doctor Scolaſticus eccleſie ſancti *Steffani* Maguntin. reverendiſſimique in Chriſto patris & Dni Dni *Dietheri* Dei & Apoſtolice ſedis gratia Archiepiſcopi Maguntie ejusque ſancte ſedis prothonotarius & officialis generalis judex & executor ad infra ſcripta una cum certis noſtris in hac parte collegis cum illa clauſula quatenus nos vel duo aut unus veſtrum &c. à ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus univerſis & ſingulis preſentes noſtras literas ſive preſens publicum inſtrumentum viſuris, lecturis, ſive legi audituris ac illi vel illis quorum intereſt, intererit aut intereſſe poterit, quosque infra ſcriptum tangit ſeu tangere poterit negotium quomodolibet in futurum ſalutem in Dno preſentibusque fidem indubiam adhibere litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini Dni *Sixti* divina providentia Pape *quarti*, ejus vera bulla plumbea in cordula canapimore Romane curie impendente, bullatas ſanas & integras, non viciatas non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuspicione ut prima facie apparebat carentes nobis pro parte religioſorum virorum Dnorum Abbatis & conventus monaſterii in *Arnspurg* ordinis Ciſtercienſis Maguntine dioceſis principalium in dictis litteris apoſtolicis principaliter nominatorum coram notario publico & teſtibus fide dignis dudum preſentatas nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepiſſe hujusmodi ſub tenore, *Sixtus* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis decano & ſcolaſtico eccleſie Lichenſis Maguntine dioceſis ac officiali Maguntino ſalutem & apoſtolicam benedictionem ad exequendum paſtoralis officii debitum paternis ſtudiis intendentes circa ſtatum

eccle-

eccleſiarum & monaſteriorum quorumlibet ac perſonarum in illis divinis laudibus deditarum ſalubriter dirigendum libenter intendimus, & ea que ad eorum commoditatem proinde facta dicuntur ut illibata perſiſtant libenter cum à nobis petitur apoſtolico mandamus munimine roborari, ſane exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum moderni Abbatis & conventus monaſterii in *Arnspurg* Ciſtercienſis ordinis Maguntine dioceſis petitio continebat quod olim pro parte dictorum Abbatis & conventus ad preſentiam bone memorie *Johannis* ſancti *Angeli* Diaconi Cardinalis tunc in partibus Germanie apoſtolice ſedis legati de latere deducto quod monaſterium predictum quod olim in temporalibus opulentum fuerat propter guerras, ſterilitates & alios partium illarum ſiniſtros eventus in ſuis fructibus redditibus & proventibus diminutum & inſuportabilibus debitorum oneribus gravatum exiſtebat adeo quod ipſi Abbas & conventus ſingulis annis alieno ere deducto de dictis fructibus redditibus & proventibus ſuper exiſtentibus vivere, hoſpitalitatem ſervare & alia eis incumbentia onera ſupportare comode non valebant, idem legatus perpendens quod inter Abbatem pro tempore & conventum dicti monaſterii ac rectorem parrochialis eccleſie ville *Sternbach* ejusdem dioceſis, que de jure patronatus laicorum exiſtebat ſuper ſilvis, paſcuis, aquis & ceteris bonis ad villam predictam ut aſſerebatur ſpectantibus diſſenſiones, rixe & diſcordie à nonnullis annis citra & frequenter emerſerant & fovebantur ad ſupplicationem nonnullorum tunc verorum patronorum ejusdem parrochialis eccleſie, qui paci & tranquillitati dictorum Abbatis & conventus, ut ipſi Abbas & conventus eo quietius altiſſimo famulari poſſent conſulere cupientes jus patronatus quod in eadem eccleſia obtinebant ad finem quod ipſa eccleſia eidem monaſterio uniretur annecteretur & incorporaretur ad Dei honorem pure & ſimpliciter donaverant, ac etiam tunc ſubjuncto quod ſi dicta eccleſia eidem monaſterio uniretur annecteretur & incorporaretur, ex hoc ipſi Abbas & conventus comodius ſuſtentari hoſpitalitatem ſervare aliaque incumbentia congruentius ſupportare onera valerent, Decano eccleſie ſancti *Victoris* extra muros *Maguntie* ejus proprio nomine non expreſſo per ſuas litteras auctoritate legationis ſue dedit in mandatis, ut vocatis qui forent evocandi de premiſſis omnibus & ſingulis eorumque circumſtantiis univerſis ſe diligenter informaret, & ſi per ipſam informationem deducta hujusmodi inveniret veritate fulciri eccleſiam predictam eidem monaſterio eadem auctoritate inperpetuum uniret annecteret & incorporaret, & nihilominus eisdem Abbati & conventui, quod eccleſiam predictam, poſtquam unio, annexio & incorporatio hujusmodi, ſi illas per ipſum Decanum vigore dictarum litterarum fieri contingeret ſuum ſortita forent effectum per unum ex dicti monaſterii

mona-

monachis ad hoc idoneum ad Abbatis pro tempore exiſtentis & conventus hujusmodi nutum ponendum & amovendum pro tempore regi & gubernari facere libere & licite valerent indulgeret. Tunc Decanus dicte ecclesie ecclesiam predictam juxta earundem litterarum tenorem prefato monasterio perpetuo univit annexvit & incorporavit ac ipsis Abbati & conventui quod eandem ecclesiam posiquam illius unio annexio & incorporatio hujusmodi suum sortita forent effectum per unum ex ejusdem monasterii monachis ad hoc idoneum ad Abbatis pro tempore & conventus monasterii nutum ponendum & amovendum regi & gubernari facere libere & licite possent, indulsit prout in singulis legati & Decani predictorum literis desuper confectis plenius dicitur contineri, ipseque unio annexio & incorporatio ac indultum hu usmodi effectum sortita fuerunt. Quare pro parte dictorum moderni Abbatis & conventus asserentium quod ecclesie quatuor & monasterii praedictorum ducentarum marcharum argenti fructus redditus & proventus secundum communem extimacionem valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum ut unionem annexionem & incorporationem ac concessionem predictas & inde secuta ac alia quecumque illas contingentia & in dictis litteris contenta approbari & confirmari mandare ac alias sibi in dicto monasterio statui in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis certam notitiam non habentes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum vocatis quorum interest de unione annexione incorporatione concessione ac aliis premissis auctoritate nostrae vos diligenter informetis, & si per informationem hujusmodi ita esse repereritis, unionem annexionem incorporationem & concessionem predictas ac omnia & singula premissa eadem auctoritate nostra confirmare & approbare curetis, supplentes omnes & singulos defectus si qui intervenerint in eisdem, & nichilominus pro potioris cautele suffragio predictam ecclesiam prefato monasterio perpetuo unire annectere & incorporare, ita quod liceat Abbati pro tempore & conventui dicti monasterii possessionem dicte ecclesie continuare ac illius fructus redditus & proventus in suos ac monasterii & ecclesie predictorum usus & utilitatem convertere & perpetuo retinere ac eidem ecclesie per monachum dicti monasterii per eosdem pro tempore Abbatem & conventum deputandum & ad ipsorum Abbatis & conventus nutum amovibilem deserviri facere diocesani loci & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum ejus litteras inpetrarint, etiam

ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per easdem & quecumque inde ſecuta quoad dictam eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis & literis apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter unionem annexionem & incorporationem hujusmodi dicta parrochialis eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur ſed illius congrue ſupportentur onera conſueta & inſuper ſi approbationem confirmationem unionem annexionem & incorporationem predictas fieri contigerit, nos enim ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto quarto kalendas Marcii pontificatus noſtri anno ſexto. Hujusmodi namque preinſertarum litterarum apoſtolicarum pretextu citationis legitima extra civitatem Maguntin. & ad partes pro parte prefatorum Dominorum Abbatis & conventus dicti monaſterii in *Arnsperg* principalium in eisdem preinſertis nobis factis & preſentatis litteris apoſtolicis principaliter nominatorum contra omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe habere putantes ad dicendum & excipiendum quidquid verbo vel in ſcriptis contradictas nobis factas & preſentatas litteras dicere ſive excipere voluiſſent nec non ad procedendum procedique in preſenti unionis negotio videndum & audiendum in forma ſolita & conſueta decreta & emiſſa, in quo quidem citationis termino conparvit in judicio coram nobis providus Magiſter *Wentzlaus Stadtſchreiber* ſancte Maguntine ſedis cauſarum & prefatorum Dominorum Abbatis & conventus principalium procurator ſive ſindicus prout de ſuo ſindicatus & procurationis mandato legitima nobis extat facta fides, eandemque citationem una cum ejus executione in dictis partibus factis realiter & in ſcriptis reproductis, atque citatorum in dicta citatione contentorum non conparentium nec hujusmodi diei termino in aliquo ſatisfacere curantium contumaciam accuſavit, ac illos pro contumacibus haberi & in eorum contumaciam nonnulla jura & munimenta pro indictis litteris apoſtolicis narratorum verificatione loco ſumarie informationis facto & in ſcriptis dedit & exhibuit, & nichilominus ut in hujusmodi unionis & incorporationis negotio juxta preinſertarum litterarum apoſtolicarum vim

formam

formam & tenorem procedere dignaremur inſtanter poſtulavit. Nos tunc Bernhardus ſcolaſticus judex & executor prefatus dictos citatos non comparentes reputamus non immerito quoad actum & terminum hujusmodi exigente juſtitia prout erant contumaces, & in eorum contumaciam volentes mandatum apoſtolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur, & quia viſis per nos ſubſequenter dictis juribus & munimentis, illisque cum maturitate debite recenſitis & inſpectis reperimus in preinſertis litteris apoſtolicis contenta veritate fulciri, idcirco auctoritate apoſtolica nobis commiſſa & qua in preſentiarum fungimur unionem annexionem incorporationem & conceſſionem de parrochiali eccleſia ville *Sternbach* dictis Dnis Abbati & conventui per bone memorie quondam *Johannem* tituli ſancti *Angeli* ſacroſancte Romane eccleſie diaconum Cardinalem auctoritate ſue legationis dudum factas & de quibus in preinſertis litteris apoſtolicis mentionatur approbandas & confirmandas duximus approbamusque & preſentium tenore confirmamus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan tunc interveniſſent, & nichilominus eandem parrochialem eccleſiam ante dicto monaſterio de novo quatenus opus fuerit incorporamus, unimus & annectimus dantes & concedentes auctoritate predicta Abbati & conventui prelibatis pro tempore exiſtentibus omnimodam poteſtatem & plenariam auctoritatem dictam parrochialem eccleſiam per perſonam habilem & idoneam ibidem conventualem ad mutum ipſorum Abbatis & conventus amovibilem juxta predictarum litterarum apoſtolicarum continentiam regendi & gubernandi, ejusque fructus, redditus, proventus jura & obventiones univerſas recipiendi & uſurpandi ac in utilitatem dictorum monaſterii & eccleſie ſecundum dictarum litterarum apoſtolicarum ſeriem convertendi, cujuscumque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita tam prioris incorporationis quam preſentis litteris deſuper confectis nichilominus in ſuo robore permanentibus & duraturis proviſo tamen quod dicta parrochialis eccleſia indebitis & divinis non defraudetur obſequiis ac cura animarum nullatenus negligatur, non obſtantibus omnibus & ſingulis que prefatus Dnus noſter Papa in preinſertis ſuis litteris voluit non obſtare. Que omnia & ſingula ac preſentes noſtras unionis & incorporationis litteras ac hujusmodi noſtrum proceſſum & in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis intimamus inſinuamus & notificamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras ſive preſens publicum inſtrumentum exinde fieri & per notarium publicum, ſcribamque noſtrum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, venerabiliumque & circumſpectorum virorum Dominorum ſancte Ma-

guntine ſedis judicum ſigilli quo ad preſens utimur appenſione juſſimus & fecimus appenſione communiri. Acta fuerunt hec Maguntie in curia habitationis noſtre ſolite reſidentie ſub anno à nativitate Dni milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, indictione undecima, die vero Veneris ſexta menſis Martii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Sixti* divina providentia Pape *quarti* anno ſeptimo, preſentibus ibidem venerabili viro Domino *Wilkino Gudinck* decretorum doctore canonico dicte eccleſie ſancti *Steffani*, nec non discretis *Johanne Hagen & Johanne Inſtitoris* de *Fredeberg* clericis Wormatienſis & Maguntinenſis dioceſis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Conradus Thues* de *Warbergh* clericus Paderbornenſis dioceſis publicus imperiali auctoritate notarius cauſarumque ſancte Maguntine ſedis ſcriba juratus, quia premiſſarum litterarum apoſtolicarum preſentationi, unioni & incorporationi omnibusque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque preſens publicum inſtrumentum manu alterius fideliter ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum venerabilium Dominorum ſancte Maguntine ſedis judicum ſigilli appenſione conſignavi in fidem premiſſorum rogatus & requiſitus.

Anno MCCCXXII. Mathias Arch.Mog.eccleſiam parrochialem in *Rodheim* menſae capitulari eccleſiae collegiatae Aſchaffenburgenſis univit litteris XVII. kal. Decembris *Fridbergae* datis *Gud. Tom. III. p. 198.*

LXXIII.

Conſenſus capituli Moguntini ſuper unione memorata.

Nos *Gotfridus de Eppinſteyn* cuſtos, *Eberhardus de Lapide* cantor totumque capitulum eccleſie Magunt. recognoſcimus per preſentes, quod cum reverendus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dnus *Mathias* ſancte Magunt. ſedis electus de conſenſu venerabilis in Chriſto Patris Dni Abbatis eccleſie Fuldenſis nec non religioſorum virorum Decani & conventus eccleſie ejusdem patronorum eccleſie parrochialis in *Rodenheym* cum ſuis juribus & redditibus univerſis, honorabilibus viris Deca-

no & capitulo eccleſie Aſchaffenb. incorporaverit & univerit in prebendarum ſuarum augmentum, prout in litteris ſuis ſuper hoc editis plenius continetur, nos eandem unionem & incorporacionem ratas habentes & gratas eisdem noſtrum conſenſum adhibemus preſentibus voluntarium & expreſſum. In cujus quidem noſtri conſenſus teſtimonium evidens ſigillum capituli noſtri duximus preſentibus litteris appendendum. Datum anno Dni MCCCXXII. XIII. kal. Januarii.

Anno MCCCXLII. feria ſecunda poſt Dominicam qua cantatur *judica Heinricus* eccleſiae Fuldenſis Abbas ad eccleſiam parochialem in *Rodeheim* ex monte *Angeli de Grunenberg* vacantem praeſentat Praepoſito eccleſiae ſanctae *Marie ad Gradus* Mogunt. *Johannem* dictum *Prümmer* ſubdiaconum.

Anno eod. VIII. idus Aprilis officialis Praepoſiti ſanctae *Mariae ad Gradus* plebano in *Rospach* in commiſſis dedit ut publicum proclamationis edictum proponeret citaretque omnes, qui ſua intereſſe crediderint, ut feria ſexta poſt Dominicam *quaſi modo geniti* in opido *Frideberg* compareant.

LXXIV.

Congrua parochi in Rodheim determinatur.

In nomine Dni amen. *Reynhardus* Decanus & *Wykerus* cantor eccleſie S. *Bartholomei* Frankinford. commiſſarii ad infra ſcripta à reverendo in Chriſto Patre & Domino Dno *Heinrico* ſancte Magunt. ſedis Archiep. S. imperii per Germaniam Archicancellario in ſolidum deputati univerſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Litteras ejusdem Dni noſtri D. *Heinrici* Archiep. nos noveritis accepiſſe in hec verba: Heynricus Dei gratia &c. &c.

Nos igitur juxta earundem litterarum formam authoritate nobis in hac parte commiſſa procedere cupientes univerſos & ſingulos fructus proventus & redditus eccleſie parochialis in *Rodeheym* Mog. dioc. penſavimus moderavimus & vocatis ad hoc evocandis taxavimus per ſingula diligenter, habita itaque plenaria moderacione & taxacione fructuum reddituum & proventuum predictorum de ipſis fructibus, redditibus &

proventibus vicario perpetuo ſeu paſtori preſate eccleſie in Rodenheym pro tempore exiſtenti deputare & aſſignare decrevimus deputamus & in hiis ſcriptis aſſignamus congruam porcionem videlicet curiam ejusdem eccleſie in villa Rodeheym ſitam cum quinque manſis vel curta ad eandem curiam & eccleſiam ſpectantibus in ejusdem ville terminis ſitis. Item decimam minutam. Item oblaciones una cum funeralibus & legatis ac aliis obvencionibus quas vicarius dicte eccleſie hactenus percipere conſuevit. Item decimam zu deme beynhartis que regulariter annis ſingulis pro quatuor maldris ſiliginis locari conſuevit. Volumus tamen & preſentibus ordinamus ut dicta curia cum ſuis edificiis tempore meſſium preſati Decanus & capitulum ſi neceſſe habuerint pro ſuis commodis & utilitatibus preſertim pro ſuis colligendis & reponendis decimis uti valeant atque fruantur, de qua quidem portione per nos ut premittitur deputata & congruenter aſſignata idem vicarius perpetuus ſive paſtor pro tempore exiſtens jura papalia, epiſcopalia archidiaconalia ſynodalia ſive in ſubſidiis ſive aliis contribucionibus quibuscunque conſiſtencia de jure ſeu de conſuetudine vel de gratia debitis impoſitis ſeu conceſſis ſolvere, hoſpitalitatem tenere omnesque contribuciones alias ſuis capitulo vel capitularibus ſeu aliis quibuscunque preſtandas quomodolibet vel preſtanda ſive in parvis ſive in magnis conſiſtant preſtare aliaque omnia & ſingula onera eidem eccleſie incumbencia debebit tenebitur & aſtringetur perpetuis temporibus ſubportare, ad que omnia & ſingula premiſſa ſubportanda ut predicitur eundem vicarium perpetuum ſive paſtorem pro tempore exiſtentem aſtringendum & onerandum decrevimus, aſtringimus & in hiis ſcriptis perpetuo oneramus absque Dominorum Decani & capituli eccleſie Aſchaffenburgenſis predictorum gravamine quolibet ſive dampno, à quibus quidem juribus, hoſpitalitate, oneribus & contribucionibus predictis eosdem Decanum & capitulum & eorum eccleſiam immunes reddimus & eximimus per preſentes, ſuperfluos vero & reſiduos fructus, redditus & proventus omnes & ſingulos eccleſie parochialis in *Rodeheym* predicte in decimis cenſibus & aliis obvencionibus quibuscunque conſiſtentes menſe Dominorum Decani & capituli eccleſie Aſchaffenb. predictorum in ſuarum augmentum prebendarum auctoritate predicta tenore preſentium applicantes ſtatutis ſeu conſuetudinibus in contrarium non obſtantibus quibuscunque. Inſuper ſi que dubia ſuper dictis fructuum, reddituum & proventuum hujusmodi aſſignatione & deputacione inter prefatos Dominos Decanum & capitulum ex una & eundem vicarium perpetuum ſeu paſtorem ex parte altera in futurum forſitan emergi contigerit, illorum declaracionem & interpretacionem Domino noſtro Moguntino ejusque ſucceſſoribus vel nobis preſentibus reſervamus, eosdem nihilominus Dominus Decanum

&

& capitulum jam dicte eccleſie Aſchaff. in poſſeſſionem ſeu quaſi fructuum, reddituum & proventuum omnium & ſingulorum predictorum eadem authoritate immittendos duximus & immittimus ipſosque de eisdem proventibus inveſtimus mandantes omnibus & ſingulis parochianis ecclelie in *Rodeheym* ſepedicte ac aliis quorum intereſt ſeu intereſſe poterit in futurum. quatenus prefatis Dominis Decano & capitulo memorate eccleſie Aſchaffenb. de ſupradictis fructibus, redditibus, proventibus univerſis & ſingulis debita integritate reſpondeant & faciant ab aliis reſponderi. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium ſigilla noſtra ex certa noſtra ſciencia preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Dni milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo, XII. kalendas Aprilis.

Anno MCCCXXVI. in die conceptionis B. M. V. *Cuno de Falckenſtein* ad fundationem miſſae perpetuae in *Bönſtat* conſenſum dedit. *Gud. Tom. V. pag. 800.*

LXXV.

Obligatio capellani in Bönſtat.

Nos *Ebirhardus* Prepoſitus monaſterii regularium in *Elwinſtat* recognoſcimus tenore preſencium publice profitendo, quod virtute commiſſionis per ſtrenuum virum *Johannem de Beldirsheym* in nos translate pro ſedanda ſeu compeſcenda diſcordia que inter religioſum virum Petrum plebanum in *Elwinſtad* vertitur ex una & Johannem noſtrum cappellanum in *Benſtat* parte ex altera aliquamdiu ventilata pronunciamus in hiis ſcriptis, quod dictus *Johannes* Prepoſito in *Elwinſtad* tunc regenti tanquam ſuo Archidiacono merito reverenciam debeat debitam exhibere & honorem, verum etiam omnis rancor & diſcordia hucusque inter *Petrum* plebanum *& Johannem* capellanum predictos habiti debent eſſe ſopiti penitus & extincti ita ſane quod juxta doctrinam Apostoli honore ſe prevenientes juxta condecentiam ſtatus clericalis. Item inſinuamus quod *Johannes* cappellanus predictus ſupplere debebit vices plebani in *Elwinſtad* in confeſſionibus audiendis & in ſacramento Euchariſtie ac ceteris ſacramentis porrigendis ſeu miniſtrandis articulo neceſſitatis incumbente prout etiam in capitulo Magunt. dioceſis amodo fieri conſuevit; quando vero neceſſitas non compellit pro tunc, auctoritatem confeſſionem audiendi ſeu ſacramenta porrigendi, habere non debebit, niſi ſit de licencia plebani in *Elwinſtad* libera & expreſſa.

Item

Item oblaciones que quandoque in capella *Benſtat* fieri conſueſcunt in ovis, pullulis ac aliis rebus non ad alium pertinet niſi ad ſolum plebanum in *Elwinſtad* ſicuti prius ex antiqua conſuetudine cujus inicii memoria apud nunc viventes non exiſtit. Item dicto cappellano corpora mortuorum ſepelire & miſſam pro noviter defunctis celebrare non licet, niſi conſenſus plebani interveniat benivolus & expreſſus. Item ex antiquo in dicta capella *Benſtat* eſt obſervatum quod ipſo die parasceves nullum divinum officium per capellanum predicte capelle celebrabatur, ymmo omnes qui potuerunt pre infirmitate manifeſta adire *Elwinſtad* ibidem divinum audiebant celebrare officium ut pluribus in Benſtat reſidentibus dinoſcitur fore notum. Preterea in aliis capitulis Mogunt. dyoc. hec habetur conſwetudo antiquitus introducta, quod ipſo die dedicationis capellarum plebani perſonaliter divinum celebrare tenentur officium & ad hoc capellani aſſiſtere debent cantando, legendo, quod & cappellanus dicte capelle *Benſtat* merito adimplebit. Item ut ex relacione didicimus perſepedictus Johannes ſe intromiſit & de facto intromittit de fabrica prefate capelle Prepoſito & plebano in *Elwinſtad* minime requiſitis ad quos tamen hujusmodi fabrice diſpoſicio ſeu ordinacio pertinet & ex antiqua conſwetudine pertinebat ut multis pronunc viventibus dinoſcitur manifeſtum, & revera litteris ut narratur per nobiles quondam in *Benſtat* reſidentes ſigillatis nec non per nos diligenter queſitis minime tamen inter litteras noſtras inventis non intendimus contraire ymmo non obſtantibus premiſſis articulis quandocunque fuerint invente, debent utique remanere in ſui roboris firmitate. Datum ſub ſigillo prepoſiture in *Elwinſtad* anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo quinto feria quinta poſt *Urbani* Pape.

Qua ratione praepoſitus in Ilbenſtadt in chartâ praecedente compelletur ARCHIDIACONUS? docebit concordia ſequens.

„ Sequitur copia confirmacionis littere unionis & concordie facte „ inter Dominum Prepoſitum beate Marie ad gradus & Dominum Pre„ poſitum in Ilwenſtad, & eſt inſerta littera principalis de verbo ad „ verbum in eadem.

LXXVI.

Concordia ſuper jure Archidiaconali.

Johannes Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis nobis in Chriſto Johanni

hanni de Selheim Prepoſito eccleſie beate *Marie ad Gradus* Maguntinenſis *& Ebirhardo Ruſſe* Prepoſito monaſterii in *Ilwenſtad* ordinis Premonſtratenſis noſtre dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Juſtis petencium deſideriis in hiis preſertim que à racionis tramite non diſcordant, dignum eſt nos facilem prebere aſſenſum; exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra peticio continebat, quod alias ſuborta inter vos videlicet Prepoſitum eccleſie beate *Marie ad Gradus* ex parte una *& Ebirhardum* Prepoſitum monaſterii Ilwenſtad prefatum ex altera de & ſuper nonnullis juribus & jurisdictionibus & eorum occaſione materia queſtionis; Tu videlicet *Johannes* Prepoſite de tui capituli eccleſie beate *Marie ad Gradus*, *&* tu *Ebirharde* Prepoſite de tui conventus monaſterii in Ilwenſtad predictorum conſilio & aſſenſu ad evitandum execrabiles licium anfractus & multiplicia expenſarum incommoda mediantibus veſtris communibus amicis & aliis peritis viris hujusmodi per vos communiter ad id aſſumptis invicem amicabiliter concordando certam compoſicionem & ordinacionem rationabilem perpetuo valituram feceritis & inieritis pro bono pacis et concordie, prout in litteris autenticis inde confectis plenius continetur; Quare nobis humiliter ſupplicastis ut hujusmodi compoſicionem & ordinacionem ſic ut premittitur per vos rationabiliter initas atque factas auctoritate ordinaria confirmare & affirmare dignaremur. Nos igitur petitionibus veſtris tanquam juſtis & rationabilibus favorabiliter annuentes compoſicionem & ordinacionem hujusmodi ratam & gratam habentes eam & eas auctoritate ordinaria approbamus & confirmamus ac preſentis ſcripti patrocinio ex certa ſcientia communimus tenore dictarum litterarum preſentibus inſeri facientes, qui talis eſt: Univerſis & ſingulis preſencium inſpectoribus, maximè quorum intereſt ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum pateat evidenter: quod nos *Johannes de Selheim* Prepoſitus eccleſie beate *Marie ad Gradus* Maguntinenſis ex una de conſenſu ſcitu & voluntate Decani & capituli ejusdem eccleſie; & nos *Eberhardus Ruſs* Prepoſitus monaſterii in *Ilwenſtad* ordinis Premonſtratenſis Maguntine dioceſis ſimiliter de conſenſu, ſcitu & voluntate Prioris & conventus dicti monaſterii noſtri parte ex altera de & ſuper lite & controverſia inter nos dudum ſubortis ſuper articulis infra ſcriptis & ipſorum occaſione ob bonum pacis & concordie ad evitandum lites, diſcordias ac controverſias de conſilio & perſuaſione communium amicorum noſtrorum etiam jurisperitorum ad hoc per nos communiter electorum convenimus & concordavimus in modum qui ſequitur: Primo, quod nos *Eberhardus* Prepoſitus predictus noſtrique ſucceſſores pro tempore exiſtentes ſeu quibus hoc duxerimus committendum, noſtram ſynodum in terminis dicti mo-

naſterii noſtri pro tempore celebrandam libere ac licite celebrare & omnes ac ſingulas cauſas & accuſaciones in ipſa ſynodo deferendas & proponendas, ſive hujusmodi cauſe ſint matrimoniales, uſurarum ſive civiles, audire, emendare & corrigere aliaque circa premiſſa facienda, facere & exercere poſſimus & debeamus, prout nos & predeceſſores nostri hujusmodi cauſas hactenus exercere conſueverunt ſine impedimento & contradictione Prepoſiti dicte eccleſie beate *Marie;* de aliis vero cauſis extra ipſam ſynodum in dictis terminis & locis pro tempore emergentibus, ſive hujusmodi cauſe ſint matrimoniales, uſurarum ſive civiles, nos non intromittemus nec aliquam noſtram jurisdictionem ad easdem extendemus; Preterea quod nos *Ebirhardus* Prepoſitus predictus noſtrique ſucceſſores pro tempore exiſtentes in dicto noſtro monaſterio in *Ilwenſtad* & eccleſia parochiali ibidem inſtituendo & deſtituendo Rectorem in ipſa parochiali eccleſia in *Ilwenſtad* plenam & liberam habeamus diſpoſitionem ſalvo eo, quod Rector ejusdem eccleſie per nos pro tempore inveſtitus ipſius Domini Prepoſiti eccleſie beate *Marie ad Gradus* Maguntinenſis & ſuorum ſucceſſorum pro tempore exiſtencium mandata recipere & eadem exequi teneantur & debeant; Inſuper quod nos *Johannes* Prepoſitus eccleſie beate *Marie* predicte noſtrique ſucceſſores pro tempore exiſtentes ceteros beneficiatos & Rectores eccleſiarum in dictis terminis exiſtentes ad preſentacionem pretacti Prepoſiti in *Ilwenſtad* pro tempore exiſtentis inveſtire debemus, ſic tamen quod per nos vel ſucceſſores noſtros pro tempore ad eccleſiam parochialem in Aſſinheim inveſtitum idem Prepoſitus in Ilwenſtad pro tempore ad nutum ſuum valeat revocare & nobis alium preſentare, quem ſine contradictione inveſtire debebimus totiens quociens fuerit oportunum, ipſique per nos vel ſucceſſores noſtros pro tempore ut premittitur, inveſtiri ratione beneficiorum eorundem nobis & ſucceſſoribus noſtris pro tempore obedientiam & reverenciam debitam ut ceteri beneficiati dicte Prepoſiture noſtre faciant & exhibeant, capitulaque noſtra in *Fredeberg* & ſynodum temporibus conſuetis viſitare debeant & teneantur. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum nos Johannes Prepoſitus, Decanus & capitulum dicte eccleſie beate *Marie,* & nos *Eberhardus* Prepoſitus nec non Prior & conventus dicti monaſterii in *Ilbenſtad* pro nobis & ſucceſſoribus noſtris ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum & actum anno Domini milleſimo quadringenteſimo quarto, viceſima nona die menſis Auguſti. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

LXXVII.

LXXVII.

Fundatio altaris S. Crucis in eccleſia parochiali Steyna confirmatur.

Dietherus &c. dilectis nobis in Chriſto filiis burgimagiſtris ſcabinis conſulibus totique communitati opidi *Steyna ad Stratam* vulgariter nuncupati ſalutem in Domino ſempiternam. Inter omnia ſincere devocionis & pietatis officia que Criſti fidelium puritas ſuo liberatori Deo optimo maximo ſtudet attentiſſimo voto & deſiderio exhibere atque preſtare, illud preclarius & illuſtrius atque Divine Majeſtati acceptius eſſe arbitramur, quo frequens paſſionis Dominice grata memoria repetitur & ſacrificium quod ipſe ſummus ſacerdos inſtituit & docuit, celebratur atque ita debitum ſibi deferri honorem ſanctificavit veluti Divinus Cytharedus id preſentiens nos adhortatur dicens, immola Deo ſacrificium laudis & redde Altiſſimo vota tua & rurſum illud prophetico ſpiritu decantatum ſacrificium laudis honorificabit me & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei, cui equidem propoſito & opem & auxilium atque firmamentum pro credite nobis adminiſtracionis officio facili & benigno animo afferre & deſideramus & cupimus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra peticio continebat, quod vos pia devocione ducti ut veri & ſingulares Dei gloriam in terris amplificaretis & ut juxta evangelicam promiſſionem, que veriſſima eſſet, centuplum & eterne vite premia in celeſti patria reciperetis beneficium perpetuum ac ſimplex de certis bonis & rebus à Deo vobis collatis inſtituere fundare atque dotare decreveritis ſuper altare ſancte *Crucis* in eccleſia parochiali opidi *Steyna* prefati ita ut certis in ſeptimana vicibus miſſa vulgariter fraternitatis dicta celebraretur veluti quibusdam litteris patrio ſermone ſcriptis & ſigillis veſtris munitis, quarum vim, formam, tenorem & effectum preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, plenius continetur, quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum ut inſtitucionem fundacionem & dotacionem premiſſas nec non dictas litteras omniaque alia & ſingula ex eis & inde ſecuta approbare & confirmare dignaremur, nos igitur inprimis amorem Dei & religionis zelum ac felix veſtrum propoſitum in Domino commendantes & de premiſſis plenarie informati inſtitucionem fundacionem & dotacionem hujusmodi ratas & gratas habentes eas auctoritate noſtra ordinaria & tenore preſencium approbamus & confirmamus ita tamen ut dicti beneficii Rector pro tempore exiſtens ad duas miſſas ebdomadatim donec competencius ipſum beneficium dotetur duntaxat teneatur, jus patronatus prefati be-

neficii illi vel illis reſervantes quibus in dictis litteris extitit reſervatum. Volumus autem & auctoritate noſtra ordinaria decernimus & declaramus ut dicte parrochialis eccleſie in *Steyna* Rectori nunc & pro tempore exiſtenti nullum per hoc in juribus parochialibus prejudicium & detrimentum generetur harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum in caſtro noſtro *Steinheim* die tercia menſis Septembris anno Dni milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

LXXVIII.

Annua penſio de altari in Aſſenheim reſervatur.

Albertus &c. honorabili *Petro Welprecht* presbytero noſtrae Moguntinenſis dioecoeſis devoto nobis in Chriſto dilecto, ſalutem in Domino ſempiternam. Vitae ac morum honeſtas, alia probitatis & virtutum merita, quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales; ſané cum tu aliás altare ſanctae *Catharinae* ſitum in carnario cimiterii parochialis eccleſiae in *Aſſenheim* dictae noſtrae dioecoeſis ex certis rationabilibus cauſis in favorem honorabilis nobis dilecti *Joannis Steck* reſignaveris, eidemque *Joanni* de eo proviſum eſt, ne ex hujusmodi reſignatione nimiam incurreres jacturam, ſupplicari nobis feciſti humiliter, quatenus tibi annuam penſionem duorum florenorum auri Renenſis de & ſuper univerſis & ſingulis fructibus, reditibus & proventibus praedicti altaris *Stae Catharinae* in *Aſſenheim* auctoritate noſtrâ ordinariâ reſervare dignaremur, nos ergo volentes te praemiſſorum &c. &c. datum noſtro ſub ſecreto die viceſima tertia menſis Junii anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo octavo.

LXXIX.

Eccleſia in Straſsheim confertur eccleſiae Moguntinae.

Reverendis ac dilectis in Chriſto Prepoſito decano totique capitulo Magunt. *Rudolfus* Dei gratia abbas ſancti *Albani* Magunt. ſalutem & cum obſequio devotas orationes in Chriſto. Cum preter communem & generalem defectum quem turbatio temporis inſtantis non tam veſtre quam omnibus fere eccleſiis ingerit & ingeſſit prebendarum veſtrarum reditus ex antiquo adeo fuerunt tenues & exiles, quod vix ſit perſona tante eccleſie congrua, que in ipſa velit vel valeat propter tenuitatem

redi-

redituum reſidere prout probroſa probat paucitas in ea reſidentium perſonarum, ut per noſtre ſubventionis auxilium qui matri noſtre digne compa imur, eo quod circa noſtram eccleſiam à tempore fundationis ſue ſe ſemper exhibuerit liberalem, ſervientium Deo & beato *Martino* numerus augea u. & tenuitas prebendarum veſtrarum in aliquo re'evetur, eccleſiam parrochialem in *Strazheim* dyoc. Magunt. cum jure patronatus ac univerſis pertinentiis & reditibus ſuis quos paſtor ipſius eccleſie conſuevit huc usque percipere de communi conſenſu totius conventus noſtri vobis conferimus in perpetuum obtinendam ita quod cum primum eam vacare contigerit proventus ipſius communibus veſtris uſibus libere perpetuo applicetis. Ordinata tamen & ſtatuta competenti de proventibus ipſius eccleſie portione que perpetuo vicario in eccleſia veſtra de novo creando & per nos & ſucceſſores noſtros pro tempore inſtituendo debeat aſſignari, relicta nihilominus & alia congrua portione de qua perſona in ipſa eccleſia Strazheim Deo perpetualiter ſervitura & per vos inſtituenda honeſte valeat ſuſtentari. In cujus facti memoriam & perpetuam firmitatem preſentes litteras vobis damus noſtro & conventus noſtri ſigillorum munimine roboratas. Actum anno Dni milleſimo CC° LIIII. ſeptimo idus Aprilis. Confer. Gud. T. II. pag. 593.

LXXX.

Conſenſus archidiaconi.

Reverendis Dominis ſuis decano & capituli majoris eccleſie Maguntine *Wernherus* dicte majoris & ſancte *Marie ad Gradus* eccleſiarum Prepoſitus Magunt. cum parato ſemper obſequio reverentiam debitam & honorem. Cum venerabilis Pater Dominus *Rudolfus* abbas monaſterii ſancti *Albani* Magunt. de conſenſu & voluntate Prioris & conventus ipſius parrochialem eccleſiam in *Strazheim* Magunt. dyoc. Archidiaconatus dicte eccleſie ad gradus cum jure patronatus ac univerſis pertinentiis & redi ibus ſuis quos paſtor ipſius eccleſie conſuevit hucusque percipere, vobis contulerit in perpetuum obtinendam, ita quod cum primum eam vacare contigerit proventus ipſius communibus veſtris uſibus libere perpetuo applicetis relicta tamen competenti de proventibus ipſius eccleſie portione de qua perſona in ipſa eccleſia *Strazheim* Deo perpetuo ſervitura per vos preſentanda & per nos ſeu noſtros ſucceſſores qui pro tempore fuerint inſtituenda ibidem congrue valeat ſuſtentari ac Domino noſtro Archiepiſcopo & nobis de noſtris juribus plenarie reſpondere, nos collationem predictam gratam per omnia & ratam habentes ipſi collationi una cum decano & capitulo prefate eccleſie

noſtre *ad Gradus* gratioſum pariter & benignum impertimur aſſenſum ſalvo tamen in omnibus in dicta eccleſia Strazheim noſtro jure & nostrorum qui pro tempore fuerint ſucceſſores, dantes vobis has noſtras litteras ſuper eo noſtri Prepoſiture majoris quia ſpeciale ſigillum de gradibus non habemus & dicti capituli *ad Gradus* ſigillorum munimine roboratas. Datum III. kal. Maji anno Domini M° CC° LIIII°.

§. X.

Sequuntur beneficia ſita in terminis Roſtorff.

In Carben.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum & habet filiales eccleſias videlicet in *Carben* majori & in *Keuchen* & reguntur per plebanum in *Carben* — Item habet capellam in *Burggreverode* que habet proprium capellanum & pertinet ad ſynodum illac in *Carben* — Item in eccleſia parochiali in *Carben minori* ſunt tria altaria que habent altariſtas — Altare beate virginis *Marie* — Altare ſancte *Crucis* & XII apoſtolorum.

In Rendel.

Eccleſia incorporata Prepoſito & fratribus in *Ilwenſtad* ordinis Premonſtratenſis — Ibidem eſt plebanus de ordine predicto — Item primiſſarius ibidem non tamen de ordine.

In Budensheim.

Paſtoria quam conferre habet Abbas ſancti *Michaelis* prope *Bamberg* ordinis ſancti *Benedicti* — Item in eadem eccleſia altare beate *Marie* & ſancte *Katherine* nondum ſufficienter dotatum, ſed jacet in augmentum.

In Kylianſteden.

Paſtoria — Item plebanus ibidem — Ibidem primiſſaria & eſt altare ſancti *Benedicti.*

In Dorfeldin.

Paſtoria & habet plebanum — Item habet filialem eccleſiam videlicet capellam in inferiori *Dorfelden* & habet proprium capellanum — In illa capella eſt unum altare videlicet beate *Marie* virginis & habet proprium altariſtam.

In Wachenbuchen.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum — In eccleſia eadem eſt altare non dotatum.

In Höenſtad.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum & non plus.

In Biſchoffisheim.

Eccleſia parochialis incorporata Dominis de eccleſia collegiata ſancti *Bartholomei* Frangfurd.

In Keſſelſtad, hodie Keſtat.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum — Ibidem eſt capella que habet proprium capellanum & habet filialem eccleſiam in *Durenheim* quam officiat plebanus — In eadem eccleſia filiali eſt altariſta qui habet altare in eadem.

In Mittelbuchen.

Paſtoria non incorporata — Item ibidem eſt capella ſancti *Michaelis* & habet capellanum.

In

In Bruchkebil.

Paſtoria non incorporata & non plus.

In Roſtorff.

Paſtoria & habet paſtorem & non plus — Ibidem eſt ſedes capituli iſtius.

In langen Diepach.

Eccleſia parochialis incorporata Abbati & monachis monaſterii Erbacenſis, habet plebanum — Item habet filialem eccleſiam capellam in *Ruckingen* que habet capellanum.

In Uſſekeim ſuperiori.

Paſtoria & habet paſtorem & plebanum.

Qualiter ad comites Hanovienſes jus patronatus Bruchköbel, Keſſelſtat & ober Iſſigheim pervenerit docet ultima hujus § charta ſub Nro CXLV. b.

LXXXI.

Praeſentatio ad parochiam in Rendel.

Honorabili viro Dno Officiali Dni Prepoſiti beate *Marie ad Gradus* Mogunt. Conradus Prepoſitus in *Elwenſtad* ſuo ac conventus ſui nomine cum orationibus devotis reverentiam debitam & condignam. Cum in eccleſia parochiali in *Rendele* poſt donationem juris patronatus & incorporationem nobis factas vicarius inveſtitus nullus inveniatur, reverentie veſtre circumſpecte diſcretum fratrem *Ruſſonem* exhibitorem preſentium ad vicariam perpetuam ibidem ut ſic ad preſens vacantem, cujus preſentatio ſeu collatio virtute donationis & incorporationis prediſtarum ad nos ammodo ſpectare dinoſcitur, pleno jure preſentandum duximus & preſentibus caritativè preſentamus, cum ipſo ſuppliciter exorantes, quatenus eundem de vicaria antedicta, prout ad veſtrum ſpectat officium, inveſtire dignemini, adhibitis circa hoc ſollempnitatibus debitis & conſuetis.

ſuetis. In cujus preſentationis evidens teſtimonium ſigillum noſtre Prepoſiture unanimi de conſenſu preſentibus eſt appenſum Datum anno Dni M° CCC° LXX° in vigilia aſſumptionis ſancte *Marie* virginis glorioſe.

Anno MCCCLVIII. V. Idus Decembris Praepoſitus & conventus in *Ilbenſtat* litteras recognitionis dedêre de ſolvendis quot annis b. *Martino* duabus libris cerae. *Gud. T. III. pag. 424.*

Anno MDLIX. decima quarta Junii *Lupertus Scheffart* Praepoſitus Ilbenſtadienſis beneficium altaris B. *Mariae* V. in eccleſia parochiali *Rendel* contulit *Bonifacio Weisbroith.* Reliqua documenta ad hoc beneficium & parochiam in *Rendel* ſpectantia vid. in noſtris *notitiis hiſtorico-diplomaticis de* Abbatia *Ilbenſtat pag.* 80. *& ſeqq.*

LXXXII.

Conſenſus Abbatis S. Michaelis ſuper fundatione capellani in Budensheim.

Wilhelmus Dei gratia Abbas monaſterii Sti *Michaelis* montis monachorum prope muros *Bamberg.* ordinis Sti *Benedicti* recognoſcimus in his ſcriptis quod ad ordinationem illam, quam honorabilis vir Dnus *Fridericus* paſtor eccleſie parochialis in *Budensheim* ſuper divino officio habendo in altari *B. M.* & S. *Catharine* ſito in parochiali eccleſia ville *Budensheim* ordinavit & diſpoſuit per hanc noſtram litteram ipſi ordinationi transfixam damus & dedimus noſtrum conſenſum benevolum & expreſſum ita ſane quando reditus dicti altaris in tantum augmentur & creſcant in valore triginta florenorum, ex tunc & perpetuo collatio dicti altaris ad nos & noſtros ſucceſſores pertinere debebit, quotiens fuerit opportunum. Datum noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſum anno Dni milleſimo CCCC° primo feria ſexta proxima poſt feſtum beatorum *Viti, Modeſti & Creſcentie.* Quas quidem litteras vidimus & integras ac omni vitio & ſuſpicioni carentes. In cujus recognitionis evidens teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces predicti Dni *Friderici* preſentibus eſt appenſum.

LXXXIII.

Commiſſio pro examinandis teſtibus ſuper cauſa parochiae in Wachenbuchen controverſa.

Judices ſancte Maguntine ſedis diſcreto viro magiſtro *Hermanno* rectori puerorum in *Geylnhuſen* ſalutem in Domino. Supplicavit nobis humiliter officialis honorabilis viri Domini Prepoſiti eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. quatenus, cum in cauſa, que inter nobilem virum *Lutherum* Dominum de *Iſenburg* ex una & quondam *Symonem* dictum *ſavions* parte ex altera ſuper parrochiali eccleſia in *Wachenbuchen* olim vertebatur in judicio coram ipſo, idem Dominus *Lutherus* teſtes quosdam pro intentione ſua fundanda producere habeat & intendat, extra ejusdem prepoſiture limites conſtitutos, in quos dictus officialis nullam valet jurisdictionem ordinariam exercere, vobis auctoritatem teſtes hujusmodi compellendi & cohercendi in juris ſubſidium concedere dignaremur; Nos igitur prefati officialis ſupplicationibus favorabiliter inclinati vobis preſentibus committimus & damus, quatenus vocatis ad veſtri preſentiam teſtes infra dyoceſim Maguntinam conſtitutos, quos idem Dominus *Lutherus* ſeu ejus procurator pro ſua intentione fundanda producere voluerit, recipiatis, legaliter examinetis, prudenter juxta formam commiſſionis à prefato officiali vobis facte. Teſtes autem qui nominati fuerunt, ſi ſe gracia, odio vel timore ſubtraxerint, cogatis auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam veritati teſtimonium perhibere. Datum anno Domini milleſimo CCC° XXXI° quinto kalend. Marcii.

Anno MCCCCLXXXIV. die viceſima quinta menſis Junii *Ludwicus* de *Iſenburg* comes in *Budingen* Praepoſito B. *Mariae V. ad gradus* praeſentat *Martinum Kuppel* clericum Mog. dioc. ad paſtoriam eccleſiae beatae Mariae virginis in *Wachenbuchen* per obitum *Richardi Kroeſs* vacantem.

LXXXIV.

Jus patron. eccleſiae in Biſchoffsheim transfertur in capitulum S. Barthol. Francf.

Univerſis preſentem cartulam inſpecturis Philippus Prepoſitus in *Franckenfurt* in perpetuum. Quoniam labilis eſt hominum memoria

&

& novis ſupervenientibus veterum pariter ſuccedit oblivio, quorum noticiam ad poſteros volumus pervenire, in ore teſtium reponi & teſtimonio ſcripturarum ſolent commendari. Innoteſcat igitur omnibus tam preſentis etatis quam future poſteritatis, quod nos tenuitatem ſtipendiorum fratrum in *Franckinfurt* reſpicientes, eique pro modulo noſtro pie conſulere deſiderantes, jus patronatus eccleſie in *Biſchofesheim*, quod racione prepoſiture nobis pertinuit, ob remedium anime noſtre parentumque noſtrorum ad emendacionem prebendarum fratrum in loco predicto Deo militancium libere conſignavimus. Ne autem factam tam racionabile temporum vetuſtate aut cujusquam doloſitate queat aboleri, paginam preſentem conſcribi noſtrique ſigilli munimine ſtatuimus roborari. Acta autem ſunt hec anno Dominice incarnacionis M° CC° XXII.

LXXXV.

Conſenſus ordinarii.

B. Dei gratia majoris eccleſie, G ſancti Petri, T. ſancte *Marie ad Gradus* in Maguncia Prepoſiti univerſis hanc paginam viſuris ſalutem in Dno perpetuam. Atteſtacione preſentis ſcripti teſtimonium perhibemus, quod Dnus noſter S. Archiepiſcopus de conſciencia noſtra adhibuit aſſenſum ut patronatus eccleſie in *Biſchovesheym* communibus fratrum uſibus in *Franckinfurt* perpetuo deſerviret. In hujus igitur teſtimonii noſtri evidenciam preſentem paginam conſcriptam ſigillorum noſtrorum impreſſionibus duximus muniendam. Acta ſunt hec anno Dni M° CC°. XXII. X. kal. Decembris.

LXXXVI.

Archidiaconus inſtituit capitulum Francf. in memorata parochia.

Arnóldus Dei gracia Prepoſitus ſancte *Marie ad Gradus* in *Maguncia* univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Dno. Ad univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod eccleſiam in *Biſchovesheim* Mag. dioc. cujus ad nos ſpectabat inſtitutio, ad liberam reſignacionem magiſtri *Nicolai*, qui tamquam plebanus ipſam eccleſiam poſſidebat de conſenſu venerabilis Patris *Sifridi* Dei gratia Maguntini Archiepiſcopi & *Reynaldi* Prepoſiti Franckfurtenſis, ad quem jus patronatus in dicta eccleſia pertinebat, nec non & de voluntate capituli majoris eccleſie Moguntine, Decano & capitulo

eccleſie Franckfurtenſis contulimus ipſius capituli communibus uſibus ad augmentacionem prebende ſue omnimodis profuturam, ita tamen quod vicarium qui in ipſa eccleſia debeat miniſtrare nobis vel noſtris ſucceſſoribus repreſentent, qui de proventibus ipſius eccleſie congruam percipiat porcionem. In cujus rei teſtimonium ipſis Decano & capitulo Franckf. preſens ſcriptum conceſſimus ſigilli noſtri nec non & judicum ſancte Maguntine ſedis, qui huic interfuere negocio impreſſione munitum. Datum Maguncie in clauſtro majoris eccleſie anno Dni M CC XXXIX quarto nonas Maji.

LXXXVII.

Conſenſus capituli Mogunt.

G. Dei gratia Prepoſitus C. Decanus totumque majoris eccleſie in Moguntia capitulum univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus preſens ſcriptum audituris notum eſſe volumus, quod nos collacioni capelle de *Biſchovesheym* eccleſie Franckf. in augmentum prebendarum fratrum Deo ibi ſerviencium facte à Domino *Philippo* quondam Franckfordenſi Prepoſito bone memorie & confirmationi venerabilis Domini noſtri *S.* Dei gratia ſancte Mag. ſedis Archiepiſcopi ſuper eadem facte, quoniam tale factum eſt pium & licitum ne de contingentibus forte aliquid omittatur, plenum conſenſum liberum & benivolum adhibemus. Nos igitur ne forte inpoſterum ſuper hoc aliquod dubium poſſit oriri in predicte eccleſie gravamen, preſentem paginam ſigillo capituli noſtri dignum ducimus corroborare. *Litterae ſunt absque dato.*

LXXXVIII.

Praeſtanda à capitulo Francf. intuitu eccleſiae in B.

W. Dei gratia cantor majoris eccleſie & Prepoſitus ſancte *Marie ad Gradus* Mogunt. ſuborta inter capitulum eccleſie Franckf. ex una parte & *Gerhardum* Archipresbiterum Magunt. ex altera ſuper eccleſia in *Biſchovesheym* noſtri Archidiaconatus, materia queſtionis & ad inſtantiam ipſius Archipresbiteri prefato capitulo ad noſtri preſenciam legitime evocato, *Conradus de Eticheſtein* Franckf. canonicus ex parte memorati capituli ſui comparuit coram nobis & habens ad hoc ipſius capituli ſpeciale mandatum, ipſe pro eodem capitulo & *Gerhardus* Archipresbiter pro parte ſua in nos ſuper lite predicta compromiſerunt libere & preciſe & quod noſtre per omnia ordinacioni, arbitrio pariter

&

& mandato parerent ſub ypotheca ſuarum Franckfordenſis eccleſie nec non perſonarum ejus rerum ſe voluntarie obligarat interpoſito de hoc in ſuas & fratrum jam dicte eccleſie animas corporali nichilominus juramento. Nos vero ex utraque parte propoſitis plenius intellectis, viſis eciam & diligenter examinatis privilegiis & inſtrumentis productis ex parte capituli prelibati ſupradictam eccleſiam in *Biſchovesheym* adjudicamus eccleſie Franckf. decernimus eciam ut capitulum ejusdem eccleſie ſingulis ſex annis proximis ſub pena dupli det Maguncie in feſto *Martini* ſex marcas den. Col. *Gerhardo* Archipresbitero ſepedicto & quod primus ſolucionis terminus ſit in feſto ſancti *Martini* proxime nunc venturo, & ſi aliquo predictorum terminorum preſcripta pecunia, ut eſt dictum, non fuerit perſoluta, tres de canonicis Franckf. quos ipſe Archipresbiter ad hoc elegerit Magunciam fidejuſſorio more intrabunt, inde non exituri, donec prenotata principalis pecunia cum acceſſorio plenarie fuerit perſoluta. Adjicimus inſuper hoc expreſſe, quod ſi dictum Archipresbiterum prefatis ſex annis nondum elapſis mori contigerit, de reſidua pecunia annui redditus pro ejus anniverſario ad uſus preſencium fratrum Franckf. eccleſie comparentur. Acta ſunt *Maguncie* preſentibus magiſtro *Arnoldo* cantore ſancte *Marie ad Gradus*, *Wilhelmo* canonico *ſancti Petri* Magunt. Gerwino plebano de *Birgeſtad* & aliis quam pluribus anno Dni MCCXLVIII. XIIII. kal. Julii.

LXXXIX.

Qualiter cenſurae in decimatores B. latae ſint relaxatae.

Officialis Domini Prepoſiti eccleſie beate *Marie ad Gradus* Magunt. plebano in *Biſchoffsheym* ſalutem in Dno. Sentencias ex communicacionis ſuſpenſionis ſeu ceſſacionis divinorum contra decimatores ville veſtre pro ſervicio Dni noſtri Prepoſiti à nobis prolatas usque ad octavas beati *Martini* confeſſoris propter bonum pacis & concordie medio tempore attemptande preſentibus relaxamus, mandantes vobis, quatenus dictas ſentencias usque ad dictas octavas incluſive relaxatas ac ipſos decimatores abſolutos publice nuncietis; ſi vero medio tempore compoſicio inter nos intervenerit, ex tunc dictas ſentencias volumus habere relaxatas omnimode & ſublatas alio mandato a nobis deſuper minime expectato. Datum anno Dni M CCC XXXII° II° kal. Novembr.

Anno MCCXXII. *Sifridus* A. M. renunciationem juris patronatus eccleſiae in *Biſchoffsheim* in favorem capituli Francofurtenſis à Praepoſito ipſius *Philippo* comite *de Diez* factam confirmat. *Gud. T.* 1, *pag.* 480.

XC.

Ratam habet ſaepe dictam translationem eccleſiae in B. Praepoſitus Francf.

B. Dei gratia Frauckenfurt. eccleſie Prepoſitus univerſis hanc paginam inſpecturis ſalutem in vero ſalutari. Confirmationem preſentis ſcripti ordinacionis, quam predeceſſor noſter pie memorie Dno noſtro *S.* venerabili Archiepiſcopo aſſenſum prebente ordinavit ut patronatus eccleſie in *Biſchofsheym* communibus fratrum uſibus in *Franckf.* deſerviat, perpetuo confirmamus. Ad hujus igitur confirmacionis roboracionem preſentem paginam conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione duximus muniendam. Acta ſunt hec anno gratie M CC XXII.

Anno MCCXXXVIII. Reinaldus Francofurtenſis Prepoſitus idem ratihabet.

XCI.

Recognitio mon. Eberbacenſis intuitu eccleſiae in Langen-Diepach incorporatae.

Nos Frater *Wilhelmus* Abbas totusque conventus monaſterii Eberbacenſis ordinis Cyſterc. Mog. dyoc. recognoſcimus per has noſtras litteras manifeſte, quod cum reverendus in Chriſto Pater ac Dnus noſter Dnus *Mathias* ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopus de expreſſo conſenſu honorabilium virorum Dnorum *Got.* Cuſtodis, *Ebirh.* cantoris totiusque capituli eccleſie Mogunt. eccleſiam parrochialem in *Langendippach* dicte dyoc. nobis & noſtro monaſterio in divini cultus augmentum incorporaverit & univerit prout in litteris ſuper hoc traditis plenius continetur, nos debere ſecularem ſacerdotem ydoneum pro perpetuo vicario ad dictam eccleſiam quotiens eam vacare contigerit loci Archidyacono preſentare ſalva ſibi congrua portione per quam onera incumbentia valeat expedire, preterea recognoſcimus nos in ſignum beneficii nobis favorabiliter impenſi

penſi duas libras cere ſingulis annis perpetuis temporibus in feſto beati Martini dicte Mogunt. eccleſie patroni eisdem Dominis eccleſie Mog. ſolvere dare & preſentare noſtris laboribus periculis & expenſis, ad id nos & noſtrum monaſterium in hiis ſcriptis ſollempniter obligantes. In cujus rei teſtimonium evidens ſigillum noſtri monaſterii predicti duximus preſentibus litteris appendendum. Actum & datum III. non. Aprilis anno Dni M° CCC° XXIIII°.

XCII.

Lis circa Novalia in Ruckingen dirimitur.

In Gots namen amen, Wir Official der Probſtie zu unſer frauwen *zur Greden* zu Mentze dun kunt allermenlich daz wir in der zweyungen die der edel herre herre *Ulrich* herre zu *Hanawe* uff eine ſyten und herre *Johan* capellan zu *Luckingen* von der capellen wegen doſelbes uf die andern ſyten under ein gehabt han mit namen von der nuwer roder zehende vorgenanter marg und velde zu Ruckingen und ſie uff bede ſyten an uns geſtalt han und uns auch unſer gnediger herre herre *Gerlach* Ertzebiſchoff zu *Mentze* hat beuolen dieſelbe ſache der wir auch ein bequemlich richter ſin zu horen, und ane verzug daryne mit dem rechten eyn ende zu geben han wir dez vorgenantem capellans clage und anſprache zu erſte genummen wan er clager iſt die iſt alſo: Ditz iſt die anſprache die ich Johan Capellan zu *Rucgingen* han zu dem Edeln herren herren *Ulrich* herren zu *Hanawe* mime herren von min und miner capellen wegen doſelbes zu dem erſten ſo ſprechen ich daz zu der vorgenanten capellaine zu *Rückingen* von irre erſten ſtif unge und wydmungen gehort han und gehorent alle zehende groſs und klein in velde und in der marg dez dorfes zu Ruckingen von eckern alt und nuwe und auch von allen rodern nuwe und alt die itzunt ſin, oder noch werden mochten, item me ſprechen ich daz von zehen jaren zwentzigen, driſſigen vierzigen drunter und druber und auch von der zyt der ſtiftunge der capellaine und ſint ane abſoliche underſcheit als hernach geſchrieben ſtyt. Ich *Johan* capellan und auch etzwanne herre *Johan Ber* herre *Johan Volckenant* herre *Heinrich von Wollenſtat* die etzwanne einre nach dem andern die ſelben capellen gehabit han fur mir und andir ir vorfarn die geweſt ſin in ſtedeglich fridelicher beſitzunge dez rechten zu nemen und zu inpahen und ich ingenummen und inpangen han die zehende beide groſs und klein in velde und der marg dez dorfes zu *Ruckingen* beide von alten eckern und auch von rodern nuwe und alt ane alleyne uffgenummen die zehende von bynen

oley

oley und ſchaffen item ich ſprechen auch daz ich und die vorgenante capellan zu den ziden als vorgeſchrieben iſt dieſelben zehenden alle jar ingenummen han und inpangen ane menliches wedirrede und verbrochenlichen ane alſo viele daz der vorgenante min herre von *Hanawe* und ſyne gewalt mich darane geirret und uſſ der poſſeſſien und inſetz dezſelben zehende wyderrecht geworffen hat und intweldiget itzunt nach eyn ander zu zelen by achte jare und der jare etzwie vile denſelben zehenden geluhen hat Bertholt Swenden der mich von ſeiner wegen darane gedranget hat darumme ſo byden und manen ich *Johann* capellan vorgenant uch erwirdigen herren minen herren Official zu unſer frawen *zu den Greden* zu *Mentzen* als der edel min herre vorgenant und ich *Johan* Capellan dez rechten off bede ſyten zu uch gegangen han daz ir ein unverzogen urteil woltet ſprechen mir und miner capellen umme den vorgenanten zehenden mit allem deme daz mir genummen iſt in den vorgeſchriben jaren an dem zehende mit der küſte und ſchaden die ich daruff gewant han und mich wyder inſetzet in dazſelbe min und miner capellen recht gewere und inſetz der vorgenanten nuwen roder zehende als ich iz und mine vorfarn by dem edeln herren mine eldern herren herren *Ulriche* etzwanne herren zu *Hanaw* dem Got gnade minſs herren vater und by ymen gernwenlich geſeſſen han ane alſo lange als vorgeſchriben ſtyet darnach han wir auch enpangen antworte wyderrede und anſprache dez vorgenanten ediln herren die von worte zu worte auch hernach geſchriben iſt alſo dyt iſt auch die antworte die wir *Ulrich* herre zu *Hanawe* dun als von der roder zehenden wegen zu *Ruckingen* als uns der Capellan doſelbis zuſprychet von derſelben roder zehende wegen die in der margcke gelegen ſin *Ruckingen* zu dem erſten ſprechen und antworten wir daz *Bertholt Swende* unſer dyener mit dem Capellan als von dezſelben zehenden wegen zweyende wart und dieſelbe zweyunge geſtalt wart zu dem erſamen manne herren *Heinrich* dem ertzepriſter dez capitels zu *Roſtdorf* und pferrer zu *Heldebergen* und ſie beiderſyt in truwen globeten wie ſie derſelbe herre Heinrich richten daz ſie daz ſtede ſulden halden unverbrochenlich des hat er uns Vlrichen herre zu *Hanawe* und auch ſie gerichtet als hernach geſchrieben ſtyet. Ich *Heinrich* ein ertzeprieſter dez capitels zu *Roſtdorf* geſeſzen zu *Heldebergen* beckennen und dun kunt allen den die dyſen briff ſehent oder horent leſſen umme alſoliche zweyunge als herre *Johan* Capellan zu Ruckingen und Swende mit ein hatten von dez zehenden wegen zu *Ruckingen* uf der gemeynde und von worthen wegen die in eynre dem andern getan hatte daz mich der ediln min gnediger herre herre *Ulrich* herre zu *Hanawe* den zwein vorgenanten mit namen herren *Johan* und Swenden

den zu eime ubermanne und zu eyme richter gab und ſatzte wie ich ſie ſchyde nach kuntſchaft und nach der mine daz ſie alſo geſchyden ſulden ſin und wer daz breche der ſulde mine gnedige herren herren *Ulriche* herren zu *Hanawe* verfallin ſin für zehen marg und deme capitel zu *Roſtdorf* auch zehen marg guder franckfurter werunge und ſulde man yme darzu numme geleuben und getruwen daz reit ich herre *Heinrick* vorgenant in die kuntſchafft gein *Langen Diepach* und herfur die kuntſchaft daruber und richte ſie nach ir beider willen und wiſze alſo daz her *Johan* der Capellan Swenden geben ſülde zwei malter hopphen umme daz daz herre Johan der vorgenant dez egenanten zehende zu viele ufgehuben hatte und ſulde dez obgenanten herre *Johan* garthe furwerter zehend fry ſin und ledig und die wile die capelle zu *Ruckingen* daruff gewedemt iſt als mir die kuntſchaft ſcide und ſulde herre Johan den egenanten zehenden furwerter laſzen dem ediln herren herren *Ulrich* herren zu *Hanawe* oder weme er in luhe oder wer in von yme oder von der herrſchaft von *Hanawe* hette unde ſprechen daz min ampt und wye ich iz von rechte nemen ſol, daz ich ſie alſo geſchyden han und daz in dez beiden gnüglich waz und dez auch folgeten ane alle geuerde und geben dez dieſen brief beſigelt uf dem rucke zu urkunde und zu warheide aller dirre vorgeſchriebene ſtucke und artickel Datum anno Domini milleſimo CCC ſexageſimo octavo in craſtino beati *Albani* martiris. Dez ſprechen wir nach dem als her *Heurich* vorgenant ſinen uffen brief beſigelt hat gegeben daz uns der capellan vorgenant die globede als in dem briefe begriffen iſt von rechte ſulle halden und uns auch mit der pene vervallen ſy als derſelbe brief beſeit auch ſprechen und antworten wir daruf als ſich der capellan zu eyme inſetze dez vorgenanten zehende vermiszit daz wir den inſesz gehabt haben und in noch han und ziehen daz zu guder kuntſchaft den iz kuntlich iſt daz derſelbe capellan denſelben roder zehende eins deils von uns umme einen nemelichen zins fur ziden beſtanden hatte als lange als unſer wille were furbaz mere ſo antworten wir auch daruff daz unſer eldern und wir und unſer herrſchaft in der ſelben margcke und terminye auch roder zehende han die unſer eldern den kullingen geluhen han zu lehen und in noch von uns und von unſern eldern und herrſchaft zu lehen beckennen und auch noch ynnig han auch antworten wir uf dieſelben ſage und anſprache daz dieſelbe margcke in unſerm wiltbanne gelegen iſt den unſer edler und wir herbracht han und do yme alle nuwe roder weryn ſullen als ez unſer eldern uf uns bracht han und auch wir bizher gehabit han und wo daruber nuwe roder gemacht ſin worden ane unſer eldern und unſers wiſzen den zehenden han unſern eldern und wir genummen und herbracht biz

off dieſe zyt und hoffen daz wir dem capellan oder jeman anders icht darumme ſchuldig ſin zu antworten und geben dieſe antworte beſchriben uch dem erbern herren herren *Conrat* von *Geilnhuſen* official zu unſer frawen *uf den Greden* zu Mentze und biden uch daz ir uns eyn unverzogenlich ende wollet geben nach dem rechten als wir uch geleuben und getruwen. Auch hat der vorgenante capellan uns geantwort einen brief der ſtiftunge und wydenunge der vorgenanten capellen zu *Ruckingen* und abeſcheidunge von der pharre zu Langendyepach die geſchehen ſin von eyme apte und convent gemeinlich von Erbach die ſie zu lihen han mit willen und beſtedegung eins ertzbiſchoves zu *Mentze* die zu den ziden waren und ander gezugnyſze und kuntſchaft für uns bracht darnach han wir auch rat gehabt uber dieſelben ſache unſer obriſten und ander vil wiſer gelerter lude geiſtlich und werntlich und wan uns der vorgenante unſer herre von *Mentze* dicke ernſtlich geſchriben und geboden und auch bede partien vorgenant uns gebeden hant ume ein rechtlich ende in derſelben ſachen ſprechen wir der vorgenante official und han dar an alleyne Got für augen nach dem rade als wir underwiſet ſin und uns ſelber auch recht duncket daz der egenante *Johan* Capellan zu *Ruckingen* iſt wyder zu ſetzen in eine geruwenlich inſetz zu nemen die zehenden von den nuwen rodern in dem velde und in der margcke zu Ruckingen und in daran nyman irren oder hindern ſal heymelich oder offenlich und ſetzen auch yn wider darin als verre wir mit den rechten mogen were aber daz jeman duchte daz er beſzer recht darzu hette der mochte yme umme anſprechen, mit deme rechten do daz billich ſulde ſin auch ſprochen wir zu dem rechten daz der vorgenante herre von *Hanavve* dem egenanten Capellan keren und wyder geben ſal nach martzeil als vile demſelben Capellan von dez obgenanten herren Heiſzen oder von ſynen wegen dez zehenden der nuwen roder doſelbis enphrümdet und ofgehaben iſt. Auch ſprechen wir uber koſt die derſelbe Capellan davon gehabt hat und von uns geheiſchen hat yme zu zedeylen laſſen wir zu dieſemmale underwegen durch redelicher ſache willen, zu urckunde aller dirre vorgeſchriben dinge han wir der vorgenante official geheiſzen *Paulum* den hernach geſchriben offen ſchriber dit gegenwertig offen inſtrument mit unſern officialiteten groszeme ingeſigel beſigelt ſchriben und ſin gewonlich zeichen her anelegen und domyde iz zeichen dye vorgenante ſprach und pronunciatien iſt geſchehen von dem egenanten herrn official zu Franckenf. zu den Barfuſzen in dem rebender Mentzer biſtumes als man ſchribet von Criſtus geburte duſent druzehen hundert und darnach in deme achten und ſechſigiſten jare an dem dry und zwentzigiſten dage des mandes December zu none zyt und waern zu gezug darby die erbern

bern lude herre *Johan Thomas* ein vicarius zu ſanct *Bartholomeus* zu *Franckenfurt* herre *Johan* zu *dem Barte* ein vicarius des ſtiftes zu ſancte *Leonart* do ſelbes herr *Friderich* paſtor zu *Sultzbach Heinrich* von *Hultzhuſen* genant *Wolff* und *Johan Dyde* der elder burger zu *Franckenfurt* und ander vil guder lude. &c. &c.

Et ego *Paulus Siſridi* de *Geilnhuſen* clericus Mogunt. dioceſ. publicus imperiali auctoritate notarius quia pronuntiationi omnibusque & ſingulis aliis premiſſis dum ut ſic agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ut ſuper dictum Dominum officialem fieri vidi & audivi ideo hoc preſens publicam dictam pronuntiationem continentem materna lingua confectum de mandato prefati Domini officialis manu propria ſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto una cum appenſione ſigilli officialitatis prefati Domini officialis ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium omnium premiſſorum.

XCIII.

Wir *Johan Bingenheimb* abt, auch prior und convent gemeinlichen des ſtiffts und Gottshauſs *Limpurg* an der *Hardt* gelegen, ſant Benedicten ordens, bekennen uns offentlich mit dieſem brieve, und thun kunth meniglichen, nachdem unſer und unſers ſtiffts Limpurg eigenthumblich hauſs und clöſterlein *Nauvenburg*, bey Wundeken in der graveſchafft *Hanauv* gelegen, mit ſambt deſſen vheldern, güettern ein und zugehorungen durch die geweſenden unſere dahin verordnete probſt und verwalteren deſſelben gantz in abgang, unbaw, zertrennung und verwüſtungen gerhaten, dermaſſen und alſo, wo wir oder gedachte unſere probſt oder verwalter gerurts unſers clöſterleins der graveſchaft *Hanaw*, welche ſich der weltlichen oberkeitt, caſten-vogtey, ſchutz und ſchirms uff dieſem unſerm clöſterlein biſs daher ſambt der dienſtparlichen gerechtigkeiten, als azung, ſchatzung, leger, frondinſten und dergleichen alles ungemeſſiget gehapt und gebraucht haben, hinfuro beharlich weiters holten leiſten und ausrichten, das ſich mit allain keine ordens-perſon darauff irer notdurfft nach wol konden oder mochten betragen, ſonder vil mehr, da es wider in notwendige baw und beſſerung gericht werden ſolt, wir von unſers ſtiffts Limpurgs gefellen, das dan auch in unſerm vermögen nit iſt, ſelbſt darlegen müſten. Das wir hieruff aus wolbedachtem mueth mit einhelligem rath unſers verſamleten capittels einmuettig und einhelliglich durch unſern und ehegenants unſers ſtiffts *Limpurg* beſſeren nutz und frommen willen, zu

erledigung deſſelbigen mercklichen beſchwerden und groſſern ſchaden gedachts unſers ſtiffts damit zuvorkommen. Alſo aus wichtigen beweglichen urſachen eins rechten, redlichen und uffrichtigen ewigen erbkauffs, mit gnedigſten conſens verwilligungen und zulaſſungen des durchleuchtigſten hochgebornen furſten und herrn, herrn *Friderichs* Pfaltgrauen bey Rhein des heiligen Römiſch. reichs Ertztruchſäſs und Churfurſten, Hertzogen in Bairn &c. unſers gnedigſten herrn als obbemeltes cloſters *Limpurg* erb-caſtenvogts ſchutz und ſchirm herrns verkaufft und zu kauffen geben haben. Verkauffen und geben auch alſo zu kauffen in der allerbeſten form, maſſ, weiſſ, rechten und geſtalt, wie ein redlicher rechter ewiger und unwiderruffiicher erbkauff in allen und jeden rechten und gerichten geiſtlichen und weltlichen, auch an allen und yeden ſtetten ortten und enden, in recht oder gewonhait allerbeſt krafft und macht hat, haben ſoll und mag. Dem wolgebornen herrn herrn *Philipſſen* grauen zu *Hanaw* und *Rieneckh* herrn zu *Müntzenberg*, unſerm beſondern lieben herrn, und ſeiner gnaden erben und nachkommen, obgedachts unſer und unſers ſtiffts eigen hauſs und clöſterlein *Nauenburg* bey *Windeken* in irer gnaden graueſchafften gelegen, mit aller und jeder ober, herligkeiten, höffen, gerichten, zehenden, welden, waſſern, weingarten, eckern, wieſen, gertten, wayden, jagten, mulen, mülſtetten, weyhern, fiſchereyen, auch rentten, zinſen, gefellen, nutzungen und einkommens zu ſampt der farenden haab ſo vorhanden, auch allen umbgriff markrechten und mit allen andern ober-herrlich rechten und gerechtigkeitten, in und zugehorungen erſucht und unerſucht, auch mit ſeinen tragenden penſionen und derſelbigen beſchwerungen wie das itzunder ſteht, iſt und funden wird, gantz und zumahl nichts ausgenommen, auch alle pfandſchafften ob einich vorhanden weren oder ſich befinden würden, darzu die dazu gehörende geiſtliche lehen, und ſonderlichen die verleyhungen und aigenſchafften der dreyen pfarren als nemlichen, *Bruchkobel*, *Keſſelſtatt*, und *Ober-Iſſigkheim*, wie wir dann ſolchs alles und jedes und obgenante unſere darauff habende probſt und verwaltere das herpracht, beſeſſen, eingehapt, genutzt und gebraucht haben, und iſt ſolcher kauff zugangen und beſchehen, umb und für achtzehen tauſend gülden Franckfurter wehrung rechtes kauffgelts, ſo wir gutlich von dem gedachten kauffer vergnugt entricht und bezalt ſein, das wir alſo empfangen und fürther in unſer und unſers ſtiffts Limpurg ſcheinbarlichen frommen und nutzen als obgemelt gewandt haben. Sagen hieruff ſeine gnaden und deroſelben erben ſolcher gerürter ſumma kauffgelts hiermit quitt ledig und los, vor uns, unſer nachkommen und ſtifft, und ſetzen hiemit wolgemelten unſern gnedi-

gen

gen herrn von *Hanaw*, und ſeiner gnaden erben in rechte, ſtille, nutzliche und geruige poſſeſs und gewehr des gedachten unſers hauſs und clöſterleins *Nawburg* mit aller und jeder oberherlich gerechtigkeit ein und zugehorungen, mit ſampt dem eigenthumb und preſentationen gerürrter dreyer pfarren und lehen, in aller maſſen wie wir hievor ſolchs alles und yedes biſs dahero innen gehabt, beſeſſen, gebraucht und verliehen haben, ſolches alles nun hinfuro zu ewigen tagen ein zu haben, zu beſitzen, zu gebrauchen, zu verleyhen, zu genieſſen, zu ſetzen, und zu entſetzen, wie inen ebent und geſellig ſein wille. Und euſſern unb des alles und yedes in crafft diſs briefs, verzeihen uns auch fur uns unſer nachkommen und ſtifft aller und jeder recht und gerechtigkeit, ſo wir biſs daher daran gehabt haben, kondten oder möchten und gewehrn wolgedachten unſern gnedigen herrn und dero erben, deroſelben aller für frey aigen und anders dann wie obſteet, ſonſt unverſezt unverkaufft unvereuſſert und unbeſwert, wie wir dann von rechtswegen rechte werſchafft zu thun ſchuldig und pflichtig ſein, ſonder geverde. Und wir weiſen auch die obgedachten itzige drey pfarren *Bruchköbel Keſſelſtatt* und *Oberiſſigheim* und ire nachkommen an wolgedachten unſern gnedigen herrn den käuffer und dero erben, ſolche verleyhung der pfarren itzt und nun hinfür mehe zu ewigen tagen von iren gnaden zu empfahen, zu haben und zu tragen, in allermaſſen ſie und ire vorfarn die vormals von uns und unſerm ſtifft empfangen, und darauff praeſentirt worden ſeint; und haben demnach alle und yede documenta, ſchein ſchrifftliche und briefliche urkunden, ſalbücher, regiſter, und was wir über gedacht unſer clöſterlein Nawenburg und angeregte drey verleyhungen der pfarren gehabt, und jetzt bey handen geweſen ſeint, auch wolgedachtem unſerm gnedigen herrn dem kauffer zugeſtellt mit der verſprechung, do wir oder unſere nachkommen etwas weitters daruber von brieflichen urkhunden finden oder bekommen würden, das wir jederzeit, ſolchs wolgedachtem herrn kauffer oder dero erben der graveſchafft *Hanaw* auch uberantwurtten, lieffern laſſen ſollen und wollen alles ſonder geverde. Und dieſſen obgeſchriebenen kauff und verkauff wie oben bemelt, gereden und verſprechen wir verkauffer obgenannt in guten waren trawen und glauben vor uns und alle unſere nachkommen, in allen und jeden clauſuln, puncten und articuln, wahr ſteet, vheſt unverbrüchenlich und unwiderrufflich in ewige zeit zu halten, darwider nit zu ſein, zu thun zu ſuchen noch ſchaffen gethan werden, mit noch one gericht oder recht geiſtlich oder weltlich, noch uns darwider zu ſteurn oder zu behelffen mit einigerley auffzugen, gnaden freyhaiten privilegien, rechten, diſpenſationen noch andern ſachen oder behelff wie oder welcher-

lay die ſein oder genennet werden möchten in zumal kain weiſs. Wann wir uns der aller und yeder und ſonderlichen exceptioni non numeratae pecuniae ſimulati contractus, doli mali, deceptionis ultra dimidium juſti pretii, beneficio reſtitutionis in integrum & juri dicenti generalem renuntiationem non valere, niſi praeceſſerit ſpecialis; auch ſonſt aller und jeder gnad, recht, freyhaitt, privilegien und auszugen, von welcher oberkait geiſtlicher oder weltlicher, wie oder welches jnhalts die geben, gemacht oder verliehen weren, oder hinfuro gegeben, verliehen und gemacht werden möchten, die uns herwider zu hilff und ſteur und gerürttem herrn kauffer oder ſeinen erben zu nachteil oder ſchaden kommen möchten, die wir auch hierin furnemlich ausgetruckt und ſpecificirt haben wollen, mit rechtem wiſſen als ſtünden die hierin von wort zu wortten inſerirt, in der allerbeſten form weiſs und rechten ſo ſolchs aller beſtendlichs ſein oder geſchehen ſoll und mag, verziehen und begeben haben; verzeihen und begeben uns der alſo wiſſentlich und ſie derohalben uff künfftigen faal, do wolgemelter unſer gnediger herr der kauffer oder irer gnaden erben in oder auſſerhalb rechtens angefochten würden, alsdann ſollen und wollen wir und unſere nachkommen ſie von weswegen es were vertretten und ſchadloſs halten, in und mit crafft diſs briefs, alle argeliſt und geverde hier in gentzlich ausgeſcheiden. Und des alles zu warem urkhunth ſo haben wir apt prior und convent obgenant unſer apteyen und convents ingeſigele wiſſentlichen unden an dieſem brieff thun hencken und auch mit unſern ſelbſthanden underſchrieben. Und wir *Friederich* von Gottes Gnaden Pfaltzgrave bey Rhein, des heyligen Römiſ. reichs Ertztruchſäſs und Churfürſt Hertzog in Bairn &c. obbemelt bekennen offentlich an diſſem brief, das wir als der erbcaſtenvogdt, Landtsfürſt ſchutz und ſchirmherr obgedachtes cloſters Limpurg zu dieſem ka ſ und verkauff wie vorſteht unſer gnad zulaſſung und bewilligung ge han und gegeben haben. Verwilligen confirmiren und beſtettigen den auch alſo hiemit fur uns unſer erben und nachkommen und haben deshalben uff gedachter apt und convent der verkauffer underthenigſte, vleiſſige bitt, unſer inſigel zuforderſt auch an diſſen brieff thun hencken. Der geben iſt uf freittags nach dem ſontag oculi den vierzehenden monathstag Martii nach Chriſti unſers lieben Herrn und Seeligmachers gepurt im tauſent fünff hundert und ein und ſechszigiſten jare

Johann Bingenheim apt *Nicolaus Packenberger.*

Jodocus Geim Conventual.
Teobaldus Schetzelius Weinhemen.

Beſchreibung der Hanau-Müntzenb. landen pag. 198. Nro 145.

DIOCESIS MOGUNTINA

IN

ARCHIDIACONATUS

DISTINCTA

COMMENTATIONIS

OCTAVAE

CONTINUATIO

EX DOCUMENTIS AUTENTICIS

ERUTA

A

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.

MANNHEMII

TYPIS ACADEMICIS

MDCCLXXV.

Digitized by Google

§. XI.

In Markebil.

Paſtoria habet paſtorem & vicarium. Ibi prope eſt capella in *Hinzbach.*

In Uſſekeim inferiori.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum.

In Rudenckeim.

Eſt domus fratrum ſancti *Johannis* jeroſolymitani, prior ejusdem domus eſt plebanus ibidem — Item habet filialem eccleſiam in *Ranfoldishuſen*, quam officiat plebanus & fratres de ordine predicto.

In Oſtheim.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum — Item primiſſaria in eadem — Item habet eccleſiam filialem videlicet capellam in *Wonecken* & habet capellanum — Ibidem in *Wonecke* altare Trinitatis — Item altare beate *Marie* virginis — Altare ſancte *Katherine.* Ibidem altare novum.

An. MCCXCVIII undecimo Kalend. Februarii *Wernherus* & *Philippus* de *Falckenſtein* cum *Ulrico* de *Hanau* transactionem ſuper jure patr. in *Markebel* Moguntiae eatenus inierunt, ut illi duabus ſucceſſive vicibus, hic vero tertia quavis vice praeſentarent. An. MCCCLXXVIII in vigilia *S. Mathiae* apoſtoli ulterius hac ſuper re transactum fuit, ut *Falkenſteinii* quater & Dominus de *Hanau* ſemel deinde illi bis ſucceſſive ad dictam parochiam praeſentarent. *Gud. T. V. pag.* 782 & 831.

An. MCCCCX tertia Septembris *Wernherus* Archiep. Trevirenſis comes de *Falkenſtein* Praepoſito *B. M. V. ad Gradus* ad parochiam in *Markebel* per reſignationem *Henrici Lupoldi de Umſtat* vacantem praeſentavit *Ortwinum Lupolt de Umſtat*, qui praemiſſis de more praemittendis poſſeſſionem eſt nactus an. MCCCCX decima nona Septembris. *Gud. T. V. pag.* 873 *& ſeq.* Hanc vero poſſeſſionem turbavit *Joannes Gobelonus de Aſſenheim*, qui an. MCCCCXI tertia Auguſti coram officiali praepoſitura juri ſuo renuntiavit. *Gud. Tom. V. pag.* 878.

XCIV.

Nominatio Romana ad parochiam Marckebel.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis ſancti *Petri* ac S. *Victoris* extra muros Magunt. eccleſiarum decanis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Vite & morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus dilectus filius *Paulus* Mengis presbiter Mag dioc. apud nos fide digno commendatur teſtimonio nos inducunt, ut ſibi reddamur ad gratiam liberales; cum itaque accepimus quod parochialis eccleſia in *Marckebel* dicte dioc. paſtoria nuncupata, que de jure patronatus laycorum exiſtit & quam quondam *Theodericus Bromſer* olim ipſius eccleſie rector dum viveret, obtinebat per obitum ejusdem *Theoderici*, qui dilecti filii noſtri *Franciſci* ſancti *Euſtachii* diaconi cardinalis familiaris continuus commenſalis exiſtens extra Romanam curiam diem clauſit extremum, vacaverit & vacet ad preſens; nos juri patronatus hujusmodi hac vice duntaxat harum ſerie derogantes ac eidem *Paulo*, qui presbiter & ut aſſerit prefati cardinalis familiaris continuus commenſalis & ejusdem *Theoderici* cappellanus fuit & ſibi per longa tempora ſervivit, ipſeque *Theodericus*, dum in humanis ageret, quandam perpetuam vicariam annui valoris quatuor marcharum argenti in re compenſam ſuorum laborum ſponte & libere reſignare promiſit, premiſſorum ſerviciorum intuitu ſpecialem graciam facere volentes, ipſumque *Paulum* à quibuscunque excommunicacionis, ſuſpenſionis & interdicti ac aliis eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & penis à jure vel ab homine latis ac promulgatis, quibus quavis occaſione vel cauſa innodatus vel irretitus forſan exiſtit, quòad effectum preſencium duntaxat conſequendum harum literarum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes, diſcrecioni veſtre per apoſtolica ſcripta

manu-

mandamus, quatenus vos vel duo vel unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios eccleſiam predictam, cujus fructus, redditus & proventus ſeptem marcharum argenti ſecundum communem extimacionem valoris annui, ut idem *Paulus* eciam aſſerit, non excedunt, ſive ut premittitur, ſive alias quovis modo aut ex alterius cujuscunque perſona ſeu per liberam dicti *Theoderici* vel alicujus alterius de illa extra predictam curiam eciam coram notario publico & teſtibus ſponte factam reſignacionem aut conſtitucionem felicis recordacionis *Johannis Pape XXII* predeceſſoris noſtri, que incipit: execrabilis, vacet, eciamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collacio juxta Lateranenſis ſtatuta concilii ad ſedem Apoſtolicam legitime devoluta, ipſaque eccleſia diſpoſicioni Apoſtolice ſpecialiter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum preſentem habere volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo idem *Theodericus* prefati *Franciſci* cardinalis familiaris continuus commenſalis ut prefertur, fuerit ac datis preſentibus non ſit in ea alicui ſpecialiter jus queſitum, cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis prefato *Paulo* auctoritate noſtra conferre & aſſignare curetis, inducentes eum vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem eccleſie, juriumque & pertinenciarum predictarum & defendentes inducatis, amoto exinde quodlibet illicito detentore ac facientes ipſi *Paulo* de predicte eccleſie in *Marckebil* fructibus redditibus, proventibus, juribus & obvencionibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra, appellacione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus pie memorie *Boniſacii* Pape *VIII* eciam predeceſſoris noſtri vel aliis apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionem ſibi faciendam de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales predicte ſedis vel legatorum ejus literas impetraverint, eciamſi per eas ad inhibicionem, reſervacionem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus prefatum *Paulum* in aſſecucione dicte eccleſie volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari; ſeu, ſi a venerabili fratre noſtro Archiepiſcopo Maguntinenſi vel quibusvis aliis conjunctim vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collacionem, proviſionem preſentacionem ſeu quamvis aliam diſpoſicionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem & qualibet alia dicte ſedis indulgencia generali vel ſpeciali, cujuscunque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſer-

tam effectus hujusmodi gracie impediri valeat, quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris literis mencio specialis, aut quod nuper ipsi *Paulo*, ut eciam asserit, de quadam perpetua sine cura vicaria in ecclesia sancti *Florencii* de *Confluencia* Trevir. dioc. cujus fructus, redditus & provenciones quatuor marcharum secundum extimacionem predicti valoris annui non excedunt. — Apostolica fuit auctoritate provisum; nos eciam ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum *Rome* apud S. *Petrum* anno incarnacionis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, sexto nonas Octobris, pontificatus nostri anno primo.

XCV.

Citatio testium in causa parochia Marckebel litigiosa.

Officialis venerabilis Domini Prepositi ecclesie beate *Marie* ad *Gradus* Mogunt. plebanis in *Budingen*, *Rorbach* & *Hitzenkyrchen* ceterisque plebanis, viceplebanis, altaristis, capellanis & altaristis quibuscunque per preposituram nostram requisitis salutem in Domino. Mandamus vobis, quatenus *Rupertum* de *Carben*, *Casparum Ripbrecht* & *Siboldum Lewen de Steynfurt* armigeros, nec non honorabiles dominos *Henricum Grans* in *Budingen*, *Conradum Kaffinstein* archipresbyterum sedis *Rostorff*, *Johannem Zawer* in *Rorbach* & *Johannem Glauberger* in *Eckartshusen* plebanos sive curatos & beneficiatos ac *Gerlacum Koch* & *Lotzenjeger* laycos in *Budingen* commorantes citetis peremptorie, ut feria quarta proxima post dominicam *Exaudi* compareant coram nobis in curia habitacionis nostre hora octava de mane *Moguncie* in loco nostro solito & consueto ad jurandum & perhibendum veritati testimonium in causa vertente coram nobis inter dominum *Johannem Caldarificum* de *Darmstat* principalem ex una & *Petrum Hedewog* presbiteros ex adverso principalem de & super parrochiali ecclesia sive pastoria in *Marckebel* & ejus accolas partibus ex altera, citantes quoque prefatum dominum *Petrum* principalem ad videndum & audiendum prenominatos testes produci, recipi, admitti & jurare, ac dandum interrogatoria pro examine eorundem ad horam & locum prenotatum. Datum nostro sub sigillo officialatus presentibus appenso, anno Domini MCCCCLX quinto, die XX Maji.

Anno MCCCCLXXXVII die solis mensis Junii nona *Ludwicus* de *Ysenburg* comes de *Budingen* litteris Norinbergae datis prae-

praepoſito beatae *Mariae* virginis ad *Gradus* praeſentat magiſtrum *Martinum Cuppel* de *Ladman* ad paſtoriam eccleſiae parrochialis in *Marckebel* per obitum *Johannis Schonborn* vacantem.

XCVI.

Proceſſus judicalis ſuper parochia Marckebel.

In nomine Domini amen. Officialis illuſtris Principis & venerabilis domini Prepoſiti eccleſie beate *Marie* virginis ad *Gradus* Magunt, vacante dudum paſtoria in *Marckebel* Mag. dioc. per obitum quondam domini *Johannis Schonboren* ultimi & noviſſimi illius dum vixit, poſſeſſoris & ad eandem venerabili domino *Philippo* de *Dhern* ſcolaſtico eccleſie ſancti *Albani* extra muros Magunt. per generoſum domicellum *Philippum* comitem in *Hanawe* nobis preſentato, nos ad ejusdem domini *Philippi* de *Dhern* inſtanciam & petitionem omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes ad dicendum vel excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra hujusmodi preſentacionem & deſideratam inveſtituram dicere ſive excipere vellent aut poſſent per publicum noſtrum proclamacionis edictum citavimus citarique fecimus atque mandavimus in & ad certum peremptorium terminum competentem. Interim nobilis & generoſus dominus *Ludewicus* de *Yſemburg* comes in *Budingen* aſſerens eciam ſe pretacte paſtorie patronum venerabilem dominum *Martinum Cuppel* artium magiſtrum presbiterum ad eandem ſimiliter nobis infra tempus debitum preſentavit. Quapropter tunc coram nobis inter prefatos dominos *Philippum* de *Dhern* ex una & magiſtrum *Martinum* de & ſuper pretacta paſtoria & illius occaſione partibus ex altera lite queſtionis materia exorta, cauſaque hujusmodi coram nobis partes inter predictas ſeu verius legitimos ipſarum procuratores rite & legitime introducta, nos ſubſequenter ad quondam magiſtri *Michaëlis Haym* in ſancta Maguntina ſede jurati, dum vixit & prelibati domini *Philippi* principalis aſſerti procuratoris, prout de ſue procurationis mandato legitime promiſit velle facere fidem & eo nomine inſtantis prelibatum magiſtrum *Martinum* ex adverſo principalem ad dandum & recipiendum darique & ex adverſo recipi videndum libellum, ſeu ſummariam in hujusmodi cauſa petitionem per certum dicte ſancte Maguntinenſis ſedis curſorem ſive pedellum citari fecimus & mandavimus in & ad certum peremptorium terminum competentem, eundem eciam ſibi & parti ſue inſtanti & petenti ad idem prefigendo; quo adveniente comparuit judicialiter diſcretus vir *Eberhardus Schiſſer* prelibati magiſtri *Martini* principalis legitimus procurator, prout de procura-

curationis ſue mandato in actis cauſe hujusmodi legitimis conſtat documentis & eo nomine termino ad libellandum pro parte ſua ut aſſeruit, ſatisfaciendo litteras preſentationis de perſona partis ſue ad dictam paſtoriam factas ſigilatas facto realiter & in ſcriptis obtulit atque dedit; deinde prelibatus magiſter *Michaël Haym* aſſertus procurator nomine quo ſupra procuratorio eidem termino ad libellandum pro parte ſua ſimiliter ut aſſeruit, ſatisfaciendo literas preſentationis de partis ſue perſona factas dudum exhibitas hic repetiit easque loco libelli verbo ſolum & dumtaxat cum proteſtatione tamen de alium vel alios libellum ſeu libellos ſive ſummariam petitionem ſuis loco & tempore congruis & oportunis dando & offerendo obtulit atque dedit. Nos ulterius dictis hinc inde procuratoribus inſtantibus & petentibus alterique & cuilibet ipſorum alterutrius ad inſtantiam ad jurandum & deliberandum, jurarique & deliberari videndum de calumpnia vitanda & veritate dicenda, cum omnibus & ſingulis capitulis & clauſulis in & ſub calumpnie juramento contentis certum ſtatuimus & aſſignavimus peremptorium terminum competentem, in quo ſupradicti hinc inde procuratores, dum ad id tamen per nos primitus admiſſi de mandato noſtro & in noſtris manibus de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis capitulis & clauſulis in & ſub calumpnie juramento contentis preſtitiſſent ſeorſum calumpnie juramentum, nos ipſis procuratoribus ulterius inſtantibus ac petentibus ac alteri & cuilibet eorum ad alterius eorundem inſtantiam ad ponendum & articulandum ex adverſoque poni & articulari videndum certum alium prefiximus & ſtatuimus peremptorium terminum competentem, in quo comparuerunt coram nobis dicti magiſter *Michaël Haym* ex una & providus *Jacobus Kuhorn* in eadem ſede Magunt. cauſarum juratus & prenominati magiſtri *Martini Cuppel* principalis hinc inde procurator, de cujus procurationis mandato apud acta cauſe hujusmodi legitime conſtat, eorumque quibus ſupra nominibus procuratoriis partibus ex altera. Idem *Michaël Haym* procurator termino hinc inde pro parte ſua ſatisfaciendo facto realiter & in ſcriptis produxit atque dedit nonnullos poſitiones & articulos contra quos poſitiones & articulos in alio per nos ad id ſucceſſive aſſignato termino competente magiſter *Jacobus Kuhorn* procurator ex adverſo pretactus facto realiter & in ſcriptis de jure partis ſue datis articulis excepit, quorum concluſio ſive petitio ſequitur & eſt talis: quare petit, quo ſupra nomine procurator per vos venerabilem dominum officialem pronunciari preſentationem de perſona dicti magiſtri *Martini* factam fuiſſe & eſſe canonicam, ſuumque ſortiri debere effectum, eundemque magiſtrum *Martinum* de eccleſia ſepedicta fuiſſe & eſſe inveſtiendum & inſtituendum, ac per vos inſtitui & inveſtiri, partis vero adverſe oppoſitiones & contradictiones fuiſſe & eſſe frivolas, temerarias

rias & iniquas, eandemque adverſum partem dicto magiſtro *Martino* in expenſis in hac cauſa factis, de fiendis proteſtando, fuiſſe & eſſe condempnandam & condempnari, premiſſa tam conjunctim quam diviſim petit quo ſupra nomine procurator ac inde & ſuper premiſſis quod juſtum fuerit fieri & decerni veſtrum officium humiliter implorando, ſalvo jure addendi &c. Conſequenter comparuerunt in judicio legitime coram nobis iidem magiſter *Jacobus Kuhorn* ex una & quondam *Michaël Haym* ex adverſo procuratores hinc inde eorumque quibus ſupra nominibus procuratoriis partibus ex altera & ſe de eorum expreſſo conſenſu ad reiterationem omnium & ſingulorum terminorum ſubſtantialium ut premittitur in hac cauſa prius tentorum & adhuc ſervandorum ſimul & ſemel ac unico & eodem contextu admitti per nos inſtanter poſtularunt & quilibet eorum poſtulavit. Nos tunc officialis antedictus prefatos magiſtros *Jacobum Kuhorn* & quondam *Michaëlem Haym* procuratores hinc inde eorumque quibus ſupra nominibus procuratoriis inſtantes & petentes ad reiterationem terminorum hujusmodi de ipſorum conſenſu expreſſo duximus hinc inde more ſolito admittendum & admiſimus, illisque hoc petentibus & ad dandum & recipiendum darique & recipi videndum libellum ſeu ſummariam in hujusmodi cauſa petitionem certo peremptorio termino competente tunc ad ſtatum per nos aſſignato, in quo prefati hinc inde procuratores & quilibet eorum preſentationem partis ſue ad dictam paſtoriam in *Marckebel* loco libelli repetierunt & repetiit, & poſtquam per nos ad hoc admiſſi erant, ad mandatum noſtrum & in noſtris manibus per eos tactis & quemlibet eorum corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei evangelia de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis capitulis & clauſulis in & ſub calumpnie juramento contentis preſtiterunt & alter eorum preſtitit calumpnie juramentum; quo quidem juramento ſic preſtito ſatisfacientes termino ad ponendum & articulandum ponique & articulari videndum in hujusmodi cauſa tunc eis hoc etiam petentibus & eorum cuilibet tunc ad ſtatum aſſignavimus per ipſos hinc inde procuratores & eorum quibus ſupra nominibus procuratoriis omnibus & ſingulis poſitionibus & articulis partium eorum prius in hac cauſa per eos datis & productis, in quantum faciebant pro ſe & partibus ſuis reſpective & contra alterutrum & non alias aliter ultra neque alio modo repetitis, ac tunc verbo ſolum & duntaxat judicialiter reproductis, deinde in termino ad dicendum contra articulos ipſis magiſtris *Jacobo Kuhorn* ex una & quondam *Michaëli Haym* procuratoribus hinc inde nominibus quibus ſupra procuratoriis ex altera partibus ad hoc prefixo quilibet eorum contra alterius poſitiones & articulos partis in hac cauſa datos & exhibitos generaliter verbo ſolum & dumtaxat excepit, de excipiendo contra eosdem facto realiter & in ſcriptis ſuis his loco & tempore

congruis & oportunis proteſtando; nos tunc magiſtris *Jacobo Kuhorn* & quondam *Michaëli Haym* afferto procuratoribus hinc inde inſtantibus & petentibus, partibusque eorum ad producendum producique videndum omnia & ſingula acta & actitata, literas, ſcripturas, jura atque munimenta, quibus partes ipſe hinc inde uti & ſe juvare volebant, prefigentes peremptorium terminum competentem, videlicet ad ſtatum in hujusmodi namque termino prefati magiſter *Jacobus Kuhorn* ex una & quondam *Michaël Haym* procuratores hinc inde nominibus quibus ſupra procuratoriis ex altera partibus & quilibet eorum reſpective omnia jura & munimenta prius in hac cauſa exhibita & producta, in quantum faciebant pro ſe & parte ſua & contra alterutrius partem & non alias, aliter, ultra neque alio modo repetierunt & repetiit, eaque nunc & de novo verbo ſolum & dumtaxat reproduxit; nos ulterius dictis magiſtris *Jacobo Kuhorn* ex una & quondam *Michaëli Haym* afferto procuratoribus hinc inde nominibus quibus ſupra procuratoriis ex altera partibus inſtantibus & petentibus partibusque ſuis ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra alterutrius partis jura & munimenta dicere ſive excipere vellent, certum prefiximus peremptorium terminum competentem, quo termino circumducto nos tunc ad dicti magiſtri *Jacobi Kuhorn* nomine quo ſupra procuratoris inſtantiam & petitionem prelibatum dominum *Philippum* ex adverſo principalem ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra jura & munimenta loco omnium exhibita & repetita dicere ſive excipere vellet, nec non videndum articulos partis ſue ad probandum admitti per unum dicte ſedis Maguntinenſis cauſarum curſorem juratum citavimus citarique fecimus & mandavimus in & ad alium peremptorium terminum competentem, quo adveniente & in eo comparuit diſcretus magiſter *Nicolaus Lapicida* in dicta ſancta Magunt. ſede cauſarum & prenominati magiſtri *Cuppel* principalis legitimus procurator & eo nomine prefati domini Philippi ex adverſo principalis non comparentis neque quicquam verbo vel in ſcriptis contra jura & munimenta loco omnium exhibita dicere ſive excipere curautis contumaciam accuſavit, ipſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam articulos partis ſue admitti ad probandum inſtanter poſtulavit, nos tunc ad ejusdem magiſtri *Nicolai Lapicide* procuratoris nomine quo ſupra procuratorio inſtantiam & petitionem prelibatum dominum *Philippum* ex adverſo principalem non comparentem reputavimus merito prout erat contumacem & in ejus contumaciam eosdem articulos ac ipſum *Nicolaum* partemque ſuam ad probandum eosdem jure impertinentium & non ad mittendorum eorundem ſalvo ad probandum admiſimus, quibus admiſſis ac deinde literis & munimentis pro eorundem verificatione productis & repetitis cum prefatus dominus *Philippus* licet ſepius noſtro de mandato

ad

ad dicti domini *Martini Cuppel* principalis ejusque procuratoris inſtantiam ad ratificandum omnia & ſingula per procuratores ſuos in hujusmodi cauſa acta & actitata vel cauſas quare hujusmodi fieri non deberent, allegandum ſub pena etiam amiſſionis cauſe monitus fuiſſet, hujusmodi per ſuos aſſertos procuratores de ſuo tamen ſcitu acta conficere aut quid rationabilis, quare hujusmodi fieri non deberent, deducere ſeu allegare minime curaret, nos eundem rebellem & contumacem reputavimus & in ejus contumaciam prelibatum dominum *Philippum* ex adverſo principalem ad dicti magiſtri *Nicolai Lapicide* procuratoris nomine quo ſupra procuratorio inſtantiam & petitionem ulterius ad concludendum & concludi noſtramque in cauſa hujusmodi ferri & per nos in ſcriptis promulgari ſententiam diffinitivam citavimus citarique fecimus atque mandavimus in & ad certum peremptorium terminum competentem, quem etiam dicto magiſtro *Nicolao Lapicide* nomine quo ſupra procuratori ad id faciendum & fieri videndum aſſignavimus, quo adveniente & in eo coram nobis judicialiter comparente prelibato magiſtro *Nicolao Lapicide* procuratore nomine quo ſupra procuratorio & dicti domini *Philippi* ex adverſo principalis non comparentis neque in hujusmodi cauſa concludentis aut concludi videre noſtramque ſententiam ferri & promulgari curantis contumaciam accuſante ipſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam, quantum in eo fuit & erat concludendum & ſecum concludi & pro concluſo haberi, noſtramque ſententiam diffinitivam pro ſe & parte ſua & contra partem ſibi in hujusmodi cauſa adverſam per nos ferri & promulgari petente dictum dominum *Philippum* ex adverſo principalem licet citatum non comparentem ad ejusdem magiſtri *Nicolai Lapicide* quo ſupra nomine procuratoris inſtantiam merito prout erat exigente juſtitia contumacem reputavimus & in ejus contumaciam cum dicto magiſtro *Nicolao Lapicide* procuratore nomine quo ſupra procuratorio concludente cauſam in hujusmodi concluſimus habuimusque & haberi voluimus pro concluſo ſufficiente. Tandem in quodam alio termino ad dicti magiſtri *Nicolai* quo ſupra nomine procuratoris inſtantiam per nos ſtatuto & prelibato domino *Philippo* per certum dicte ſedis Maguntin. curſorem juratum vocato & intimato minime tamen comparente die videlicet & hora infra ſcriptis, viſis nihilominus per nos primitus & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis actitatis, literis, ſcripturis & munimentis in hujusmodi cauſa habitis & productis, eisque cum diligentia & maturitate debite recenſitis ad noſtram ferendam & in ſcriptis promulgandam ſententiam proceſſimus diffinitivam, eamque per ea que vidimus & cognovimus ac de preſenti videmus & cognoſcimus, tulimus & in ſcriptis promulgamus in hunc qui ſequitur verborum tenorem: — In cauſa paſtorie in *Marckebel*, que vertitur inter venerabiles dominum *Philippum* de *Dhern*

ſcolaſticum eccleſie ſancti *Albani* ex una & artium magiſtrum *Martinum Kuppel* ex altera partibus, licet predictus dominus *Philippus* per nos monitus fuit ad ratificandum acta, facta & geſta per *Michaëlem Haym* aſſertum procuratorem, quem dominus *Philippus* ſuo nomine agere non ignoravit & ratificare recuſavit; invocato igitur Chriſti nomine pro tribunali ſedentes & ſolum Deum pre oculis habentes per noſtram ſententiam, quam de jurisperitorum conſilio ferimus in hiis ſcriptis pronunciavimus, decernimus & declaramus preſentationem de perſona magiſtri *Martini Cuppel* ad paſtoriam *Marckebel* factam fuiſſe & eſſe juſtam & canonicam, ſuumque debitum ſortiri debere effectum, ipſumque de dicta paſtoria inveſtiendum eſſe & inveſtimus; oppoſitiones, contradictiones & impedimenta per dominum *Philippum* factas & facta fuiſſe & eſſe frivolas, temerarias, iniquas & iniqua, eundemque dominum Philippum propterea in expenſas in ea cauſa factas condempnandum fore & condempnamus, quarum expenſarum taxationem nobis inpoſterum reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras literas ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtram ſententiam in ſe continentes ſeu continens exinde fieri ac per notarium publicum noſtrumque cauſarum & hujusmodi cauſe coram nobis ſcribam infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandamus, noſtrique officialatus ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Lecta, lata & in ſcriptis promulgata fuit hec noſtra ſententia per nos *Maguncie* in ambitu eccleſie beate *Marie* virginis in quo jura reddi ſolent, nobis inibi mane hora octava ad jura reddendum & cauſas audiendum pro tribunali ſedentibus ſub anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono, indictione ſeptima, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri domini *Innocentii* divina providentia Pape *octavi* anno quinto, die vero Mercurii viceſima menſis Maji, preſentibus ibidem providis viris *Johanne Haſelbom* & *Petro Staffel* in dicta ſancta Magunt. ſede cauſarum procuratoribus juratis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Matheus Eberhardi* de *Konnigsperg* clericus Herbip. diac. publicus imperiali auctoritate notarius ſancteque Magunt. ſedis cauſarum juratus & hujusmodi cauſe coram prefato venerabili domino officiali ſcriba, quia dictorum terminorum obſervationi & ſententie promulgationi omnibusque aliis & ſingulis premiſſis, dum ſicut premittitur, fierent per prefatum dominum officialem ac coram eo agerentur, una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, idcirco preſens publicum inſtrumentum manu alterius, me aliis occupato negotiis, fideliter ſcriptum exinde confeci,

ſub-

ſubſcripſi, publicavi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum dicti officialatus ſigilli appenſione de dicti domini officialis mandato conſignavi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

XCVII.

Sententia ſuper jure patronatus in Marckebel.

Bertoldus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector notificamus & ad univerſorum noticiam deducimus, quod orta pridem coram honorabili officiali prepoſiture beate *Marie* virginis ad *Gradus* Mogunt. inter honorabiles, devotos nobis dilectos *Philippum Frye* de *Dhern* ſcolaſticum eccleſie ſancti *Albani* extra muros civitatis noſtre Moguntinenſis ex una & *Martinum Kuppel* presbiterum Conſtantienſis dioceſis de & ſuper pocioritate juris ad eccleſiam parochialem *Marckebel* paſtoriam nuncupatam noſtre dioceſis partibus ex altera, eodem Philippo vigore quarundam literarum aſſerte preſentacionis a generoſo *Philippo* comite in *Hanawe*; *Martino* vero virtute ſimilium preſentacionis litterarum in actis cauſe productarum a pariter generoſo *Ludovico* de *Iſemburg* comite in *Budingen* affine & avunculo ac fidelibus nobis dilectis emanatarum ſibi jus ad eandem eccleſiam competere adſerentibus in eademque cauſa ſervatis ſervandis coram dicto officiali prepoſiture ad ulteriora per partes predictas ſeu earundem procuratores mandatis ſufficientibus, uti ex eisdem actis adparet, fulcitos usque ad concluſionem incluſive proceſſo ac deinde pro canonizacione preſentacionis de perſona memorati *Martini* facte per eundem officialem ſententia deffinitiva in ſcriptis lata & promulgata, iidem tandem *Philippus* & *Martinus* principales volentes immortalitati litium hujusmodi ac indempnitati ipſorum circa evitandas expenſas conſulere ex certis eorum ſcienciis deliberacione quoque matura, ut adparuit, deſuper habita ſuper ſepedictis eorum differenciis irrefragabiliter decidendis juxta tenorem inſtrumenti publici deſuper confecti coram nobis exhibiti in nos ac perſonam noſtram de alto & baſſo compromiſerunt & conſenſerunt, cujus quidem inſtrumenti compromiſſi tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: In nomine Domini amen. Noverint univerſi preſens publicum inſtrumentum intuentes, quod nuper anno à nativitate Domini ejusdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono, indictione ſeptima, die vero duodecima menſis Auguſti, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Innocentii* divina providentia Pape *octavi* anno quinto in mei notarii publici ac teſtium infra ſcriptorum

ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſencia perſonaliter conſtituti venerabiles viri dominus *Philippus* de *Dhern* eccleſie ſancti *Albani* extra muros Mogunt. ſcolaſticus ex una & magiſter *Martinus Kuppel* de *Bodnaun* arcium liberalium magiſter partibus ex altera ex nonnullis juſtis cauſis animos eorum moventibus de & ſuper litibus, cauſis, queſtionibus & controverſiis inter eos de & ſuper paſtoria ſeu eccleſia parochiali in *Marcköbel* Mog. dioc. illiusque occaſione quomodolibet ſubortis motis ſeu movendis omnibus melioribus via, modo, jure, cauſa & forma quibus melius, tucius, formalius & efficacius potuerunt & debuerunt non coacti nec aliqua ſiniſtra machinatione circumventi aut inducti ſed ſponte, libere, gratis & ex eorum certis ſcienciis ac propriis & ſpontaneis voluntatibus maturisque deliberacionibus patiter & amicorum conſiliis prehabitis de alto & baſſo compromiſerunt & compromiſſum fecerunt ac convenerunt atque uterque eorum compromiſit & convenit in reverendiſſimum in Chriſto patrem ac illuſtriſſimum Principem & dominum dominum *Bertoldum* ſancte Maguntine ſedis Archipreſulem digniſſimum tanquam in arbitrum abſentem tanquam preſentem dantes & concedentes dicto domino reverendiſſimo Moguntinenſi arbitro plenam, liberam & omnimodam poteſtatem omnes & ſingulas lites, cauſas, queſtiones & controverſias predictas occaſione predicte paſtorie ſeu eccleſie parochialis inter dictas partes motas & ſubortas ſummarie ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura judiciali audiendi, terminandi, finemque eisdem imponendi; promiſerunt inſuper in manibus mei notarii publici infra ſcripti tanquam publice & autentice perſone ſollemniter ſtipulantes & recipientes vice ac nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt, intererit aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum dicti domini *Philippus* & *Martinus* compromittentes & eorum uterque promiſit loco preſtiti juramenti & bona fide, ſe ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id & quidquid per anteſatum reverendiſſimum dominum Moguntinum arbitrum inter eos & in cauſis, queſtionibus & controverſiis preſatis laudatum, ſentenciatum, diffinitum, pronunciatum & ordinatum fuerit & contra hujusmodi laudum & ſentenciam arbitralem per ſe vel alium ſeu alios publice vel occulte directe vel indirecte quovis queſito ingenio vel colore nullo tempore dicere, facere vel venire de jure vel de facto, neque a ſententia vel laudo hujusmodi ex quacunque cauſa etiam in jure expreſſa & admiſſa & etiam notorie legitima adpellare ſive provocare neque ad arbitrium boni viri reduci facere ſeu reducere neque de hujusmodi ſentencie aut laudi nullitate ex quacunque cauſa etiamſi notoria fuerit, dicere aut opponere ſub pena quadringentorum florenorum Renenſ. pro una Fiſco ſupra memorati domini reverendiſſimi & alia medietatibus parti premiſſa obſervanti per partem contravenien-

tem

tem irremiſſibiliter ſolvendorum & adplicandorum. Renunciarunt quoque ſupra memorati domini Philippus & Martinus hinc inde & uterque eorum pro ſe renunciavit expreſſe in premiſſis omnibus & ſingulis exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, actioni in factum, non ſic tradite poteſtatis, promiſſione & compromiſſione aliter fuiſſe dictum quam ſcriptum & e contra ac etiam omnibus & ſingulis exceptionibus, defenſionibus, actionibus juris & facti expreſſis & non expreſſis, quibus contra premiſſa aut aliquod premiſſorum dicere, facere ſeu venire poſſent aut ſe in aliquo defendere vel tueri, quibus omnibus & ſingulis hic ſpecifice & expreſſe renunciare voluerunt & renuntiarunt per preſentes ac ſi de ipſis omnibus & ſingulis ſpecificam & expreſſam mentionem feciſſent & eisdem renunciaſſent & ſpecialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere niſi preceſſerit ſpecialis & expreſſa. Poſtremo inter partes ſupra tactas expreſſe actum & conventum eſt, quod à tempore datorum preſentium tempus proſequende adpellationis prelibato domino *Philippo* ab officiali prepoſiture eccleſie beate *Marie* virginis ad *Gradus* Mogunt. ſeu etiam à jure prefixum currere non debet compromiſſo & lite coram dicto domino reverendiſſimo pendente & durante; promiſerunt etiam partes antedicte ac utraque earum promiſit ſub penis ſupradictis hunc ipſum dominum reverendiſſimum inſtanter rogare infra quindecim dies proxime futuros, ut ſua reverendiſſima paternitas cauſas, queſtiones & controverſias predictas juxta vim & formam hujusmodi compromiſſi audiendas & terminandas aſſumere dignetur; ſuper quibus omnibus & ſingulis ſepedicti domini *Philippus* & *Martinus* ſibi à me notario publico infra nominato unum vel plura publicum ſeu publica fieri petierunt & uterque eorum petiis inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hec in civitate Maguntinenſi in curia habitacionis venerabilis viri domini *Andree Eler* decretorum licentiati *Zurkoten* vulgariter nuncupata ſub anno, indiccione, die menſe & pontificatu quibus ſupra, preſentibus ibidem eodem domino *Andrea* & *Adam Golthus* alme univerſitatis ſtudente teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiterque rogatis. Subſcriptio vero notarii habet in hunc, qui ſequitur, modum: & quia ego *Cunradus Schrücker* alias *Huffnagel* clericus Paderburnenſis dioc. publicus ſacris apoſtolica & imperiali auctoritatibus notarius dicto compromiſſo & promiſſioni omnibusque aliis & ſingulis, dum taliter, uti premittitur, agerentur & fierent, una cum prenominatis teſtibus preſens fui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, idcirco preſens publicum inſtrumentum manu propria ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi atque in hujusmodi publicam redegi formam, ſignoque nomine & cognomine meis ſolitis ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus. Poſt cujus quidem inſtrumenti compromiſſi preſentacionem nobis ut premitti-

mittitur factam fuimus tam pro ſepe dictorum *Philippi* quam ipſius *Martini* principalium compromittentium partibus humili cum inſtantia requiſiti, quatenus ad cognitionem cauſe hujusmodi prout de jure procedere dignaremur; nos itaque juſtis parcium deſideriis inclinati, volentesque tanto expedicius in cauſa hujusmodi procedere, quanto amplius ex litis hujusmodi protelacione tam circa gregem Dominicum animarum periculum & divini cultus negligentia, quam eciam diſpendio parcium ſolito continget evenire, vocatis partibus & auditis hinc inde prepoſitis pro eis quoque concluſo, omnibus eciam & ſingulis in eadem cauſa actis actitatis & productis per nos viſis & de jurisperitorum nobis deſuper communicato conſilio mature recenſitis ad aſſiduam peticionem parcium ſepedictarum in hac cauſa diffinitive pronunciari poſtulancium tulimus ſentenciam in hunc, qui ſequitur, modum: Chriſti nomine invocato pro tribunali ſedentes & ſolum Deum pre oculis habentes per hanc noſtram quam in hiis ſcriptis ferimus diffinitivam ſentenciam pronunciamus, decernimus & declaramus: preſentacionem per generoſum *Ludwicum* de *Iſenburg* comitem in *Budingen* de perſona honorabilis *Martini Kuppel* presbyteri Conſtancienſis dioc. ad parochialem eccleſiam in *Marckoebel* paſtoriam nuncupatam ut premittitur factam fuiſſe & eſſe canonicam ſuumque debitum debuiſſe & ſortiri debere effectum, dictumque *Martinum Kuppel* in & ad eandem eccleſiam inducendum & inſtituendum ſibique illam adjudicandam fore, prout inducimus, inſtituimus & adjudicamus, oppoſiciones, recuſaciones & impedimenta dicto *Martino* per honorabilem *Philippum* de *Dhern*, ut premittitur, factas & preſtitas, factaque & preſtita fuiſſe & eſſe illicita, ſibique illas & illa feciſſe vel facere minime licuiſſe neque licere ac ipſi *Philippo* ſuper illis ac dicta eccleſia perpetuum ſilencium imponendum fore & imponimus, ipſumque *Phiilippum* in expenſas litis in hujusmodi cauſa pro parte dicti Martini factas condempnandum fore & condempnamus, quarum taxacionem nobis inpoſterum reſervantes. Lecta lata & in ſcriptis promulgata eſt hec noſtra ſentencia diffinitiva apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro, die vero Martis viceſima octava menſis Septembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo.

An. MDXVI die decima Decembris *Philippus*, *Dietherus* & *Johannes* de *Iſenburg* comites in *Budingen* fratres ad paſtoriam in *Marckübel* per obitum *Joannis* de *Dalheim* Praepoſiti & doctoris &c. vacantem praeſentarunt *Joannem* de *Vilbel* canonicum eccleſiae Moguntinenſis.

An.

An. MDXXXV decimo octavo Januarii *Joannes* Fuldenſis abbas & *Anna* ab *Iſenburg* tutorio nomine ad dictam paſtoriam per obitum *Philippi Ruckers* vacantem praeſentarunt *Vincentium* à *Wolffskel.*

An. MDIX undecima menſis Julii permutatio facta fuit inter altaria *B. M. V.* in *Oſtheim* & S. *Catharinae* in *Indagine.* Vid. *Gud. T. V. pag.* 1085.

Biſchoff *Heinrich* zu *Bamberg* bewilliget, daſs der wohlgebohrne *Philips Graue* zu *Hanaw* das ſchloſs und die ſtadt *Wonnecken*, ſo vom biſtumb *Bamberg* zu lehen rüret mit den pfärenlichen rechten von der pfarrkirchen zu *Oſtheim*, dann die gerechtigkeit der preſentation auch zum bemelten ſtift gehorig, ſcheiden und abſondern und uff den altar S. *Cyriaci* der kirchen zu *Wonnecken* tragen, feriren und ufrichten laſſen möge. Datum *Bamberg* am montag Simonis und Jude abend anno 1488.

Bertholdus Archiepiſcopus Moguntinus eccleſiam in *Winnecken* auctoritate ſua ordinaria à matrice eccleſia in *Oſtheim* ſeparat, ſegregat & disjungit, atque parochialem eccleſiam erigit, conſtituit & creat, dans & concedens eidem eccleſiae omnia & ſingula ſacramentalia iura, conſuetudines & alia priuilegia ac inſignia, quibus ceterae parochiales eccleſiae inſignitae & priuilegiatae ſunt; repoſitionem etiam corporis Dominici, olei ſacri, baptismatis cum ſepultura eccleſiaſtica, omniaque & ſingula parochialis eccleſiae iura, quae eis concedi & dari ſolita ſunt. Exponerat praeterea eam ab omnibus ſubiectionibus & oneribus, quibus hactenus matrici eccleſiae praedictae fuit ſubjecta &c. Datae ſunt hae literae *Aſchaffenburgi* die quinto menſis Decembris MCCCCLXXXIX.

§. XII.

In Heldebergen.

Paſtoria incorporata dominis de Summo in Maguncia & habet plebanum. — Item ibidem altare X *millium martyrum.* — Item altare ſancti *Albani.* Item habet filialem ec-

cleſiam in *Eyſhen.* — Ibidem altare ſanctorum *Nicolai* & *Katherine.*

In Rodenbach.

Paſtrices abbatiſſa & conventus in *Engilſtad.* — Ibidem altare ſancte *Katherine* & habet filialem eccleſiam in *Aldinſtad*, quam officiat plebanus. — Item habet eccleſiam filialem quoad Synodum videlicet in *Lintheim* & habet proprium plebanum. — Ibidem altare beate *Marie* virginis. — Item ibidem capella ſancte *Katherine.* — Item ibi prope capella in *Buches.*

Item Indagine id eſt zum Heyn.

Paſtoria habet paſtorem & plebanum & habet eccleſiam filialem in *Hoeſt* videlicet capellam & habet proprium capellanum. — Item altare in caſtro ibidem ſed nunc eſt deſtructum *junior manus annotavit:* anno XXXVIII reſtauratum.

In Eckartshuſen.

Paſtrices abbatiſſa & conventus in *Mergenborn* & habet plebanum & habet filialem eccleſiam in *Berckheim* quam plebanus officiat.

In caſtro Roneburg.

Altare in caſtro.

Anno MCCXXXI *Udalricus* abbas & *Heinricus* prior cum univerſo conventu Limpurgenſi eccleſiam in *Heldeberg* transfert in capitulum eccleſiae Moguntinae. Conf. *Gud. Tom. II. pag.* 801.

XCVIII.

XCVIII.

Conſenſus Epiſcopi Spirenſis.

Cuonradus Dei gratia Spirenſis Epiſcopus univerſis preſentium inſpectoribus perpetuam in Domino ſalutem. Donationibus quas eccleſie ſibi invicem liberaliter facere decreverunt, favorem nos decet benivolum impetiri & eas omni qua poſſumus firmitate munire ne quod ex ſincero karitatis affectu ab eis actum eſſe dinoſcitur, malignorum inſidiis inpoſterum forſitan infirmetur. Eapropter cum dilecti in Chriſto abbas & conventus in *Limpurc* noſtre dyoceſis eccleſiam in *Heldebergen* Magunt. dioc. ad eorum donationem pertinentem venerabili capitulo Magunt. in augmentum prebendarum ſuarum dederint eo modo ut cedente vel decedente ejusdem eccleſie nunc paſtore idem capitulum clericum ydoneum ad regimen dicte eccleſie eligens abbati vel priori ſi abbas non fuerit per ſua ſcripta preſentet qui in ſignum recognitionis accepti ab eccleſia Limpurgenſi beneficii litteras ab ipſo abbate vel priore poſtulet & ſine difficultate qualibet aſſequatur per quas archidiacono preſentatus tunc demum ab eo curam recipiat animarum & aſſignata per dictum capitulum prebenda eidem de qua poſſit commode ſuſtentari & epiſcopo nichilominus ac Archidiacono de ſuis juſticiis reſpondere, quod reſiduum fuerit de proventibus quos paſtor hactenus percipere conſuevit, ad meliorationem proficiat prebendarum dicti capituli Maguntini & hoc idem obſervetur in ceteris ſubrogandis. Nos reverende matris noſtre ſepeſate eccleſie Maguntine precibus inclinati prefatam donationem quam non in diſpendium monaſterii Limpurgenſis ſed ad commodum potius & honorem ejusdem factam eſſe perpendimus, de conſenſu capituli noſtri gratam habentes & ratam conſenſus noſtri munimine roboramus. In cujus rei teſtimonium noſtrum & dicti capituli noſtri ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum *Spire* anno Dni MCCXXXIII. VIII kal. Aprilis. Indict. VI.

XCIX.

S. Archiepiſcopus Mog. hanc donationem confirmat.

Sifridus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in auctore ſalutis. Juſtis petencium deſideriis grato nos decet aſſenſu concurrere & eadem ſtudioſe proſequi & in quantum facultas ſuppetit effectui mancipare. Ideoque dilecti in Chriſto filii Prepoſite Decane totumque capitulum majoris eccleſie Maguntine veſtris precibus inclinati donatio-

nem eccleſie de *Heldeberge* quam vobis in augmentum prebendarum veſtrarum dilecti in Domino abbas & conventus Limpurgenſis Spirenſis dioc. liberaliter & benigne fecerunt ſicut in eorum ſcripto continetur inde confecto gratam plurimum habentes & ratam preſentis ſcripti teſtimonio confirmamus. Nullo ergo omnino hominum liceat hanc noſtre confirmationis paginam infringere vel ei auſu temerario contraire. Quod ſi quis attemptaverit indignationem omnipotentis Dei & beati Martini & excommunicationis noſtre ſententiam ſe noverit incurriſſe. Datum *Aſchaffenburc* anno incarnationis Dominice M° CC° XXXI° VII Kal. Novembris.

C.

Conſenſus Archidiaconi.

Arnoldus Dei gratia Prepoſitus ſancte *Marie* ad *Gradus* & Archidiaconus Maguntinus. Univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Cum venerabiles Ulricus abbas totusque conventus in *Limpurc* Spirenſis dyoceſis pio ducti propoſito eccleſiam in *Heldebergen* noſtri archidiaconatus cujus ad eos jus patronatus pertinebat, capitulo Maguntino in augmentum ſtipendiorum ſuorum liberaliter contulerit & benigne & venerabilis pater ac dominus noſter *Siſridus* Archiepiſcopus Moguntinus eisdem indulſerit ut ordinato ab eis in eadem eccleſia idoneo ſacerdote qui à nobis & ſucceſſoribus noſtris curam recipiat animarum & conſtituta eidem competenti prebenda de qua vivere poſſit honeſte & tam Epiſcopo quam Archidiacono de ſuis juſticiis reſpondere. Quicquid reſiduum fuerit ad meliorationem ſuarum proficiat prebendarum. Nos adtendentes donationem & indulgentiam memoratas pie & rationabiliter eſſe factas ob divinam & dicte eccleſie matris noſtre reverentiam conſenſum noſtrum eis liberaliter fuimus impertiti dantes ſuper hoc preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° XXX° IIII° menſe Januarii.

CI.

Pronuntiatur ſuper congrua parochi in Heldeberg.

W. Dei gratia Prepoſitus Jo. Decanus totumque capitulum eccleſie Magunt. tenore preſencium recognoſcimus & publice proteſtamur, quod cum ſuper prebenda ſacerdotis noſtri in *Heldebergen* coram nobis dubium eſſet ortum, tandem nobis volentibus & conſentientibus eſt taliter diffinitum, quod decime frumenti tam in *Heldebergen* quam in

Eigene

Eigene integre nobis cedent, agri vero attinentes ecclesie, decima vini & minuta decima cum quadam decima que dicitur Uzlende sunt deputata ejusdem sacerdotis prebende, si vero postmodum contigerit ibidem vineas augmentari de augmento vinearum ipsarum decima non prebende sacerdotis ejusdem, sed nostro capitulo attinebit. In cujus rei evidenciam & perpetuam firmitatem presentem litteram nostro sigillo duximus roborandam. Actum *Moguntie* anno Domini MCCLVIII, IIII nonas Decembris.

CII.

Ecclesia in Rodenbach unita monasterio Engelthal.

Nos abbatissa in *Engildal* totusque conventus sanctimonialium ibidem ordinis Cisterc. Mog. dyoc. tenore presencium recognoscimus & publice confitemur quod pro eo quod honorabiles viri decanus & capitulum ecclesie Mogunt. in unionem & corporationem parochialis ecclesie in *Rodenbach* dicte dyocesi. factam nobis per reverendum patrem & dominum *Gerhardum* Archiep. Mog. favorabiliter consenserunt, in hoc nobis specialem gratiam faciendo prout in literis eorundem super hoc confectis nobis concessis plenius continetur, nos teneri singulis annis in festo beati *Martini* ob reverentiam & honorem ejusdem prefatis dominis decano & capitulo ad luminaria ecclesie Mogunt. in duabus libris cere, quas libras cere eisdem singulis annis in dicto festo sine contradictione & protractione qualibet dare & presentare promittimus, ex libera voluntate ad id nos & nostram ecclesiam sine aliqua exceptione juris & facti sollemniter obligantes. In cujus rei testimonium & perpetuam firmitatem sigillum nostrum presentibus literis est appensum. Actum & datum anno Domini M° CCC° II°. Idus Aprilis.

CIII.

Ecclesia in Houc traditur monialibus dein ad fontem S. Mariae translatis.

Actiones quas mundus ordinat, cum hominibus in obliuionem pertranseunt, nisi fulcimine litterarum in posteros deuoluantur. Nouerint igitur Christi fideles uniuersi, hanc litteram uisuri similiter & audituri tam presentis temporis quam futuri, quod ego *Ludewicus* nobilis de *Isenburg* communicata manu & de consensu vnanimi vxoris mee *Helwigis* nec non & de consilio domini *Friderici* abbatis de *Arnsburg* Cysterc. ordinis contuli pure propter Deum in remedium animarum nostrarum omniumque progenitorum nostrorum basilicam in *Houc* iuxta

Butdingen Magunt. dyoceſis ordinis Cyſterc. & ſanctimonialibus ejusdem ordinis iam ibidem degentibus & domino Chriſto famulantibus in euum cum omnibus ſuis pertinentiis, videlicet agris, ſilvis, paſcuis, pratis, perpetuo poſſidenda. In hujus rei memoriam perhennem & ne aliquis heredum aut progenitorum noſtrorum prelatum locum *Houc* aut perſonas in dicta donatione impedire audeat aut grauare litteram hanc ſigillorum noſtrorum munimine tradidimus roboratam. Teſtes hujus facti ſunt dominus *Fridericus* abbas de *Arnsburg*, *Cunradus* prior, *Ludewicus* ſupprior, *Ricolfus* cellerarius, *Craſto* ſubcellerarius, Monachi ibidem, *Cunradus Orto* dictus *Cnuzze*, *Hermannus Halbir*, *Hermannus* de *Selbolt*, milites in *Butdingen* & alii multi. Datum anno Domini M° CC° LX° quarto, idus Octobris quarto. In nomine Domini amen.

CIV.

Eccleſiae paroch. in E. & B. donantur praedictis moninalibus.

Actiones quas mundus ordinat, ex temporis diuturnitate e facili obliuioni traduntur, niſi litteris conſcribantur & ſigillis attenticis confirmentur. Hinc eſt quod ego *Ludewicus* filius domini *Henrici* de *Yſemburg* duas eccleſias parrochiales, videlicet *Heckehardiſhuſen* & *Budingen*, quarum jus patronatus ad me pertinere dinoſcitur, zelo Deductus ſanctimonialibus de *Houc* Cyſtercienſis ordinis Maguntin. dyoceſ. cum omni jure & appendiciis communicata manu & pari conſilio ac voluntate bona vxoris mee *Heilwigis* ad ſuſtentacionem earundem contuli pure & ſimpliciter propter Deum, & donacionem meam litteris domini pape michi conplacuit confirmari, tali condicione annexa, ut quecumque ibi fuerit abbatiſſa cum conuentu ejusdem loci ſacerdotes honeſtos celebrantes in predictis eccleſiis tempore ſuo auctoritate ſua debeant collocare, prouiſure eis in prebendis conpetentibus & honeſtis. Ne autem aliquis progenitorum ſive ſucceſſorum meorum, uel aliquis hominum hanc piam donacionem meam valeat in perpetuum infringere, litteras meas ſuper hiis conſcriptas dedi eis ſigillorum mei videlicet & uxoris mee ſupradicte munimine roboratas. Datum & actum anno Domini M° CC° LXV° menſe Maio.

CV.

Confirmatio memoratae donationis.

Clemens Epiſcopus ſervus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus — Abbatiſſe & conventui monaſterii de *Houc* Ciſtercienſis ordinis Maguntin.

Maguntin. dioceſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis ueſtra petitio continebat, quod dilectus filius nobilis vir *Lodowicus* natus nobilis uiri *Henrici* domini de *Iſenburg* Treuerenſis dioceſ. jus patronatus, quod in *Hechardeshuſen* & in *Budingen* eccleſiis Magunt. dioceſ. obtinebat, uobis & per vos monaſterio ueſtro, pia & prouida deliberatione donavit, prout in litteris ſuper hec confectis, ejusdem nobilis ſigillo munitis, plenius dicitur contineri. Nos igitur ueſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc pie ac provide factum eſt, ratum habentes & gratum, id auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Viterbii* V. idus Auguſti, pontificatus noſtri anno tertio.

CVI.

Translatio monaſterii Honc ad fontem S. Mariae.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis amen. *Ludovicus* de *Iſenburg* & *Heilvvigis* collateralis ejusdem omnibus praeſens ſcriptum viſuris & audituris, notitiam ſubſcriptorum liberalitatis fidelium ideo perpetuis inſcribi titulis voluerunt, ne per praeſentium incuriam aut futurorum ignorantiam geſta pietatis patiantur aliquo modo recidivam, ipſisque exinde apud Deum creſcat meritum & apud homines nomen bonum; noverint itaque tam poſteri quam praeſentes, quod nos amore divino ſuccenſi cupientes ampliare cultum divinum & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & beatae ſemperque virginis *Mariae*, ſex manſos ſitos in *Budingen*, quos à viro honeſto *Hartmanno* milite dicto de *Bilches* comparavimus de pecunia dilectae conjugis noſtrae *Heilvvigis*, emptione legitima poſſidendos, & praedictos manſos reſignavimus venerabili domino *Bertholdo* epiſcopo Herbipolenſi & ſuo capitulo proprietatis titulo poſſidendos, eosdemque manſos in feudo ab ipſo recipientes tali interpoſita conditione, quod nobis quatuor manſos ſitos in villa, quae dicitur *Niederhuſen* & parochialem eccleſiam in *Ekardishuſen* cum univerſis attinentis ſuis idem epiſcopus & praedictum capitulum proprietatis titulo contulerunt in perpetuum poſſidendos. Cum igitur ſanctimoniales, quas Dominus collegerat in loco, qui dicitur *Hauk* (quem inquam locum communicata manu ipſis donavimus cum univerſis attinentiis

nentiis ſuis, quam nihilominus donationem firmam in perpetuum tenebimus atque ratam) commode commorari non poſſent, cum inhabilis ſit religioni propter defectum aquae & aliarum rerum inopiam, ipſos de conſenſu & licentia venerabilis domini *Wernheri* Archiepiſcopi Moguntini, loci ejusdem dioeceſani ad praedictam poſſeſſionem videlicet *Niederhuſen*, qui nunc fons S. *Mariae* dicitur, tranſtulimus, & locum ipſum cum univerſis pertinentiis ſuis, ſylvis, pratis, paſcuis, molendinis & piſcationibus, in remedium animarum noſtrarum, nec non anteceſſorum noſtrorum contulimus cum totali jure patronatus eccleſiae praefatae *Ekardishuſen* perpetuo proprietatis titulo poſſidenda. Hanc autem eccleſiam in hunc modum fundatam taliter de conſenſu & favore omnium liberorum noſtrorum *Henrici* videlicet, *Ludovici*, *Wilhelmi*, *Friderici* & *Lutheri*, nec non filiae noſtrae *Irmingardis* & eorum ſucceſſorum, dignum duximus ordinandum; imprimis videlicet ſtatuimus & ordinamus, ut haeres noſter, quicunque fuerit pro tempore à nobis duobus progenitus, & dominium tenens in *Büdingen*, ipſam eccleſiam ſeu coenobium tanquam poſſeſſionem protegere teneatur, non ratione advocatiae, ſed gratia ſpecialis dilectionis, & ad ipſum in ſuis neceſſitatibus habebit refugium; nec tamen praefato monaſterio & ſuis hominibus exactiones imponet aut gravamina, praeſertim cum ipſum monaſterium cum ſuis mancipiis quibuscunque ab omnibus angariis velimus eſſe liberum & exemptum; nec praedictus haeres noſter, qui pro tempore fuerit, ratione hujus commiſſionis contra praefatam libertatem veniet ullo ingenio ſive forma, nec aliquod emolumentum inde requiret temporale, ſed tales labores divinae remunerationis intuitu ſuſtinebit. Item damus eidem monaſterio jus in noſtris nemoribus ſecandi ad aedificia & ad comburendum ad omnes ſuas neceſſitates plenam & liberam facultatem. Item ut in paſtura porcorum centum porcos & triginta nutrire valeant, de noſtra hac gratia ſingulari; ſi vero plures habere voluerint; illos de gratia noſtra ſimul & univerſitatis tenebuntur obtinere; item concedimus ſæpe dicto monaſterio, ut ſi aliquis hominum noſtrorum attinentium ipſis, ſive haeredem habuerint, ſive non, teſtamentum de mobilibus legare voluerit, de hoc noſtram licentiam habeat & conſenſum. Item volumus hanc eccleſiam hac libertate gaudere, ut quicunque infra ſepta ejusdem eccleſiae confugerit, cujuscunque cauſa reus, exceptis incenduariis nocturnalibus, & agrorum praedonibus, nec à noſtris villicis, nec ab aliis capiatur, ſeu per violentiam extrahatur, ſed jure ſuo ut libertate munitatis fieri ſolet; item ipſum monaſterium à cenſu ſive jure, quod vulgo dicitur banwein ex nunc liberum reddimus & ſolutum. Hujus donationis teſtes ſunt *Conradus* de *Büches*, *Gernandus* de *Mörle*, item *Hartmannus* & *Wigandus* praedicti *Conradi* filii, *Buzo* de *Elvenſtat* & *Rupertus*

pertus de *Bildingen* milites, & alii multi clerici & laici fide digni. In cujus rei evidentiam praesentem nostrae donationis literam sigillis nostris, nec non venerabilis viri domini abbatis de *Arnspurg* duximus muniendam. Nos *Henricus*, *Ludovicus* & *Wilhelmus*, nati praefati *Ludovici* de *Isenberg*, quia sigillis propriis caremus, sigillo avi nostri *Henrici* domini de *Isenberg* in praesentibus sumus usi. Datum & actum anno gratiae M. CC. octuagesimo sexto, XVI. calend. Aprilis.

CVII.

Ecclesia in E. transfertur ad moniales in Mariaeborn.

In nomine sancte & individue Trinitatis amen. *Bertholdus* Dei gracia Episcopus Herbipolensis. Nouerint vniversi presencium inspectores, tam presens etas, quam futura posteritas, quod cum *Ludowicus* de *Tsenburgk* nobilis, ac honesta matrona *Helwigis*, ejusdem *Ludowici* conjunx, dono gracie sancti Spiritus inflammati, tres mansos in villa *Eckertshausen*, & jus patronatus parochialis ecclesie in eadem villa, que siquidem bona *Ludowicus* & *Helwigis* iam dicti a nobis & ecclesia nostra, in feodo tenuerunt, monasterio conventus sororum sancte *Mariae*, Cistercienſis ordinis, Maguntine diocesis, pro suarum animarum remedio & salute tradiderint liberaliter & donarint, quia *Ludowicus* & *Helwigis* predicti sex mansos eorum in *Budingen* sitos, quos apud *Hartmannum* de *Buches* sibi precio suo proprietatis titulo compararunt, coadunatis eorum manibus ad manus nostras libere resignantes, eos in supradictorum bonorum prefato monasterio ab ipsis donatorum vicem pariter & recompensam de manibus nostris nomine feudi receperunt; nos ipsius *Ludowici* ac *Helwigis* ejus conjugis devocionem oculo paternalis clemencie contemplantes, & non minus jam dicti monasterii quam eciam nostre ecclesie utilitate considerata diligentius & pensata, eandem donacionem de predictis tribus mansis & jure patronatus, per *Ludowicum* & *Helwigum* circa monasterium prefatum sic liberaliter factam, ratam & gratam habentes ipsam auctoritate presencium confirmamus, dictos quoque tres mansos & ipsam parochialem ecclesiam, habita super hoc voluntate nostri capituli & consensu, in ipsum monasterium pleno jure proprietatis transferimus & vnimus, concedentes ipsi monasterio & conventui, ut fructus seu proventus tam mansorum quam parochie cum omni integritate percipere valeant, & in vsus & subsidium suarum convertere prebendarum, ita tamen quod ipsa parochia perpetuum habeat vicarium, cui de proventibus ipsius parochie tantum relinqui volumus, ut exinde honeste sustentari valeat, & Episcopo & Archidiacono, qui pro tempore fuerint in suis juribus respon-

dere. In quorum robur & teſtimonium preſens ſcriptum appenſione noſtri ſigilli fecimus inſigniri. Actum & datum *Herbipoli* anno Domini M° CC° LXXVI° V. kal. Marcii. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Anno MCCXCIV V. Kal. Februarii *Gerhardus* Archiepiſcopus Moguntinus abbatiſſae & conventui *Fontis* S. *Mariae* redditus eccleſiae in *Eckardshuſen* à congrua vicarii reſiduos aſſignat. *Gud. T. 1. pag.* 872.

CVIII.

Recognitio ob factam incorporationem.

Nos abbatiſſa totusque conventus cenobii ſanctimonialium *Fontis* ſancte *Marie* Mogunt. dioc. Notum facimus univerſis & ad quos preſentes litere pervenerint, quod in recognitionem beneficii reverendi patris & domini noſtri *Gerhardi* Archiepiſcopi & conſenſus capituli eccleſie Mog. adhibiti incorporationi parochialis eccleſie *Eckehardeshuſen* predicte dioc. cenobio ſeu eccleſie noſtre *Fontis* ſancte *Marie* atque conventui noſtro predictis annis ſingulis in feſto ſancti *Martini* hyemalis duas libras cere ex eo quod liberaliter hoc fecerunt, illi tradere in perpetuum promittimus & aſſignare ita quod ſi in dicto termino ad hoc ſtatuto hujusmodi cera ipſi capitulo ſeu procuratori ejusdem tradita non fuerit ſeu aſſignata, vel ſi alium quemquam preterquam ſecularem clericum, quamvis in privilegiis noſtris ſuper hoc datis pretermiſſum ſit ad vice paſtoriam dicte parochialis eccleſie in *Eckehardishuſen* dum vacaverit illa, loci archidiacono duxerint preſentandum inveſtiendum de eadem, quod ex tunc auctoritas beneficii & conſenſus premiſſe incorporationi parochialis eccleſie noſtro cenobio per ipſum dominum Archiepiſcopum & capitulum nobis facte omni careat robore firmitatis. In cujus rei fidem & memoriam permanentem ſigillum abbatiſſe noſtre quo conventus noſter utitur cum illa preſentibus eſt appenſum. Anno Dni M° CC° XCIIII°. X. kalen. Marcii.

An. MCCCLXXXIX. II idus Septembris ab abbatiſſa & conventu monaſterii in *Fonte* S. *Mariae* Chriſtianus de *Frideberg* ad eccleſiam parochialem beati *Georii* militis & martyris in *Eckartshauſen* eſt praeſentatus, qui ad mandatum officialis praepoſiturae *B. M. V.* ad *Gradus* obtinuit poſſeſſionem, eod. anno VIII. Kalend. Octobris.

CIX.

CIX.

Reverſales parochi in E.

Ich *Volpertus Groſſe* pherner zu *Eckarshuſen* beken, daſs mich die wirdigen geiſtlichen myn frauwe die Eptiſſen und der gemeyn convent deſſelben cloſters zu *Mergenborn* vmb Goddis und umb bede wile myns gnedigen liben junchern von *Tſenburg* myt der obgemelten pharkirchen belehent und mich darzu kommen han laſſen, vnd ich ſal und wil derſelben pharkirchen und den pharluden getrulichen geworten und thun alles das daſs mir yn gebort. Ich ſal und wil auch dieſelben pharrkirchen ſelbeſt beſitzen, ſe auch umb keyn ander lehen nicht vorkuden, adder ſe eymant an myn ſtat zu reygerten nicht beuelen, iſs geſchee dan myt willen myner frauwen und der obgemelten jungfrauwen zu *Mergenborn*, an alles geuerde, und ich ſal noch enwil iſs auch geyn myner frauwe zu *Mergenborn*, adder an den conuent nicht wytter ader anders vornemen ader vordern, dan als iſs her *Girlach* myn vorfaren gehabt und gehalten hait ſonder alle geuerde, als ich das myner frauwen und den jungfrauwen obgemeltet yn druwen und yn glauben zugeſagt han alſo zu halten und dem nach zu gehen, an alles geuerde. Vnd ich han des zu bekentnis gebeden die veſten junchern *Ruprecht* von *Carben*, und juncher *Syfridt* von *Breydenbach* das ſie ir ingeſigel vor mich uf dyſſen briff gedrocht han, des vorſegelns ich Ruprecht und ich Syfridt uns alſo erkennen. Gebin uff den ſondag nach ſant *Mirtins* dag. Anno &c. LVto.

CX.

Aliae reverſales Diethero ab Iſenburg exhibitae.

Ich *Volpertus Groſſe* phereer zu *Eckartshuſen* beken, daſs ich dorch bede myns gnedigen juncherren junchern *Dytthers* von *Tſenburg*, grauen zu *Budingen*, myt der obgenanten pharrkirchen belehent und darzu komen byn, und ich ſal und wil derſelben pharre und den pharluden tadt und recht thun myt allem dem daſs mir gebort nach allem myn beſten vermoge ane alles geuerde, und ich en ſal noch en wil auch dieſelben pharre nicht vorkuden, vorweſſeln adder yn keyn ander hen wenden, adder ſee auch myt eymant beſteln ſunder ſelbeſt darauf ſitzen und ſe zu dem beſten vorſorgen, is geſchee dan myt wyln myns obgenanten gnedigen junchern adder den ſyn icht zu dun hette adder gewonde, des ſal und wil ich vor ſyn gnaden, ſynen erben adder ſynen amptluden zu uſsdrage komen, und das nyrgen anders

ders ſuchen ader vordern, als ich iſs ſynen gnaden alſo geret han zu halden. Vnd des zu bekentniſſe ſo han ich gebeden die veſten junchern *Ruprecht* von *Carben* und junchern *Syfridt* von *Breydenbach*, daſs ſee ir ingeſigel vor mich uff dyſſen brieff gedrocht han, des vorſegelns ich *Ruprecht* und ich *Syfreydt* uns alſo erken. Gegeben uf den ſondag nach ſant *Mirtins* dag. Anno &c. LVto.

CXI.

Reverſales pro fonte S. Mariae.

Ich *Conradus Zehe* von *Geylnhuſen*, pherrer zu *Eckertzhuſen*, bekennen mich uffenlichen geyn aller menlich mit dyſſen bryffe als die erwerdigen und andechtige frauwe *Alehcyt* abtiſſen zu *Mergenborn* und conuent mich begnadet und lutterlich umb Gots willen verſehen hant mit der vorgnanten pharrekyrche, daſs ich yn flislichen danken und alle zyt umb ſie verdynen und den almechtigen Got vor ſie bieden ſal und wille. Vnd gereden auch darumb mit guten waren truwen worten mit dieſſem bryeffe, dye vorgenanten myn pharrekyrchen ſelbs zu beſitzen, und mit ſingen, leſen, predigen, meſſen und anderen iren geburlichen zu gehorligen und Gots dinſte zu iglichen zyden, als ſich geburt, vffzurichten und zu verandelogen, auch derſelben myner pharrerkyrchen ir gerechtikeyt und zugehorde in redelichen weſen zu halden und nit zu ubergeben in keynen wek, auch den pharreluden darinne gehorik mit Sacramenten und andern handlungen ine zu ſtende und geborende zu iglicher zyt ſich geboren und an mich gefurdert wyrt zu gewarten, zu andelogen und zu verhandeln zum furderlichs gutlichſten und beſten ich mag, ſo ferre mich crafft und macht treyt, auch dieſelben myn pharrkyrchen nit furder zu verlyhen, zu verkuden, zu verweſſeln ader in ander henne zu keren und zu wenden noch zu thun underſtene in keynen wek, an ſunderlich verhenkniſs, gunſt, willen, und wiſſen myner vorgenanten frauwen oder nochkomende und conuent. Hette ader gewonde ich auch zu ſchiken mit der vorgenanten myner frauwen ader conuent, warumb daſs were, daſs ſolle ich erfordern und ustragen vor myner gnedigen herſchafft von Yſenburg, die myr dan auch zu recht beholffen ſyn ſale und wille, doch unſcheidelich eyden und geloppeniſs, die ich myn geyſtelichen oberſten getan han. Vnd wer es daſs ich der vorgenanten ſtuk eyns ader men nit hylde, und noch gynge, ſunder bruchtig funden worde, daſs Got nit wolde, ſo ſolt die egenant myn pharre myner egenanten frauwe und conuent mit aller yr gerechtigkeyt zu yren handen leduklich verfallen ſyn, die furt zu verlyhen,

weme

weme ſie wollen, daruff ich itzt alsdan und dan als itzt aller myner gerechtikeyt dauon und darzu abet reden und verzyhen mit dieſſem brieff und ich ſale mich auch herwyeder nit ſetzen noch behelfen mit eymhen ſtuken die jmant genennen ader gedenken mocht, keynerleye usgenommen, herinne alle geuerde und argeliſt gentzlichen abegeſcheyden. Vnd daſs zu waren bekentniſs und orkunde han ich dieſſen bryeffe mit meyner eygen hant geſchriben und mit mym ingeſigel verſiegelt. Datum anno Domini M° CCCC° LXVII. ipſa die *Boniſacii* martiris.

CXII.

Praeſentatio ad parochiam in E.

Venerabili ac illuſtri Domino Prepoſito eccleſie beate *Marie* virginis ad *Gradus* Maguntin. aut ejus officiali ſeu vices in hac parte gerenti *Maria* abbatiſſa ac conventus cenobii *Fontis Marie* ordinis Ciſtercienſis Maguntin. dioceſis, poſt humilem ſui recommendationem ſinceram in Chriſto charitatem. Ad parrochialem eccleſiam in *Eckartshuſen* prefate dioceſis, cujus preſentatio ſeu jus preſentandi ad nos pleno jure patronatus ſpectare dinoſcitur, in preſentiarum per obitum honorabilis domini quondam *Conradi Grauſs*, ultimi ejusdem poſſeſſoris, vacantem vobis honorabilem dominum *Joannem Kune* presbiterum ſepedicte dioceſis, tanquam abilem & idoneum, preſentandum duximus & in his ſcriptis preſentamus, hortantes una cum eo, quatenus ad dictam parrochialem eccleſiam in *Eckartshuſen* inſtituere eum & inveſtire dignemini, adhibitis ad hec ſolennitatibus debitis & conſuetis. Datum ſub ſigillo noſtro appenſo die ſabbati nona menſis Maii, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo. Praevio proclamate data fuit poſſeſſio more conſueto.

§. XIII.

In Grinda.

Eccleſia incorporata monaſterio in Silbold ordinis Premonſtratenſis & habet plebanum de ordine. — Item prope capella in *Roneburg* habet capellanum.

In Orba.

Eccleſia incorporata decano & capitulo in *Ameneburg* & habet plebanum. — Ibidem altariſta altaris ſancti *Nycolai.* — Item altare ſancte *Barbare.* — Item altare in hoſpitali ibidem. — Item altariſta altaris ſancti *Laurencii.*

In Salmonſter.

Eſt collegium & habet plebanum qui viſitat capitula. Et habet filiales eccleſias quoad ſynodum videlicet in *Steyna* paſtoria. Ibidem primiſſaria. — Item eccleſiam in *Ulnbach* & habet plebanum. — Item capellam in *Soden.* — Item eccleſiam in *Ulnaw* & habet plebanum.

In Wechtilbach.

Item ibidem eſt capella.

In Udinheim.

Paſtoria & habet filialem eccleſiam in *Hellenſteyn.*

In Flaspach.

Paſtoria. — Item habet ſub ſe capellam in *Weninges* & habet proprium capellanum. — Item capellanum in *Wernis.* — Item in capella in *Weninges* eſt altare ſancte *Marie Magdalene* non dotatum. — Item in capella in *Wernys* ſunt tria altaria non dotata ut aſſeritur.

CXIII.

Eccleſia in Gr. donatur Selboldenſibus.

Fridericus Dei gratia Romanorum rex & ſemper Auguſtus & rex Sicilie univerſis Chriſti fidelibus, ad quos hoc ſcriptum pervenerit ſalutem & omne bonum. Quoniam quam plures noſtros anteceſſores divos reges & imperatores charitatis operibus & eleemoſinarum ſtudio pie

infudaſſe perpendimus, nos eorum exempla ſequentes in tabernaculo Dei, quod poſſumus, ſola ſpe eternorum ita offerre intendimus, ut in omnibus, que plantamus vel rigamus, ſalutis incrementum cum fructu centeſimo à Deo recipiamus; inde eſt quod eccleſie congregacionis canonice in *Selbold* ab anteceſſoribus noſtris regibus & imperatoribus fundate & confirmate curam gerentes eccleſiam in *Grinda*, quam Selboldenſis eccleſie Prepoſitus in preſentia noſtra à comitiſſa *Gisla*, cujus jus patronatus & fundacionis fuerat, ſuam eccleſiam totaliter, id eſt, cum jure fundacionis & patronatus recepiſſe & diu poſſediſſe oſtendit & poſtmodum coram nobis injuſte ſpoliatam idoneis teſtibus comprobavit, & quia ad quorundam perſuaſionem regiam majeſtatem circumvenientium in prejudicium ipſorum alteri collata fuerat memorata eccleſia conſentiente *Gerlaco* de *Budingen* nobili viro, qui tertiam partem conceſſionis à nobis ſe tenere profitebat, eidem Prepoſito & ſue eccleſie cum omni liberalitate & abſolute ob remedium anime noſtre & patrum noſtrorum imperatorum contulimus perpetuo in augmentum prebendarum ſuarum poſſidendam, ut jure fundacionis & patronatus habito ſue congregacionis canoni eum ſive alium in ea ſicut prius inſtituant; & ne hujus noſtre donacionis & confirmacionis liberalitatem auſu temerario quisquam turbare aut prefatam eccleſiam in hac ſua poſſeſſione inquietare preſumat, preſentem paginam conſcribi precepimus & eam ſigilli noſtri authoritate roboravimus. Siqua igitur ſecularis eccleſiaſticave perſona eam moleſtare & in donacione à nobis facta gravare preſumpſerit, ſi viſis literis noſtris non reſipuerit, noſtram & principum noſtrorum offenſam ſe incurriſſe intelligat & quinquaginta marcas auri camere noſtre ſe appendere debere pro ſatisfactione recognoſcat. Acta ſunt hec anno incarnacionis Domini M° CC° XVII indictione quinta, epactis XI, concurrente VI. Preſentibus teſtibus, quorum nomina ſubſcripta ſunt; *Ludwicus* dux Bawarie. *Adolfus* comes de *Scauenburg*. *Burcardus* comes de *Luterberg*. *Gerlacus* de *Budingen*. *Philippus* de *Bonlant*. *Conradus* de *Iſenbach*. *Sifridus* miles de *Selboldt*. *Henricus* miles de *Selboldt*. *Sigenandus* centgravius. *Ruckerus* centgravius, *Henricus Dene*, *Gozimus* prior in *Mirolda*. *Gerlacus* plebanus in *Geilnhuſen* & frater *Albero* de *Mirolda* & alii quam plures. Data in *Volda* XVIII calend. Septembr.

CXIV.

G. de Büdingen jus, quod habuit in Gr. cedit Selboldenſibus.

Gerlacus de *Budingen* univerſis ad quos hoc ſcriptum pervenerit, cum ſalute dilectionem in Domino. Quoniam nihil mutabilius humano

animo

animo intelligimus, eaque diutina memoria teneri cupimus, ſcripturarum teſtimonio poſteris propagare neceſſarium judicamus. Noverint ergo tam heredes noſtri quam miniſteriales & univerſi Chriſti fideles, quod dum Prepoſitus de *Selbold* coram rege apud *Geilnhuſen* conſtituto exſpoliationem ſuam pro eo quod eccleſia in Grinda irrationabiliter ab eccleſia Selboldenſi alienata fuerat, per teſtimonium miniſterialium regis & vicinie manifeſte comprobaret, idem dominus rex recognoſcens juſticiam Prepoſiti eccleſiam in *Grinda* eidem Prepoſito & ſue eccleſie regia liberalitate redonavit. Nos quoque quidquid juris in prefata eccleſia habuimus, tertiam partem conceſſionis videlicet divine remuneracionis intuitu ob ſalutem anime noſtre & uxoris noſtre & heredum Selboldenſi eccleſie recognovimus & donacionem domini regis ratam habentes Prepoſitum cum ſua eccleſia conſilio pariter & auxilio pro poſſe promovimus &c. An. MCCXVII.

CXV.

Ordinatio S. Archiep. Mog. circa eccleſiam in Gr.

Sifridus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus omnibus Chriſti fidelibus ad quorum venerit hec carta conſpectum, perpetuam in ſalutis auctore ſalutem. Cum à nobis petitur, quod pietati convenit & à rationis tramite non diſcordat, decens eſt & conſentaneum equitati, ut poſtulacioni hujusmodi celerem & benignum prebeamus aſſenſum. Ex parte igitur dilectorum filiorum Prepoſiti & conventus eccleſie *Selboldenſis* nobis eſt humiliter ſupplicatum, ut cum parrochia de *Grinda* ex donatione eorum, qui fundatores illius primevi fuerant, olim poſſeſſione liberrima pertinuerit ad eandem, & licet ab hac poſtmodum alienata fuerit violenter, nec tamen per dominum *F.* Romanorum & Sicilie regem illuſtriſſimum priſtine ſit pertinencie reſtituta, ſuper ejusdem parrochie percipiendis fructibus dignaremur eidem cenobio diſpenſacionis graciam impertiri, tum in preſidium juris priſtini reſtaurati, tum ad penuriam relevandam, cui monaſterium idem, quod dolentes dicimus, graviter eſt ſubjectum; ea propter piis eorum precibus inclinati, auctoritatis gratia quam facere nobis canones indulſerunt eccleſie noſtre cenſure regie approbantes, de conſenſu eccleſie noſtre & eccleſie ſancte *Marie* ad *Gradus* miſericorditer diſpenſamus, ut fructibus parrochie prelibate poſt obitum *Wigandi*, qui nunc eſt paſtor illius, potiatur eccleſia Selboldenſis cum omni libertate ac plenitudine juris olim habiti in eadem hoc expreſſe ſtatuto & preciſe injuncto, ut Prepoſitus de *Selbolt* de collegio ſuo aliquem vel alium idoneum ſacerdotem inſtituat per manum Archidiaconi loco illi competens ei ſtipendium aſſignando

&

& ſalva integre maneant dioceſano & archidiacono jura ſua debita & conſueta. Ut autem hec noſtra diſpenſacio facta legaliter & benigne perhennem obtineat firmitatem & neminis verſura valeat retractari, conſcribi hanc paginam & ſigillorum eccleſie noſtre & noſtri juſſimus inpreſſione muniri, ſub interminacione anathematis inhibentes, ne ulla eccleſiaſtica ſecularisve perſona diſpenſacioni predicte preſumat auſu temerario contraire, quod ſi quis adtemptaverit, indignationem omnipotentis & ſanctorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus, beati Martini & excommunicationis noſtre ſententiam ſe noverit incurſurum. Acta ſunt hec anno incarnacionis Dni M° CC° decimo octavo, pontificatus noſtri anno decimo ſeptimo. Teſtes autem hii ſunt: *Henricus* Prepoſitus. *Bobpo* decanus. *Godefridus* cuſtos. *Cunradus* ſcolaſticus. *Chriſtianus* cantor majoris eccleſie. *Berardus* ſancti *Stephani*, *Gumpertus* Fritslarienſis Prepoſiti. *Ruttardus* cellerarius. *Adelungus*, *Henricus* Prepoſitus Pinguenſis. *Albertus* de *Kogelenberg*. Magiſter *Herholdus*. Magiſter *Obertus*. *Henricus* de *Selſe* canonici majoris eccleſie Maguntine. *Walterus* ſancti *Petri* decanus. *Arnoldus* ſancte *Marie* ad *Gradus*. *Embrico* ſcolaſticus & cuſtos. *Berwelfus* cantor. *Burgardus* cellerarius. *Hertwicus*. *Gunpoldus*. *Godeſcalcus* canonici S. *Marie* ad *Gradus* Mogunt.

CXVI.

Confirmatio apoſtolica.

Honorius ſervus ſervorum Dei dilecto filio Prepoſito de *Selbold* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petencium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum & vota que à racionis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecte in Domino fili tuis juſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu eccleſiam de Grinda à chariſſimo in Chriſto filio *Fridrico* illuſtri rege Sicilie in Romanorum imperatorem electo ac venerabili fratre noſtro Moguntino Archiepiſcopo ſui capituli accedente conſenſu tue prepoſiture libere in augmentum prebendarum collatam, ſicut eam juſte poſſides & quiete, tibi ac per te ipſi prepoſiture authoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* II. idus Martii pontificatus noſtri anno tertio.

CXVII.

Obedientiales Selboldenſium.

A. Prepoſitus & conventus in Selbold ordinis Premonſtratenſis Moguntine dioceſis tenore preſencium proteſtamur quod ratione parochiae in *Grindaha* recipiemus mandata venerabilis domini *Wernheri* Prepoſiti eccleſie ſancte *Marie* ad *Gradus* Moguntie & ſucceſſorum ipſius & ſicut archidiaconis obedientes eisdem exhibebimus eis debitam reverenciam & honorem. Prepoſitus quoque noſtri monaſterii qui pro tempore fuerit dicto domino Prepoſito ad *Gradus* & ſucceſſoribus ſuis racione prefate parochie obedienciam faciet manualem. Datum anno Domini M° CC° XLVIII. IX kalendas Decembris.

CXVIII.

Fundatio miſſarum in Selbold.

In Gottes namen, amen. Ich *Rudolf* vonn *Ruckingen* ein ritter unnd *Metza* mein eeliche wirthinne bekennen uns an dieſem brieve, das wir ein altar in dem godeshus zu *Selbold* (daruf man ewiglich alle freitage ſall ein meſſe ſprechenn und das die meſſe ſal eines freitags ſein von ſanct *Bartolomeo* und mit einer collecten von den *zehen tauſent Mertelern* unnd mit einer collecten von ſant *Marien Magdalenen* an dem andern freitage ſo ſal die meſſe ſein von den *zehen tauſent Mertelern* und mit einer collecten von ſancto *Bartolomeo* und von ſant *Marien Magdalenen*, des dritten freitags ſal die meſſe ſein von St. *Marien Magdalenen* mit eim collecten von ſancto *Bartolomeo* unnd von den *zehen tauſent Mertelern*) han gewidumbt mit vier pfundt heller oder acht malder korn gulte, welche wir wollen und ſollen die beweiſen in dieſem jar als der brieve gegeben und ſetzen des zu underpfand unſern wyngarten zu *Selbold* unnd das haus unnd hoffreide, da Rudolff vom Hayn inne iſt zu *Selbold*. Dieſenn briev gebenn wir beſigelt mit mienes *Rudolfs* ingeſigell, damit ich *Metze* mir auch laiſſen benugen zu gezeugnus und veſtenung aller dere dinge. Datum anno Domini M° CCC° XXXVIII. in die beate *Margarethe* virginis.

CXIX.

Capella in Haſela dotatur.

Kunth ſey allen guden leuden, die dieſen brieff ſehen oder horen leſen, das ich *Rudolff* von *Rückingen* der alde und *Metze* meyn eliche

eliche wirtin mit wiſſen und willen meyner ſöne *Rudolfes* eynes ritters unnd *Kunrads* unnd *Helferichs* wepener gewidemit han die capellen zw *Neuen Haſela* mit fünf malder korn gelds uff den zehenden zw *Laubersbach* und zw *Haſela* und die hoffſtadt, da die capelle uff ſtet mit zweien morgen wieſen und uff eckern und wieſen und weyngarten zu *Rodenbergen* und zwen ſchilling gelts uff einer hoffſtadt und ſechs ſchilling gelds und ein halp malter korn gelts uff ſechſthalben morgen ackers zu *Diepach* die des alten Sanaris waren, ſo hant die erbern geiſtlichen herrn der abt unnd der convent zu *Selboldt* gegeben vierthalb malter korn gelts, die da gelegen ſein zu *Gunsrode* mit ſolchen fürworthen, das ein capellan den ein apt darſezt, ſol ſitzen zw *Gunsrode* und ſol dieſelben capellen halden in allen den ehren als ſie von alter her iſt komen und fur bas die andere dage meſs ſol halden zw *Haſelaw* in der capellen nach guter beſcheydenheit one geverde und enſollen die erbarn geyſtlichen herren der apt und der convent dieſe vorgeſchriebene gulde durch keyner handt notturfft verkauffen oder verſetzen, ſie enſollen eime capelan alwege pleiben. Dieſe vorgeſchriebene rede — her *Johan* von *Rudenkem* der alde, her *Rudolff* von *Ruckingen* der jung, her *Conradt Herterich* der prior und her *Conrad Ammet* und anders vil guder leude die es ſahen und horten, und zw eynem urkunth daz das ſtet und feſte ſye, das han ich *Johan* von *Rudeckem* der alde meyn ingeſiegel mit *Rudolfes* des alden und des jungen ingeſiegel durch bede willen an dieſen briff gehenckt, der da gegeben wardt da man zalte nach Gots geburth dreitzehen hundert jar und in dem dritten und virzigſten jare an ſancte *Marcus* tag des helgen Evangeliſten.

CXX.

Ludovicus Imp. quidquid in dicta dote feudi fuit ad capellam transfert.

Wir *Lodewig* von Godes gnaden Romiſcher keyſer zu allen zyden merer des richs verjehen offinlichen myt dieſem brieff und dun kunt allen den die en anſehent odir horent leſen, daz wir durch flislicher bede willen des veſten mannes *Rudolffes* von *Ruggingen* unſers lieben getruwen und durch unſer und unſer vorfarn und nachkommen kunig und keyſer ſele heyle und daz Gods dinſt gemert werde, der cappellen zu *newen Haſela* yn Mentzerbiſtum gelegen, die der obgnant *Rudolff* gebuen hat, die hoffſtatt daruff ſie gebuwen und gemacht iſt, den cleyn zehenden zu *nuwen Haſela* und unſer teyl des zehenden zu *Lowerſpach* das alles von uns und von dem riche lehin iſt,

als er der obgnant *Rudolff* an dieſelben cappellen geben und gemacht hat, von unſer keyſerlichen gewalt geeyget haben und eygens auch myt dieſem brieff, den wir darubir geben zu urkunde verſiegelte mit unſerm keyſerlichin inſiegel, der geben iſt zu *Frangkfort* an ſancte *Bartholomeus* abent, do man zalt noch Kriſtus geburt druzehen hundert jar, darnoch yn dem vier und vierzigſten jar in dem driſigſten jar unſers richs und yn dem ſiebenzehenden des keyſertums.

Salmonſter: anno dominicae incarnationis DCCCLXXXV. Dedicata eſt eccleſia in *Salchenmunſter* rogatu *Sigahardi* Fuldenſis abbatis à *Luitperto* Moguntinae eccleſiae Archiepiſcopo XII kalend. Octobris in honore Domini noſtri *Jeſu Chriſti* & ſancti *Petri* Apoſtoli ſancti *Johannis* Evangeliſtae ſancti *Marci* Evangeliſtae atque *omnium Sanctorum.*

Haec eſt terminatio eccleſiae in *Salchenmunſter.*

„ Ab eo loco ubi *Alahersbach* influit in *Kinciham* & ſic „ ſurſum ad locum qui vocatur *Beldingersberc:* deinde ad „ *Friegemanersfelt* usque in *Korebach* & ſic usque in *Jazaha* „ & ſic ſurſum usque in *Eihſtichgenbrunnen* deinde in *Heide-* „ *nefelt* & ſic usque in viam *Rennewec* & ſic deorſum ad *Scha-* „ *hesbrunnen* & ſic deorſum inter duos vicos ſurſum *Huwe-* „ *nova* & *Herigiſesfelt* in *Kinciham* inde in *Elentenſtein* inde „ in *Soddersesbach* & ſic ſurſum in *Arezbach* & ſic deorſum us- „ que in *Salzaha* & inde ſurſum in *Flasgunbach* & deinde in „ *Creſtunbach* & ſic deorſum in *Steinaha* inde ad *Diederiches-* „ *nol* & ſuper ipſum collem in *Creibezbach* & ſic rurſum in „ *Kinciham.*

Qua ratione dein locus *Salichmunſter* privilegio *Ludovici* IV regis ab *Hattone* Archiepiſcopo Moguntino an. DCCCCIX abbati Fuldenſi fuerit traditus & in recompenſam locus *Maſſenheim* in comitatu *Cuningishuntra* cum eccleſia & univerſis juribus inde datus, exhibet de *Gudenus Tom.* I. *pag.* 347.

Quamvis

Quamvis eccleſia in *Salmünſter* formam collegiatae induerit an. MCCCXIX, manſit tamen ejusdem parochus cum filialibus ſub jurisdictione archidiaconali.

An. MCCCLIIII. in die *Margarethae* virginis *Conradus* de *Trimperg* capellam in *Wechtersbach* à ſe fundatam dotat. *Gud. Tom. V. pag.* 1022.

CXXI.

Capella in *Wechtersbach* erigitur in eccleſiam curatam & ſeparatur ab *Ubennawe.*

Dietherus Dei gratia &c. Ad futuram & perpetuam rei memoriam. Quoniam quondam *Bruno* de *Itſtein* in decretis licentiatus dum vixit felicis recordacionis domini *Theoderici* Archiepiſcopi Moguntini predeceſſoris noſtri in ſpiritualibus vicarius generalis cappellam in *Wechtersbach* noſtre dioc. in honore *trium Regum* conſecratam rite legitime ac canonice in eccleſiam curatam certis & rationabilibus ex cauſis quoad baptiſterium & adminiſtracionem aliorum Sacramentorum eccleſiaſticorum nec non fontem baptismalem & alia inſignia ibidem erigenda, officiatoria quatuor feſtivitatum plebano in Ubennawe dicte noſtre dioceſis ſeparavit atque ſegregavit, expoſtque quondam *Johannes Gutvvin* dicti quondam *Brunonis* in hujusmodi vicariatus officio ſucceſſor proceſſum prefati quondam *Brunonis* in hoc negocio habitum ac ipſam ſeparacionem uti canonicam amplectens cauſas ejusdem ſeparacionis canonicas & legitimas fore cognovit pronunciavit, decrevit & declaravit, in hunc modum: In nomine Domini amen &c. prout hec & alia in litteris exinde confectis publicis inſtrumentis plenius continetur, univerſitas ville Wechtersbach humiliter nobis ſupplicari fecit, quatenus premiſſam erectionem, reſervacionem, ſeparacionem & declaracionem ac alia in litteris hujusmodi contentis ſic rite, legitime & canonice noſtrorum predeceſſorum auctoritate acta facta & geſta auctoritate noſtra ordinaria ratificare approbare & confirmare auctoritatemque noſtram pariter & decretum interponere dignaremur. Ut igitur noſtrorum predeceſſorum auctoritate canonice rite & legitime facta & geſta firma & illibata permaneant & perſiſtant, hujusmodi erectionem reſervationem ſeparacionem & declaracionem aliaque in prenarratis litteris & inſtrumentis publicis contenta auctoritate noſtra metropolitica firmamus ratificamus & approbamus nec non defectus ſi qui intervenerint

in eisdem eadem auctoritate ex certa sciencia supplentes, harum nostrarum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in civitate nostra Moguntin. XVIII. die mensis Augusti anno Domini M° CCCC° LXXVIII°.

An. MCCCCLXI. in die beatae *Dorotheae* virginis *Dietherus* ab *Isenburg* comes in *Büdingen* Praepositо *B. M. V.* ad *Gradus* praesentavit *Johannem Caldarificis* de *Darmstadt* ad ecclesiam parochialem sancti *Martini* in *Udenhaynn* vacantem per liberam resignationem *Johannis* scriptoris de *Büdingen* praesentati post obitum *Johannis Langenstein.* Praevio proclamationis edicto investitus est *Johannes Caldarificis* teste charta sequente.

CXXII.

Institutio parochi in Udenhayn.

Officialis venerabilis domini Prepositi ecclesie beate *Marie* ad *Gradus* Magunt. honorabilibus dominis Archipresbiteris & commendatis sedis *Rostorff*, ceterisque nostre jurisdictioni subjectis super executione presentium requisitis salutem in Domino. Vacante pridem ecclesia parochiali sancti *Martini* in *Udenhain* per obitum quondam domini *Johannis Langenstein* ultimi & novissimi illius dum vixit, rectoris & possessoris honorabiles viri, domini *Johannes Schibe* presbiter per reverendum patrem dominum *Reynhardum* abbatem monasterii Fuldensis ex una & *Johannes Scriptoris* clericus Magunt dioc. per nobilem & generosum dominum *Dietherum* de *Isenburg*, comitem in *Budingen* hinc inde se asserentes illius veros & indubitatos patronos partibus ex altera legitime nobis extiterant, ut asserebatur, presentati, quorum quilibet se de dicta ecclesia parochiali investiri & ad illam institui per nos instanter postulavit; nos tunc juxta dictum apostoli nemini cito manus imponere, sed unicuique jus suum sanum & illesum conservare volentes omnes & singulos sua communiter vel divisim interesse putantes ad dicendum & opponendum quicquid verbo vel in scriptis contra presentacionem & desideratas investituras hujusmodi dicere sive opponere vellent aut possent, nosque de eorum jure & interesse, si quod eis forsan competeret, legitime informandum per publica nostra proclamacionis edicta citavimus, citarique fecimus & mandavimus in certum

tum peremptorium terminum competentem, in quo comparentibus coram nobis ſupradictis hinc inde preſentacione & proclamacionibus hujusmodi debite executis coram nobis judicialiter reproductis, quilibet eorundem preſentatorum ſe dicta de eccleſia in *Udenhain* inveſtiri & ad illam inſtitui per nos inſtanter poſtulavit; nos tunc de ipſorum hinc inde preſentatorum expreſſo conſenſu eundem terminum ad conſularem actum agi & fieri videndum, certum in alium prorogavimus & peremptorium prorogamus, terminum convenientem, infra quem quidem tandem ſupradictus *Johannes Scriptoris* juri ſibi hujusmodi preſentacionis de perſona ſua atque vigore compoſicionis ceſſit, illudque jus in & ad manus patroni ſui pretacti reſignavit; quapropter tunc venit coram nobis honorabilis dominus *Johannes Caldariſicis* de *Darmſtat* presbiter Mag. dioc. aſſerens ſe ad ſupradictam eccleſiam ſancti *Martini* in *Udenhayn* adhuc premiſſo jure vacantem per memoratum nobilem dominum *Dietherum* de *Iſenburg* comitem in *Budingen* illius verum patronum legitime preſentatum, ſupplicans nobis humiliter, quatenus ipſum de ipſa eccleſia inveſtire & ad illam inſtituere, aliaque ſibi, prout noſtrum ſpectat ad officium impendere dignaremur; nos tamen officialis antedictus juxta dictum apoſtoli, nemini cito manus imponere, ſed unicuique jus ſuum ſanum & illeſum conſervare volentes omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes ad dicendum & opponendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra eandem preſentacionem & deſideratam inveſtituram hujusmodi dicere ſive opponere volebant aut poterant, nosque de eorum jure & intereſſe, ſi quod eis forſan competeret, legitime informandum per alias noſtras proclamacionis literas patentes citavimus, citarique fecimus & mandamus in terminum peremptorium tamen competentem, videlicet in diem infradictum, quo adveniente comparuit coram nobis venerabilis & circumſpectus vir dominus *Nicolaus Juhſel* eccleſie ſancti *Martini* Maguntinenſis ſupradicti domini *Johannis Caldariſicis* preſentati procurator, prout de ſue procurationis mandato quodam publico procuratorio inſtrumento, quod nobis in medio exhibuit, plenam & legitimam fecit fidem, & eo nomine procuratorio proclamationis edictum hujusmodi denuo à nobis emanatum debite executum, una cum ejus executione hujusmodi facta, quod nobis reproduxit, citatorumque omnium & ſingulorum inibi contentorum non comparentium neque quicquam verbo vel in ſcriptis contra easdem preſentationem & deſideratam inveſtituram dicere ſive opponere, neque de ſuo jure & intereſſe legitime docere jurantium contumaciam accuſavit, ipſosque contumaces reputari & in eorum contumaciam ſe in perſona jam dicti domini *Johannis Caldariſicis* preſentari & eundem preſentatum ſuum in ejus perſona de dicta eccleſia in *Udenhain* inveſtiri & ad illam inſtitui per nos debite petivit, nos

tunc

tunc officialis antedictus dominos citatos non comparentes licet ſufficienter & ultra horam debitam expectatos reputamus merito, prout erant, exigente juſtitia contumaces & in eorum contumaciam receptantes primitus à prelibato domino *Nicolao Juſſel* procuratore in ſui principalis perſonam de ſtando coram nobis juri promiſſione manuali ſupradictum dominum *Johannem Caldarificis* preſentatum in ſui procuratoris antedicti perſona de eccleſia ſancti *Martini* in *Udenhain* ut premittitur, vacante inveſtiendum & ad illam inſtituendum duximus, nec non inveſtimus & inſtituimus per preſentes; quocirca vobis mandamus, quatenus eundem dominum *Johannem Caldarificis* preſentatum, inveſtitum vel procuratorem ſuum ejus nomine in & ad corporalem, realem & actualem poſſeſſionem pretacte eccleſie parrochialis in *Udenhain* juriumque & pertinenciarum omnium ejusdem inducatis, recipiatis & admittatis ſibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obvencionibus univerſis faciatis per hos, quorum intereſt, plenarie & integre reſponderi, adhibitis ad hec ſollempnitatibus debitis atque conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum & actum *Maguncie* in ambitu pretacte eccleſie beate *Marie* nobis inibi hora completorii ad jura reddendum pro tribunali ſedentibus, anno Domini M° CCCC° LXI. die vero *Mathie* XXV. menſis Februarii, preſentibus ibidem honorabili domino *Nicolao Nachtſcheide* vicario perpetuo in prefata eccleſia beati *Martini* & *Petro Korz* notario jurato ſancte ſedis Moguntine teſtibus ad premiſſa vocatis atque rogatis.

Anno MDV die Veneris ſecunda menſis Maji *Ludovicus* de *Iſenburg* comes in *Budingen* praeſentat *Petrum Newn* ad parochialem eccleſiam in *Udenhain* vacantem per obitum *Johannis Scheyb.*

CXXIII.

Conceſſio indulgentiarum capellae in Spilberg.

Olibrius Sabinenſis epiſcopus, *Ludovicus Johannes* tit. *Sanctorum quatuor coronatorum*, *Baptiſta* tit. *ſanctorum Johannis & ſancti Pauli*, *Guillermus* tit. *ſancte Pudentiane*, *Dominicus* tit. *ſancti Nicolai inter Ymagines*, *Johannes* tit. ſancte virginis *Marie* in *Transtiberis* presbiteri. *Franciſcus S. Euſtachii*, *Raphael S. Georgii ad velum aureum*, *Johannes S. Marie* in Dampnica & *Fridericus S. Theodori*, diaconi miſeracione divina ſancte Romane eccleſie cardinales univerſis

&

& ſingulis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera caritatis invitantur, tanto ſalubrius etiam animarum ſaluti providetur. Cupientes igitur ut capella S. *Jacobi* apoſtoli ſita in villa Spilberg Mogunt. dioc. ad quam ſicut accepimus, dilectus nobis in Chriſto *Conradus Preſſer* laicus ejusdem dioc. qui in ipſa capella unam miſſam ebdomadalem celebrandam inſtituiſſe dicitur, ſingularem gerit devotionem, congruis frequentetur honoribus & Chriſti fidelibus jugiter veneretur ac in ſuis ſtructuris & edificiis debite reparetur, conſervetur & manu teneatur nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis eccleſiaſticis ac rebus aliis pro divino cultu ibi neceſſariis decenter muniatur, utque Chriſti fideles ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant, ad eandem dictam reparationem, conſervationem, manutentionem ac munitionem hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex his ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos; nos cardinales prefati, videlicet, quilibet noſtrum per ſe ſupplicationibus dicti *Conradi Preſſer* nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus utriusque ſexus vere penitentibus & confeſſis, qui dictam capellam in ſingulis, videlicet *Paſce*, *Reſurrectionis* Dominice, ſancti *Johannis Baptiſte* proxime ſequentibus feſtivitatibus & diebus à primis veſperis usque ad ſecundas veſperas incluſive devote viſitaverint annuatim & ad premiſſa manus porrexerint adjutrices, pro ſingulis feſtivitatibus ſeu diebus prefatis, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus preſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem literas noſtras hujusmodi fieri, noſtrorumque ſigillorum juſſimus appenſione communiri. Datum *Rome* in domibus noſtris anno à nativitate Domini milleſimo quingenteſimo, die vero prima menſis Februarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Alexandri* divina providentia Pape ſexti anno octavo. *Jo. de Madrigal.*

CXXIV.

Facultas permutandi eccleſiam parochialem in Krumpach cum altari S. Joannis Bapt. in Wyniges.

Dietherus Dei gratia &c. honorabili nobis in Chriſto devoto & fideli *Conrado Wencken* rectori altaris S. *Johannis Baptiſte* ſiti in capella ejusdem ſancti in *Wyniges* noſtre dioc. ſalutem in Domino ſempiternam. Conſuevit paſtoralis pietatis circumſpecta clemencia deſide-

ria juſta petencium congruo amplecti favore & votis eorum que à racionis tramite non diſcordant libenter ſe propiciam exibet & benignam, cum itaque hodie tu parrochialem eccleſiam in *Krumpach* & devotus nobis dilectus *Johannis Wenck* altare prefatum que tunc temporis obtinebatis, deſiderantes illa ex certis racionabilibus cauſis invicem permutare in manibus noſtris ex cauſa permutacionis hujusmodi ſponte & libere reſignaveritis nosque reſignaciones ipſas duxerimus admittendas nos votis tuis in hac parte favorabiliter annuentes tibi altare predictum per hujusmodi reſignacionem dicti *Johannis Wencken* vacans cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis auctoritate noſtra ordinaria & tenore preſencium conferimus & de illo eciam providemus & quoniam plerisque eccleſie noſtre Maguntin. impediti negociis preſencium ulteriori executioni intendere non poſſumus, idcirco honorabili nobis in Chriſto devoto & fideli *Georgio Pfintzing* Prepoſito eccleſie beate *Marie* virginis ad *Gradus* Maguntin. precipimus atque mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum tuo nomine ad hoc legitime conſtitutum per ſe ipſum vel alium in corporalem poſſeſſionem dicti altaris juriumque & pertinenciarum predictorum inducat & defendat inductum ac faciat tibi vel procuratori tuo de ipſius altaris fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi, contradictores & rebelles auctoritate noſtra prefata per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum *Steinheym* die quinta decima menſis Septembris anno &c. LXXVII.

CXXV.

Dotatio capellae in Wenings.

Ich *Herman* herre zue *Lyesberg*, *Elſe* min eliche wirtin und alle unſir erbin bekennen offinlich an deſim brife, daz wir durch Godis willen lutirlichen zu troſte unſir ſelen, allir unſir alt fordern und nachkumelinge gegebin han und geben mit deſim brife daz gut zu dem *Werniz*, daz da heizſit daz eygin in dorfe und in felde, irſucht und unirſucht, darzu den cleynen zehinden und darzu al ſoliche gulde, als jerlichen gefellit, uffe ſente *Mertins* dag zu *Flosbach* zu dem *Wenigiz*, zu *Erkin Fridiz* und zu dem *Werniz* die da heizſit gemeine mercke die da gefellit van wiſin und eckirn, die da van gemeinen buſchen gemacht ſin, mit allem dem rechten alz iz an unz kumen iſt und wir iz hiz da her gehabit han, daz da unvergiftit iſt, zu einer cappellen und zu einir ewigin meſſe die wir mit Godiz hilfe willen han zu machen zu dem *Wenigis*. Auch bekennen wir *Heinrich* van

Yſen-

Tſenburg, herre zu *Budingen* und frauwe *Alheit* unſer eliche wirtin für unz und alle unſir erbin wanne daz *Wenigis* und die vorgenante gülde an unz gefellit, daz wir ſy gegebin han und gebin mit deſim brife zu der vorgnanten cappellen und meſſin alz furgeſchribin iſt eweclichin alſo beſcheidelichin, daz man dieſelbin cappellin buwen und wyhen ſol yn die ere der hochgelobten jungfrawin ſente *Marien* und ſente *Anthonius* und ſol ich *Herman* vorgenantir herre zu *Liesberg* die egenanten cappellen lyhen und gebin, alz lange alz ich gelebin und daz Wenigis inne han, wanne abir her *Heinrich* herre von *Tſenburg* oder ſine erbin daz Wenigis geloſin odir ich an lebene nit me enbin, ſo ſollen her und ſine erben die vorgenanten cappellen lyhen und gebin eweclichin ane anſprache und hinderniſſe min und allir miner erbin. Dez zu merer ſichirhett und ewigin orkunde han ich *Hermann* herre zu *Liesberg*, *Elſe* min eliche wirtin und wir *Heinrich* van *Tſenburg* herre zu *Budingen* und fraw *Alhett* unſir eliche wirtin unſere ingeſigil ſementlich an deſin brief gehenkit fur unz und alle unſir erbin; und ich *Johan* van dem *Wenigiz*, *Elſe* min eliche wirtin und alle unſir erbin, bekennen offinlich daz wir durch Godiz willin, zu droſte unſir ſelen gegebin han und gebin mit deſim brife zu der vorgenannten capelle und meſſen eyn halbe hube eygintz mit allim dem daz darzu gehorit in felde und in dorfe, irſucht und unirſucht die da lyt zu dem *Weniz* zu aller nehiſt obene an der kirchen und han ich dez zu orkunde mein ingeſigil fur mich, min eliche wirtin und fur alle unſir erbin an deſin brif gehenkit. Actum & datum feria tercia poſt diem beati *Bonifacii* anno Domini M° CCC° quinquageſimo primo.

CXXVI.

Praeſentatio ad cappellam B. M. V. in Wernis.

Honorabili viro Prepoſito ſancte *Marie* virginis ad *Gradus* Mogunt. ſeu ejus in hac parte vices gerenti *Dietherus* de *Iſenburg* & dominus in *Budingen* quicquid poterit reverencie & honoris. Ad capellam beate ac glorioſe virginis *Marie* in *Wirniſs* ſitam in terminis parrochie *Flasbach* vacantem ex libera reſignacione *Frederici Stadelman* presbiteri noviſſimi rectoris, cujus jus patronatus ſeu preſentacio quotiens & quando eam vacare contigerit, ad nos & ad noſtros heredes pleno jure dinoſcitur pertinere, diſcreto *Hermanno Sutoris* clerico pure ac ſimpliciter contulimus propter Deum, rogantes venerabilitatem veſtram ſtudioſe cum affectu, quatenus prefatum Hermannum per nos vobis in Dei nomine preſentatum cum omnibus & ſingulis ſibi de veſtro officio neceſſariis inveſtiatis & inveſtiri dignemini, adhibitis circa

hec ſolempnibus debitis & conſuetis. In cujus preſentacionis veritatem ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum in teſtimoninm premiſſorum. Datum anno Domini M° CCCC° XXXVII° feria ſexta poſt feſtum *circumciſionis Domini.*

Eodem anno, die undecima menſis Januarii officialis Praepoſiti B. *Mariae* V. ad *Gradus* publicum proclamationis edictum ſuper praefata praeſentatione direxit ad archipresbyterum & camerarium ſedis *Roſsdorff* ac plebanum in *Flaſsbach*, ut omnes ac ſingulos ſua intereſſe putantes citarent ad diem ſabbathi proximam poſt diem *converſionis ſancti Pauli.*

CXXVII.

Capella SS. Johannis & Antonii in Wernis erigitur in parochialem eccleſiam.

Adolffus Dei gracia ſancte Magunt. ſedis electus & confirmatus ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius ac princeps elector ad futuram rei memoriam. Cum eccleſiaſtici paſtoris ſit officium juxta temporum qualitates gregem ſuum celeſti pabulo hoc eſt divini cultus frequentacione fideliter inſtruere, aciemque cogitacionis ad hoc extendere, ut nunc nova inſtruant, nunc inſtaurata ſalubrius diſponant & ordinent, quo rectiori ordine cuncta dirigantur. Videmus etenim frigeſcente ubilibet devocionis zelo temporumque cauſante malicia in noxam vergere occaſionem mali prebere, que veteres tam ſalubriter tamque pie ſtatuerunt. Habent ſacra patrum decreta, ut matrix eccleſia à ſubditis ſuis crebrius viſitetur, cum autem nonnumquam in minime munitis locis matrices conſiſtant eccleſie absque periculo viſitare, ibidem ſacramenta percipere & divinis intereſſe, ut proh dolor dietim conſpicimus, incurſus prohibent hoſtiles, ut variis, quibus loca ipſa ſubjiciuntur, periculis populus progreditur extra loca munita divina auditurus; verum quia matrix eccleſia opidi *Wenigis* noſtre dioceſis non in ipſo opido, ubi locus munitus eſt, ſed in villagio *Floſsbach* deſolato, minime munito non modice diſtante ab ipſo opido conſiſtit, & populus ſine multis periculis matricem eccleſiam commode & tute viſitare nequit; ut autem incole & homines prefati opidi divinis tutius intereſſe, ſacramenta percipere & oraciones ſuas, quas Deus liberas eſſe amat, intrepide poſſint perſolvere, hujus ſcripti patrocinio fontem baptismalem aliaque inſignia quoad baptiſterium & ad miniſtracionem alio-

rum eccleſiaſticorum ſacramentorum in capella ſanctorum *Johannis Baptiſte* & *Antonii* confeſſoris ſita in prefato opido *Wenigis*, dempta ſola eccleſiaſtica ſepultura mortuorum, quam in cimiterio contiguo capelle beate Marie virginis glorioſe in *Wernis* prope ipſum opidum ereximus & in Dei nomine erigimus, volumusque propterea & ordinamus, quod devotus noſter in Chriſto dilectus *Johannes Wilhelmi* modernus & illius ſucceſſores pro tempore ipſius eccleſie parrochialis rectores deinceps & in antea ſingulis perpetuis futuris temporibus omnia & ſingula eccleſiaſtica ſacramenta ac parrochialia jura in ipſa capella ſanctorum *Johannis* & *Anthonii* in Wenigis, dempta eccleſiaſtica ſepultura decedencium, quam in cimiterio contiguo capelle beate *Marie* in *Wernis* miniſtrare & exercere, ipſamque capellam ſanctorum *Johannis* & *Anthonii* dicte parrochialis eccleſie parrochiani viſitare debeant & teneantur, prout hucusque in ipſa parrochiali eccleſia in *Floſsbach* miniſtrare, exercere & viſitare tenebantur & conſueverunt; iſto tamen adjecto, quod nichilominus modernus ac dicte eccleſie parrochialis in *Floſsbach* pro tempore rector ordinabit per ſe vel alium abilem & ydoneum deinceps eciam perpetuis futuris temporibus ſingulis menſibus duas, unam de tempore & aliam pro defunctis, miſſas in ipſa eccleſia parrochiali celebrandas, ac quod ſingulis quindenis per ipſam eccleſiam parrochialem & illius cimiterium aqua benedicta aſpergatur ac pro refrigerio Chriſti fidelium inibi in Domino quieſcencium in ipſa eccleſia lampas ſive lumen perpetuum habeatur & ordinetur; alioquin hujusmodi noſtras erectionem, voluntatem & ordinacionem nullius volumus eſſe roboris vel momenti, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio literarum. Datum *Eltvil* die quarta menſis Octobris anno Domini milleſimo, quadringenteſimo ſexageſimo quarto.

Ad mandatum Domini Maguntini *Jo. Stube* ſecretarius.

Anno MCCCCLXXXII. in die *Andrae* apoſtoli *Ludewicus* de *Iſenburg*, comes in *Budingen Johannem Nithart* clericum ad officiatum cappellae beatae *Mariae* virginis in *Wirns* prope oppidum *Wenigs* nominatum ad ſacros ordines ſuſcipiendos commendat.

Anno MDIV. die viceſima ſecunda Julii. Idem comes *Ludewicus* ad capellam ſancti *Johannis Baptiſtae* in oppido *Wenigs* ſitam praeſentat *Ludwicum Petri*.

Anno MDXVII. die ſeptima Martii *Johannes* de *Iſenburgk* comes in *Budingen* Praepoſito *B. M. V.* ad *Gradus* praeſentat ad ſacellum divae virginis *Mariae* in *Werns* prope *Wenings Philippum Wonen*, qui praevio proclamationis edicto viceſima ſexta Martii nactus eſt realem & actualem poſſeſſionem.

Anno MDXXXIII. decima die Decembris *Joannes* eccleſiae Fuldenſis abbas electus & confirmatus Romanae imperatricis archicancellarius per Germaniam & Galliam primas comes & dominus in *Hennenberg* & *Anna* ab *Iſenburg* domina in *Budingen* comitiſſa oriunda à *Schwartzburg* vidua, tutor, mater & tutrix generoſi quondam domini *Joannis* ab *Iſenburg* comitis in *Budingen* piae memoriae relictorum liberorum Praepoſito B. *Mariae* virginis ad *Gradus* praeſentat ad praedictum ſacellum *Henricum Geiling* ab *Altheim*.

§. XIV.

Item in Gaudern.

Paſtoria habet paſtorem. Item ibidem altare beate *Marie* virginis & habet altariſtam. — Et habet filiales eccleſias in *ſuperiori*, *mediocri* & *inferiori Symen* & in *Volkaltshen* quas plebanus officiat.

In Swikershuſen.

Paſtoria habet paſtorem & habet capellam ſub ſe in *Liesberg*.

In Budingen.

Paſtrices moniales in *Mergenbrun*. — Ibidem plebanus. Ibidem capellanus capelle in caſtro *Büdingen*.

Item

Item ibidem capellanus capelle ſancte *Marie* in oppido *Budingen.*

Item capellanus capelle corporis Chriſti extra oppidum *Budingen.* — Item ibidem altariſta in eccleſia parochiali.

Item ibi eſt prope una capella que dicitur in *Hong* & dicitur quod non ſit dotata.

Item ibidem Primiſſarius. — Item capella in *Buchis.*

Item nota, quod honorabilis dominus *Johannes* de *Selheim* Prepoſitus eccleſie beate *Marie* ad *Gradus* Maguntinenſis plebanum in *Geylnhuſen* oppido, qui eſt de conventu monaſterii in *Selbold* ordinis Premonſtratenſis ad obedientiam & jurisdictionem dicte ſue Propoſiture reducere volens, cui dominus abbas in *Selbold* ſe oppoſuit, ſuper quo ipſi ambo ad cauſam devenerunt coram dominis judicibus ſancte Maguntine ſedis, tandem prefati domini Abbas & Prepoſitus concordati fuerunt per amicos eorum & inter ipſos pronuntiatum fuit, quod plebanus in *Geilnhuſen* pro tempore inſtituendus preſentari debet domino Prepoſito beate *Marie* predicte & ab eodem inſtitui & inveſtiri & ſub jurisdictione ſua & prepoſiture ejusdem eſſe, capitula & ſynodos viſitare in ſede *Roſtorff.* Altariſte vero in *Geilnhuſen* qui etiam de eodem ſunt & ſancta ſynodus laycalis in eodem oppido ad dominum Abbatem ſpectant & pertinent prout hec in litteris deſuper confectis plenius continetur.

Summa eccleſiarum parochialium in illa ſede, quarum quelibet ad minus habet unum videlicet plebanum, XXXVI.

Summa capellarum & altarium dotatorum XXXXII.

Summa ſummarum beneficiorum ambarum ſedium. CCLXXXII.

Confir-

Confirmationem beneficii eccleſiaſtici ab *Hermanno* de *Liebsperg* fundati in caſtro *Libsberg* ab *Henrico* Archiep. Mog. an. MCCCXLV factam vid. apud *Gud. Tom. III. pag.* 331.

CXXVIII.

Confirmatio fundationis altaris B. Mariae virginis in Büdingen.

Ditherus Dei gratia &c. ad perpetuam rei memoriam. Juſtis & humilibus petencium deſideriis libenter annuimus & ſanctis atque piis eorum votis que divini honoris incrementum reſpiciunt & affectionem pietatemque Chriſti fidelium in eccleſiam Dei reddunt ferventiorem, benignos & placitos nos exhibere ſolemus. Exhibita ſiquidem nuper nobis peticio pro parte nobilis & generoſi nobis in Chriſto dilecti *Ludowici* de *Iſembergk* comitis in *Budingen* fratris noſtri Germani cariſſimi continebat, quod olim quidam dictus *Sunderheyntz* civis & incola opidi *Budingen* noſtre dioc. animadvertens, ſi aliquid liberalitatis pro honore cultuque divino amplificando contuliſſet, ſecundum evangelicam veritatem centuplum in conſpectu divine majeſtatis ſe recepturum, ac volens altiſſimo Deo pro donis & beneficiis in eum à celeſti numine collatis memorem ſe ac gratum reddere, altare in honore ſancti *Jacobi* in capella beate *Marie* virginis in dicto opido *Budingen* collocatum ſua impenſa fundavit atque ſufficienter pro unius ſacerdotis ſuſtentacione dotavit beneficium ſimplex & perpetum cum certis annuis fructibus redditibus atque proventibus, veluti hec omnia documentis, inſtrumentisque publicis plenarie continetur, illic ordinari cupiens ac fratrem noſtrum *Ludowicum* comitem prefatum ejusmodi ſue pietatis atque voluntatis executorem conſtituit, juris patronatus quod ſibi ipſi reſervari potuiſſet, facultatem ad ipſum transferens, qui dehinc predicto *Sunderheyntz* rebus exemplo humanis omnia premiſſa fideliter ac plenarie adimplevit. Quare pro parte dicti *Ludowici* de *Iſemborgk* ac comitis in *Budingen* fratris noſtri fuit nobis humiliter ſupplicatum ut fundacionem, dotacionem ac translacionem hujusmodi ratas firmas & gratas habentes ac pro earum ſubſiſtentia firmiori robur confirmacionis noſtre adjicere & alias ſuper hiis oportune auctoritate noſtra ordinaria providere dignaremur. Nos igitur de premiſſis plenarie informati ac ea omnia & ſingula per diligentem informacionem vera eſſe inventes hujusmodi ſupplicationibus inclinati, fundacionem, dotacionem & translacionem hujusmodi ſecundum vim formas & tenores earundem & alia omnia & ſingula premiſſa eadem auctoritate noſtra laudamus

corro-

corroboramus, approbamus & confirmamus & nichilominus pro potiori cautela & voluntate dicti *Sunderheyntz* firmiori implemento, beneficium simplex & perpetuum altaris prefati de dictis fructibus redditibus & proventibus instituimus erigimus & ordinamus, ac *Lodowico* de *Isenborgk* fratri nostro comiti prefato ac heredibus & in dicto comitatu de *Budingen* successoribus suis perpetuis de hinc futuris temporibus jus patronatus reservamus, ita quod ipse *Ludowicus* frater noster & heredes atque successores ejus in dicto comitatu ut prefertur pro tempore existentes quotienscumque dictum beneficium perceſſum vel deceſſum vel alio quovis modo vacare contigerit personam abilem vel ydoneam ad ipsum beneficium in perpetuum illius rectorem instituendum Preposito ecclesie beate *Marie* virginis ad *Gradus* in civitate nostra Maguntin. pro tempore existenti vel officiali ejus infra tempus patronis laicis à jure concessum legitime presentent; volumus autem & auctoritate nostra prefata decernimus & declaramus quod per fundacionem dotacionem translacionem istam & erectionem hujusmodi nullum prejudicium plebano dicte ecclesie nunc & pro tempore existenti generetur, sed omnia & singula jura sua parochialia sicut antea illesa intacta inviolataque perpetuis futuris temporibus permanere. Harum nostrarum quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio litterarum. Datum *Aschaffenburgi* vicesima septima mensis Decembris anno &c. LXXVII.

CXXIX.

Ecclesia in Büdingen incorporatur monasterio Mariaeborn.

Heinricus Dei gratia sancte Maguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius universis & singulis presentes litteras visuris & audituris salutem & sinceram in Domino charitatem. Ex parte religiosarum & in Christo nobis dilectarum abbatisse & conventus sanctimonialium cenobii seu monasterii *Fontis* sancte *Marie* Cistercienſis ordinis nostre diocesis nobis extitit humiliter supplicatum, ut ad donacionem & adpropriacionem, quas olim nobilis vir *Ludwicus* de *Isenburg* & *Hedwigis* conjuges pie memorie concorditer, dum adhuc viverent, ob suarum nec non suorum progenitorum ac etiam heredum animarum omnium remedium & salutem de ecclesia parochiali in *Budingen* dicte nostre dioc. nec non jure patronatus ejusdem ecclesie seu jure presentandi rectorem ad ipsam quotiéns eam vacare contigerit, sibi ad meliorandam tenuitatem prebendarum suarum, que adeo tenues & exiles fore dinoscuntur, quod absque hujusmodi & aliis charitativis Christi fidelium subsidiis eedem sanctimoniales sustentari nequeant, pure & simpliciter propter Deum fecerunt, & quas postea nobiles viri

quondam *Lutherus* de *Iſenberg* pie memorie, ſimiliter dum vixit, nec non *Heinricus* & *Philippus* fratres ejus liberi cum ipſo *Luthero* etiam concorditer in ipſas donacionem & adpropriacionem conſencientes ratificaverunt, noſtrum vellemus benevolum adhibere conſenſum, ipſam quoque eccleſiam dictis abbatiſſe & conventui ſeu ſanctimonialibus & earum monaſterio predicto incorporare noſtra auctoritate ordinaria dignaremur; nos igitur hujusmodi ſupplicationibus earum favorabiliter annuentes & in hoc Deo gratum ſperantes obſequium exhibere, ad prefatas donacionem & adpropriacionem, que rite & racionabiliter facte ſunt, prout de hoc per litteras predictorum de Iſenburg nobis facta extitit plena fides, noſtrum conſenſum expreſſum adhibuimus & in his litteris adhibemus, ipſamque eccleſiam cum ſuis cappellis nec non aliis ſibi adnexis & pertinentiis eo jure quo dicti de Iſenburg eam tenuerunt & poſſederunt dictis ſanctimonialibus & earum monaſterio in Dei nomine incorporamus & annectimus tenore preſencium & unimus, dantes ipſis abbatiſſe & conventui plenam & liberam poteſtatem, poſtquam predictam eccleſiam per mortem ſeu liberam reſignacionem paſtoris ipſam nunc tenentis vacare contigerit, fructus, redditus, obvenciones, proventus & jura quecunque alia ipſius eccleſie vice & nomine paſtoris tollendi, percipiendi ac de ipſis pro earum uſibus & voluntate libere diſponendi ac cappellas dicte eccleſie annexas & ſubjectas, cum vacaverint, ſi & tanquam dicti de Iſenberg eas contulerunt, conferendi ſalva debita porcione predicte eccleſie vicario perpetuo adſignandi, per quam jura papalia, epiſcopalia, archidyaconalia, ſolvere, hoſpitalitatem tenere & alia quelibet ſibi incumbencia onera valeat ſupportare; cujus quidem porcionis moderacionem & declaracionem nobis & noſtris ſucceſſoribus in poſterum reſervamus, juribus eccleſie, papalibus, noſtris, ſucceſſorum noſtrorum, eccleſie noſtre Maguntinenſis nec non archidyaconalibus in omnibus ſemper ſalvis. Volumus inſuper ut dotes, ſi quedam ad aliquam capellarum ipſi eccleſie in *Budingen* annexarum adſignate ſunt, apud eas, ſicut hactenus pro ipſorum cappellanorum ſuſtentacione permaneant absque diminucione qualibet & ſerventur. In cujus rei evidenciam & perpetuam roboris & teſtimonii firmitatem ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Aſchaffinburg* quarto idus Septembris anno Domini CIↃCCCXXXXI.

CXXX.

Capitulum Mogunt. conſentit in dictam incorporationem.

Nos *Johannes* Dei gratia decanus totumque capitulum eccleſie Maguntinenſis recognoſcimus publice ac eciam ad univerſorum noticiam dedu-

deducimus per preſentes, quod nos matura deliberacione prehabita ad incorporacionem eccleſie parochialis in *Budingen* Maguntinenſis dioc. per reverendum in Chriſto patrem ac dominum *Heinricum* Archiepiſcopum Magunt. religioſis & in Chriſto nobis dilectis abbatiſſe & conventui ſanctimonialium cenobii ſeu monaſterii in *Marienborn* factas, prout in litteris ejusdem domini noſtri Archiepiſcopi, cui preſens hec noſtra transfixa eſt littera, continetur, conſenſum noſtrum & favorem expreſſum & benevolum adhibuimus & preſentibus adhibemus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri capituli preſentibus eſt adpenſum. Datum apud eccleſiam ſancti *Victoris* extra muros Magunt. XII. calend. Decembris anno Dni CIↃCCCXXXXI.

CXXXI.

Recognitio monaſterii ſuper facta incorporatione.

Nos ſoror *Alheidis* dicta abbatiſſa & conventus eccleſie *Fontis* ſancte *Marie* ordinis Ciſterc. Mog. dioc. recognoſcimus per preſentes publice profitendo, quod nos eccleſie Moguntine in feſto beati *Martini* proximo affuturo & in antea ſingulis annis in eodem feſto videlicet beati *Martini* duas libras cere dare & preſentare promiſimus & promittimus per preſentes ex eo quod decanus & capitulum eccleſie Moguntine predicte incorporationi eccleſie parochialis in Büdingen nobis & dicto monaſterio noſtro per reverendum in Chriſto patrem ac dominum noſtrum dominum *Heuricum* Archiepiſcopum Mog. facte favorabiliter conſenſerunt. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni M° CCC° XLII° in dominica, qua cantatur *Jubilate.*

CXXXII.

Confirmatio beneficii capellae B. Mariae V. ibidem.

Gerlacus Dei gracia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis ad quos preſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtauracionem, fundacionem, ereccionem & dotacionem beneficii capelle in opido *Budingen* noſtre dioceſis in honorem glorioſiſſime virginis *Marie* per nobiles *Heinricum* de *Iſenburg* dominum in *Budingen* & *Alheidim* conthoralem ſuam legitimam cum ſufficientibus redditibus pro congrua ſuſtentacione miniſtrantis pietatis motu factas dummodo ſine prejudicio eccleſie parochialis, in cujus terminis dicta capella extitit ſituata, & cujuslibet alie-

ni juris injuria facte ſint, ratas habentes & gratas, easque auctoritate noſtra ordinaria & ex certa ſciencia preſentibus in Dei nomine perpetuando confirmamus, jus patronatus ſeu preſentandi ad dictum capelle beneficium quociens ipſum vacare contigerit, hiis, quibus in litteris dotacionis eſt aſſcriptum, reſervantes, harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum *Heilginſtadt* die viceſima ſexta menſis Auguſti anno Dni CIↃCCCLXVII.

CXXXIII.

Conceſſio facultatis extruendi novam capellam B. M. V.

Adolffus Dei gratia poſtulatus Archiepiſcopus Magunt. Epiſcopus Spirenſis univerſis ad quos preſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Ut cappella lignea beate *Marie* virginis ſita in oppido *Budingen* noſtre Magunt. dioc. violari & alia loco illius ibidem jam fundata conſecrari, dummodo absque prejudicio plebani illius loci hoc fiat, auctoritate noſtra gracioſius indulgemus per preſentes. Inſuper in dicta capella jam de novo fundata ſuper ara portatili conſecrata divina miſſarum ſolempnia per ſacerdotes habiles & ydoneos licite valeant celebrari, ſervatis tamen ſervandis tempore & ceſſacionis divinorum & interdicti, tamdiu donec dicta cappella & altare in eadem fuerint conſecrata, dicta noſtra auctoritate eciam gracioſius indulgemus. Datum *Dypurg* tercia die menſis Novembris anno Dni MCCCLXXVII.

CXXXIV.

Translatio dictae capellae in novam Baſilicam.

Johannes Prepoſitus eccleſie ſancti *Stephani* Magunt. & Jacobus decanus eccleſie SS. *Mariae* & *Georgii* Franckenfurd. commiſſarii à reverendiſſimo in Chriſto patre ac dno dno *Ludwico* Archiepiſcopo ſancte ſedis Magunt. ad infra ſcripta ſpecialiter deputati, univerſis ad quos preſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Ut altare & beneficium capelle lignee in opido *Budingen* Magunt. dioc. in honorem glorioſiſſime virginis *Mariae* per nobiles dominum *Henricum* de *Iſenburg* & dominam *Alheydin* conthoralem ſuam legitimam inſtaurata, erecta & dotata & per quondam bone memorie dominum *Gerlacum* Archiep. Magunt. perpetuandum confirmata transferantur abinde ad Baſilicam novam in eodem opido lapideam, quaſi ſibi contiguam conſtructam, dummodo ſine prejudicio eccleſie parochialis, in quibus terminis dicta Baſilica extitit ſituata & cujuslibet alieni juris injuria ſit facta,

auctoritate nobis in hac parte commiſſa preſentibus indulgemus & ipſum altare & beneficium per certos redditus dotatum in Dei nomine, ut ſic translatum perpetuandum confirmamus, jus patronatus ſeu preſentandi ad dictum capelle beneficium quociens ipſum vacare contigerit, hiis quibus in litteris dotacionis eſt aſcriptum reſervantes. Datum *Franckenſurt* ſub ſigillo noſtri judicii anno Domini CIↃCCCLXXVIII. ipſo die decollacionis beati *Johannis Baptiſte.*

CXXXV.

Fundatio altaris in capella B. Mariae virginis ibid.

In Godes nahmen amen. Gut iſt das anbegynne, damidde man mag Godes hulde gewinnen. Wenn das nu in der Werlde geſchicht, das vergengliche und vergeſſinliche iſt mit den lüden, ſo iſt noit, was gantz und ewig ſall ſin, das man das feſticliche beſtedige und beſchribe, want der brieve gedechtniſſe lenger weret und ewiger iſt dann der lüde; darumb ſy kunt allen den, die dieſen briev ſehen, horen ader leſen, das wir *Johann* von *Iſenburg* herre zu *Budingen* und wir *Margretha* ſin eliche huſsfrauwe mit beradem muthe vor uns unſer erben und alle unſer nachkommen mit wiln und verhengniſſe des erwirdigen in Got vater und herrn herrn *Johans* ertzbiſchoff tzu Mentze des heiligen ſtuls und mit willen unſers pharres tzu *Budingen* als ſin briev daruber beſiegelt gegeben innhelt, ſo han wir lutterliche umb Gott und heyle unſer unſer aldern ſeelen unſer lieben frauwen tzu eren und allen glaubigen ſeelen tzu troſt gemacht, geſtifftet, gewydmet und begabit mit zugifft herrn *Chriſtians* von *Friedeberg* unſers ſchribers und getruwen eyn altare in unſer frauwen cappellen tzu *Büdingen* in der ſtaid gelegen das gewiet iſt in ere ſante *Martins* und ſante *Eualdes* der heiligen biſſoff und ſante *Doratheen* der heiligen jungfrauwen in der pfarre tzu *Budingen* gelegen recht und redeliche mit dieſem geinwärtigen unſerm brieff und mit den güder gülden, tzinſen und gefällen die hernach geſchreben ſteen, die wir und herr Chriſtian vorgenant dartzu gemacht, geſaſt und gegeben han kuntliche, ledicliche und gentzliche an alles geverde und hinderniſſe. Tzum erſten han wir *Johann* und *Margretha* obgenant tzu dem vorgenanten altare gegeben drye ſeyle des tzehenden tzu *Larbache* und eyn ſeyle des tzehenden tzu *Wehuſen*, dru morgen wieſen oder mee nydewendig dem ſteyn wege gelegin, die man nennit dy Nieſsmannswieſe. Eyn gebuete wonunge halb by dem burggraben und der beitzſtuben tzu *Budingen*, dieſelben wonnunge wir das halb theil und herr *Chriſtian* das ander halb teill tzu dem altare gegebin han, mit ſolichem underſchei-

de, das herr *Chriſtian* vorgenant ſich derſelben wonunge mit ir zugehörniſſe ſall und mag gebruchen und die behalten ſin lebtage an hinderniſs eyns iglichen und wann he von dodeswegen abeginge, ſo ſall darnach von ſtund eyn iglicher altariſte des vorgenanten altars ſich der wonnunge gebruchen eyner nach dem andern ewigliche, und eyn hoffe mit ſyner zugehörniſſe tzu *Diepach* unter dem hauge gelegen den *Heintze Nuland* inne hait und von den Babiſten herkomt den wir gefryet und unbedehafftig gemacht han ewigliche; und drye vierteill wingarten ader mee gelegen by dem baume off dem payde gein *Orthinberg* ſo hat herr *Chriſtian* vorgenant tzu dem obgenanten altare gekaufft und gegeben vierthehalben morgen wieſen ader mee gelegen tzum *Buchis* by der mollen die der von *Erlebach* ware, vier morgen wieſen tzum *Buchis*, die he gekaufft hait umb *Henne von Selbult* in tzweyen ſtucken an ydem ſtucke tzwene morgen, eyn morgen wieſen under dem Eichelberge den he gekaufft haid umb Peter Niclas und ein morgen wieſen niedewendig dem ſteynwege off der *Symon* den he gekaufft haid umb *Brumanns Kinde*, und ſall auch eyn igliche altariſte des vorgenanten altaris, der itzunt iſt, ader hernach kommen mag ader eyn ander erber prieſter den hee datzu an ſin ſtaid biddet ader ſchicket alle wochen halden und begeen tzwo geſungen meſſe mit nahmen alle ſambſtage eyn in ere unſer lieben frauwen und alle mandage tzu troſte und tzu hülffe allen glaubigen ſeelen, doch unſchedelichen der pharre zu *Büdingen* und eym pharner an irn fryheiden und rechten und auch hoch getzyde uſsgenomen und verslaunge des geſanges von den oberſten, und wann alſo ceſſatio were, ſo ſolln die tzwe meſſe off die vorgenanten dage wochelichin geleſen werden, alſo das der keyn verſumet werde und affter den tzweyn meſſen ſo ſall und mag eyn altariſte des vorgenanten altaris meſſe leſin wann hee datzu gnade hait als andern altariſten recht und gewonheit iſt, vor uns unſer aldern und tzulegir des altaris getruwelichen bidden, das dieſe vorgeſchriben begabunge, wydemunge, ſtifftunge und machunge des egenanten altaris mit den vorgenanden guden und nutzen die wir und herr *Chriſtian* datzu gegeben und gemacht han von uns alle unſern erben und nachkommen bliebe gantze, ſtede, veſte, unverwandelt und unverbrochin; ſo haben wir *Johann* und *Margretha* von *Iſenburg* obgenannt unſer iglichs ſin ingeſiegel an dieſen brieff feſtiglichen thun hencken. Datum anno Domini CIↃCCCLXXXXIX. ſexta feria proxima poſt Epiphaniam Domini.

CXXXVI.

CXXXVI.

Confirmatio Archiepiſc. praedictae fundationis.

Johannes Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis & ſingulis ad quos preſentes noſtre littere pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtauracionem, ereccionem, dotacionem altaris conſecrati in honore ſancti *Martini*, ſancti *Theobaldi* & ſancte *Dorothee* in capella beate *Mariae* virginis opidi *Büdingen* ſiti in eccleſia parochiali *Büdingen* noſtre dioc. per nobilem noſtrum dilectum *Johannem* de *Iſenburg* dominum in *Budingen* & *Margretam* ejus legitimam conthoralem pietatis motu cum certis ſufficientibus redditibus prout in litteris authenticis donacionis hujusmodi pro ſe & eorum heredibus & ſucceſſoribus nec non rectoribus nunc dicte parochialis eccleſie *Budingen* ſigillis ſigillatis & coram nobis productis plenius continetur, factas, dummodo absque prejudicio dicte parochialis eccleſie nec non rectorum ſuorumque ſucceſſorum & cujuslibet alterius alieni juris injuria facte ſint — ratas — jus preſentandi, quociens dictum altare vacare contigerit, dicto Johanni ſuisque heredibus aut illi vel illis cui vel quibus in litteris dotacionis deſuper confectis exſtat, reſervantes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Lyntheim* anno Dni CIↃCCCLXXXXVIIII. ipſo die beati *Thymothei* apoſtoli.

CXXXVII.

Conſenſus plebani ad eandem fundationem.

Ego *Rupertus* plebanus in *Budingen* recognoſco & profiteor publice per preſentes omnibus & ſingulis quorum intereſt ſeu intererit quomodolibet in futurum, me preſtitiſſe ac dediſſe meum plenum conſenſum ac voluntatem ad conſtituendum & fundandum de novo unum altare in honore ſancti *Martini* epiſcopi, ſancti *Theobaldi* & ſancte *Dorothee* in capella beate *Marie* virginis que in mea parochia dinoſcitur eſſe ſituata, ad majorem certitudinem mei conſenſus & voluntatis ſigillum meum proprium duxi preſentibus appendendum in evidens teſtimonium premiſſorum. Datum ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono, quarta feria proxima poſt Epiphaniam Domini.

CXXXVIII.

Facultas celebrandi divina in capella B. Mariae V.

Couradus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius diſcretis rectori plebano ſive

vice

vice plebano párrochialis eccleſie extra muros opidi *Budingen* preſentibus & futuris noſtris in Chriſto devotis ſincere dilectis ſalutem in Domino ſempiternam. Sua nobis nuper nobilis & generoſus *Dietherus* de *Iſenburg* dominus in *Budingen* nepos & fidelis noſter dilectus propoſicione monſtravit, quod oppidanis & incolis dicti opidi ſui *Budingen* dicte parrochialis eccleſie parrochianis ſubditis ſuis grave nedum & moleſtum ſit & plurimum periculoſum, ſi diebus dominicis & feſtivis extra muros & ſepta dicti opidi ad prefatam ſuam parrochialem eccleſiam pro divinis audiendis confluendo ſe transferre, maxime cum propter hoſtiles incurſus & inſidias, quibus dietim vexati cum continuis temporibus & diebus hujusmodi dictam eccleſiam ſuam à domibus & ſeptis ſuis per notabile terre diſtantem ſpacium viſitare & in viſitata pro audiendis divinis aliquantulum remanere habeant, prout decet, à defenſionum ſuarum propugnaculis elongati in hoſtium ſuorum manus incidere & gravia & intolerabilia dampnorum diſpendia incurrere pertimeſcant, ſupplicatumque fuit nobis ob id per prefatum nepotem noſtrum debita cum inſtantia, ut ſibi & ſuis opidanis in *Budingen* memoratis ſuper premiſſis auctoritate noſtra ordinaria de oportuno dignaremur remedio providere; nos vero, qui ex paſtoralis nobis incumbentis officii debito noſtrorum ſubjectorum fidelium commodum & ſalutem nedum promovere ſed & diſpendiorum ſuorum periculis obviare volumus & tenemur; vobis rectori, plebano vice-plebano & ſucceſſoribus veſtris perpetuo affuturis auctoritate noſtra ordinaria indulſimus & tenore preſencium indulgemus, quatenus vos & ſucceſſores veſtri perpetuo adfuturi diebus dominicis & feſtivis, quibus congruit & vobis aut ſucceſſoribus veſtris propter evidencia pericula hujusmodi & incommoda evitanda viſum fuerit oportunum, quod veſtro & ſucceſſorum veſtrorum judicio relinquendum duximus, ſacra divina miſſarum ſollempnia cum vel absque nota in capella beate *Marie* virginis in dicto oppido *Budingen* ſituata celebrare, ipſique cappellanus & altariſte dictarum eccleſie & capelle vos ad hoc in cantando vel legendo juvare & parrochiani utriusque ſexus homines ad dictam parrochialem eccleſiam pertinentes & confluentes, dummodo aliud canonicum impedimentum non obſtet, eisdem libere intereſſe valeatis & poſſitis. valeant atque poſſint, ſervatis tamen ſervandis tempore ceſſacionis divinorum & eciam interdicti; nolumus tamen quod ipſa mater parochialis eccleſia prefata propter premiſſa in aliorum ſuorum ſacramentorum eccleſiaſticorum amminiſtracione & corporum exanimum in communione fidelium decedentium tumulacione in aliquo debeat defraudari. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Hoëſte* ſexta feria proxima poſt beatorum Viti & Modeſti Martirum anno Domini CIↃCCCCXXVIII.

CXXXIX.

CXXXIX.

Legatum ad altare S. Georgii in Büdingen.

Wir *Margareta* von *Iſenburg* frauwe zu *Budingen* wyduwe bekennen und thun kund offentlichen mit diſem brieffe, das wir dem almechtigen Gode zu lobe des edeln *Johann* von *Iſenburg* herren zu *Budingen* unſers lieben huſswirth ſeligen, dem Got barmhertzig und gnedig ſyn wolle und unſer ſeelen zu troſte und heyle gegeben hain und geben in crafft diſes briffes eym frumeſſer altariſten ſent *Gorgen* altar zu *Budingen* vier achtel korn gulde jerlichen uff unſerm hoffe zu *Leythecken*, die yme auch alle jare jerlichen gefallen und ewiglichen werden ſollen zuſchen den czweyn unſer lieben frauwen tagen *Aſſumpcionis* und *Nativitatis* als man pachte pleget zu bezalen, und darumb ſo ſail der vorgenant frumeſſer und altariſta ſent jorgen des obgenanten unſers lieben huswirth ſeligen und unſer ſelen ewiclichen gedencken und den almechtigen God getrulichen fur uns bydden. Wir hain auch yn diſer vergyfftunge uſsgenomen und nemen uſs ſo wilchs jars der edel *Diether* von *Iſenburg* herre zu *Budingen* unſer lieber ſone ader ſyn erben zu dem obgenanten frumeſſer und altariſten kommen und ſoliche korn gulde von ym abeloſen woln daz mogen ſy thun wanne yn daz eben iſt, und auch iglichs achtel korns mit ſehes gulden abeloſen, daz brenget an der ſomme vier und zwenzig gulden, doch alſo daz derſelbe altariſta und frumeſſer daz ſelbe geld mit wiſſen des obgenanten unſers lieben ſones adir ſyner erben demſelben altar widder redelichen anelegen und wydder gulde dem altar zu gude darumb keuffen ſollen, alſo, daz man des obgenanten unſers lieben huſswirts ſeligen, dem Got gnade und unſer ſelen ewiclichen daby gedencken und Got getrulichen fur uns bydden ſail. Und des zu bekentniſs ſo hain wir *Margaretha* obgenant unſer eygen ingeſiegel vor uns und unſer erbin an diſen briff thun hencken und zu merer ſicherheit ſo hain wir gebeden den edeln *Dyethern* von *Iſenburg* herren zu *Budingen* unſern lieben ſone, daz er ſyn ingeſigel by daz unſer an dieſen briff hait thun hencken, dez wir Diether obgenanter herr bekennen daz dieſe gyfftunge wie obgeſchriben ſtedt mit unſerm willen und verhengniſſe geſchehen iſt, und wir hain auch umb bede wiln der obgenanten unſer lieben muder unſer ingeſigel vor uns und unſer erben by daz ire an diſen briff thun hencken, der gegebin iſt uff den ſontag nechſt vor ſent *Peders* tag ad kathedram anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto.

CXL.

Salve Regina ordinatur in Capella B. M. V.

Theodericus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius notum facimus tenore preſencium univerſis devocionum operibus, quibus nobis ſubjectorum Chriſti fidelium pia ſimplicitas & ſimplex pietas omnium plasmatori domino, ſueque intemerate genetrici & virgini non dubitat placabile preſtare obſequium ſervitutis tanto ardentius tantoque libentius noſtrum ordinarium munimen adjicimus & theſaurum miſticum impertimur, quanto ex hoc noſtrum & fidelis populi majus ſuccreſcere ſperamus meritum & grex Dominicus reddatur devocior de devoto; ſane quia nobilis *Dietherus* de *Iſenburg* comes in *Budingen* conſanguineus noſter dilectus & *Elyzabeth* nata de *Solms* comitiſſa in *Budingen* uxor ejus legitima, neptis noſtra cariſſima pie devocionis fervore cordialiter inflammati ad omnipotentis Dei laudem ſueque illibate matris ſemper virginis benedicte noſtrum miſerorum advocate piiſſime ac tocius celeſtis hierarchie gloriam & honorem Antiphonam illam videlicet *Salve Regina*, in ejusdem beatiſſime virginis laudem conceptam una cum verſiculo & collecta admittendis inſtituerint ut intelleximus in cappella ejusdem beatiſſime virginis *Marie* ſita in oppido *Budingen* noſtre dioc. diebus ſingulis hora ſerotina cum nota ſollempni perhenniter decantandum, nos ad tam pium tamque devotum & beate *Marie* illibate virgini obſequioſum officium nedum noſtrum ordinarium adicere robur ſed & fidelem plebanum nobis ſubjectum pro multiplicandis & referendis divinis laudibus cum diſpenſacione theſauri miſtici incitare paternaliter cupientes de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum & *Martini* preſulis patroni noſtri piiſſimi meritis confiſi omnibus utriusque ſexus hominibus confeſſis & contritis, qui hujusmodi Antiphone, verſiculi & collecte decantationi & lectioni devocionis cauſa interfuerint ac in memoriam paſſionis dominice quinque pater noſter & in angelice ſalutationis alme noſtre matri facte recordium totidem *Ave Maria* devote dixerint ſive legerint, quadraginta dies de injunctis ipſis penitenciis pro vice qualibet auctoritate noſtra ordinaria miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt adpenſum. Datum *Aſchaffenburg* die menſis decima Auguſti anno Domini CIↃCCCCXXXXIIII.

Anno MCCCCXXXXV die octava menſis Octobris *Theodericus A. M.* litteris Aſchaffenburgi datis indulſit ſacrorum

ad-

adminiſtracionem in capella B. *Marie* virginis oppidi *Budingen.* Tenor idem eſt, qui ſupra in litteris *Conradi* A. M. ad an. MCCCCXXVIII.

CXLI.

Ordinatio Dietheri A. M. pro recitandis certis antiphonis.

Dietherus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector ad perpetuam rei memoriam. Omnibus devocionum operibus, quibus ſinceritas & pietas Chriſti fidelium nobis ſubjectorum in divine retribucionis compenſam in hac miſeriarum valle ſolidari conſuevit; illos noſtros favores imo ſpiritualia allectiva munera tanto libentius & gracioſius adicere conſuevimus, quanto ex his plasmatori noſtro ſueque genetrici virgini *Marie* ac toti celeſti curie laudis & glorie preconia honorificencius perſolventur; cum itaque ſicut accepimus honorabilis devotus nobis in Chriſto dilectus *Heinricus Granſs* plebanus modernus eccleſie parochialis in *Budingen* noſtre dioc. pia ductus devocione inſtituit atque fundavit ut in honorem omnipotentis Dei & prefate glorioſe virginis *Marie* perpetuis temporibus diebus ſingulis in eadem parochiali eccleſia immediate ante introitum officii miſſe decantande in ſummo altari antiphona *Salve Regina* cum ſua collecta, poſtremo vero poſt ſinem ejusdem miſſe antiphona *O ſacrum convivium* annectendo conſuetam de corpore Chriſti collectam decantari & legi ſecundum qualitatem temporis & juxta tenorem fundationis pretacte; nos vero ut tam pium & ſalutiferum opus firmum perpetuum & inviolatum permaneat, ipſum auctoritate noſtra ordinaria & tenore preſencium ratificamus, adprobamus, confirmamus & corroboramus; preterea ut Chriſti fideles ipſi ad intereſſendum hujusmodi divinis laudibus & decantationibus ut prefertur per diſpenſacionem theſauri miſtici & doni allectivi libencius, ſincerius atque devocius incitentur, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus nec non beati *Martini* patroni noſtri piiſſimi meritis confiſi, omnibus & ſingulis hujusmodi antiphonis prenarratis devote intereſſentibus de qualibet earundem antiphonarum quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis in Domino miſericorditer relaxamus, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum adpenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum noſtro in oppido *Aſchaffenburg* ultima die Octobris anno Domini CIↃCCCCLXXX,

CXLII.

Transactio ratione domus parochialis inita.

Wir *Ludwig* vonn *Iſemburg* grave zu *Budingen* dhun zu wiſſen als herr *Thilman Beldersheim* diſſer zytt pferner inn unſer ſtadt *Budingen* eynes huſs daſelbſt mangel und geprechenn hait unnd im furnemen die wirdigenn und andechtigenn abbatiſſen unnd convent nit willens geweſt ſint, hann wir inn gude (auch angeſehenn das die egenanten parthien under unns wonen unnd ſeſshafftig ſint) darumb mit der genanten abbatiſſenn und convent geredt, redenn loſſenn und gutlich geſonnen, dwile der genant pferner eynes huſs inn unſer ſtadt *Budingenn* mangel habe und ſie paſtorin ſy unnd er die buwe eynes pferners by der pfar nit habe verwuſt oder vergehen loſſenn, ſunder etliche ſine furfarn habenn ſolichs gethann das ſie ime beholffenn ſin wultenn das ime daſelbſt eyn huſs werde, als han wir ſo viel erlangt das die egenanten abbatiſſen unnd ire convent dem egenanten pferner unnd ſinen nachkommenden pfernern nit allein eyn huſs, ſunder auch ſtelle, ſchüern unnd eyn gertgin zu *Budingenn* inn der ſtadt by unſer lieben frauwennkirchen gelegen, das dann *Friederichs* von *Breidembach* geweſt iſt, wie der dan ſoliche geſeſſe ingehabt hait, gegebenn hann mit ſolichem gedinge unnd underſcheidt das die egenanten abbatiſſen unnd ire convent huſung und buwe halber vonn dem egenanten pferner und ſinen nachkommenden an der pfar numermene gefordert noch angezogen werden ſulln, und ſulle auch der genant pferner und eyn iglicher pferner darnach kommenden dieſelben buwe im buwe und weſenn halten one zuthun und hilffe der genanten abbatiſſenn und convents zu Mergenbornn one alle geverde. Inn orkunde und bekentniſs des hann wir unſer ingeſigil an diſſen brieff thun henckenn, und ich *Thilmannus* pferner obgenant danckenn dem egenanten mynem gnedigen lieben herrn ſolicher erlangung und bin ſchuldig ſolichs gegen Got dem herrn zu verdienen und han des zu bekentniſs myn ingeſigel an diſſen brieff zu des egenanten mynes gnedigenn herrnn ingeſigel gehangen. Geben uff mantag nach dem palmenn ſuntag anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo.

CXLIII.

Facultas extruendi fontem baptismalem intra opidum.

Bertholdos Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector

ctor ad futuram rei memoriam. Ad id oneri pontificalis officii ſubmiſſi ſumus, ut ea que ſaluti Chriſti fidelium commodiorique ſacramentorum adminiſtrationi conferunt, divinorumque ſolemnia exornant, vigilanti ſtudio proſequamur; ſane pro parte nobilis & generoſi fidelis nobis dilecti *Ludovici* de *Iſemberg* comitis in *Budingen* ac populi opidi predicti nobis fuit expoſitum, quod cum eccleſia parochialis dicti loci extra eundem ſita ſit & in ea fons baptismalis, ſepeque noctis tempore caſus incidant, quibus infantuli venirent ſine mora baptizandi, ſed cum oportune non poſſit fons baptismatis adiri, pericala veriſimiliter evenire, cumque in opido predicto eccleſia extructa ſit de novo & ſatis ſplendide ornata, plebanus etiam intra opidum lares & manſionem habeat, de cujus expreſſo conſenſu nobis conſtat, extitit pro parte predictorum nobis humiliter ſupplicatum, ut fontem baptismatis in dicta eccleſia in ipſo opido *Budingen* ſita extrui ibique baptismum benedici & baptizandos baptizeri concedere gracioſe dignaremur; nos igitur juſta petentibus aſſenſum preſtare volentes, ut fons baptismi in dicta eccleſia in *Budingen* ſita benedici, ſervari & inibi ſacramentum baptismi in antea conferri poſſit & valeat tenore preſencium auctoritate noſtra ordinaria indulgemus citra tamen eccleſie parochialis prejudicium, cujus jura non intendimus offendi quovis modo. Date *Wormacie* ſub ſigillo noſtro die vigeſima ſeptima menſis Maji anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto.

CXLIV.

Inveſtitura beneficiati S. Johannis Evangeliſtae.

Officialis prepoſiture eccleſie beate *Marie* virginis ad *Gradus* Magunt. univerſis & ſingulis divinorum rectoribus nobis & noſtre jurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino Nobis honorabilis dominus *Thilmannus Rauch* presbiter Mag. dioc. ad ſacellum divi *Johannis Evangeliſte* in arce *Budingen* ſitum in preſentiarum vacans per obitum quondam domini Johannis Waltheri noviſſimi illius dum vixit poſſeſſoris per generoſum dominum *Dietherum* de *Tſenburg* comitem in *Budingen* patronum & collatorem preſentatus nuper ſupplicavit, quatenus ipſum ad dictum ſacellum inſtituere & de eodem inveſtire dignaremur; nos vero nemini cito manus imponere ſed unicuique jus ſuum ſanum & illeſum conſervare volentes de & ſuper preſentatione hujusmodi & deſiderata inveſtitura publicum propoſuimus proponique fecimus edictum proclamationis, omnesque & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes ad dicendum & exequendum quicquid verbo vel inſcriptis contra preſentationem hujusmodi dicere ſive excipere voluerint,

nosque de ipsorum jure seu quod forsan illis competeret, informandum in certum peremptorium terminum competentem diem videlicet infra scriptum citavimus & citari fecimus, in quo quidem termino nullus contradictorum comparuit, unde nos in quantum convenit dictum dominum *Thilmannum* presentem instantem & petentem in & ad dictum sacellum instituendum duximus & de eodem investiendum, instituimusque & investimus per presentes, mandantes vobis, quatenus ipsum in dicti sacelli possessionem realem & actualem inducatis & inductum defendatis, sibique de omnibus ejusdem fructibus, redditibus & proventibus respondeatis & ab aliis, quantum in vobis est, responderi faciatis, adhibitis solennitatibus debitis & consuetis. Datum anno Domini &c. VC^mo die mensis Februarii prima.

Pro M. Johanne Wynecht
Conradus Stokhusen scripsit.

CXLV.

Praesentatio ad altare S. Annae.

Nos *Philippus*, *Dietherus* & *Joannes* de *Isenburg* comites in *Budingen* fratres venerabili domino Preposito ecclesie beate *Marie* virginis ad *Gradus* Maguntin. finceram in Domino charitatem. Ad altare sancte *Anne* matris gloriose virginis *Marie* in ecclesia oppidi nostri *Budingen* Mog. dioc. situm alias premissarum nuncupatum ad presens per dimembrationem authoritate ordinaria factam vacans, cujus presentatio seu jus presentandi ad nos pleno jure patronatus spectare dinoscitur vobis honorabilem dominum *Methardum Muttig* Mog. dioc. presbiterum tanquam abilem & idoneum presentandum duximus & in his scriptis presentamus hortantes una cum eodem domino sic presentato, quatenus eundem ad dictum altare premissarum nuncupatum instituere & investire dignemini adhibitis circa hec solemnitatibus debitis & consuetis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum die *Lucie* vicesima quarta die mensis Maji sub anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo.

Eodem anno, die autem vicesima sexta Maji officialis illustris principis & venerabilis domini Praepositi ecclesiae *B. M. V.* ad *Gradus* publicum proposuit proclamationis edictum, citavitque omnes sua interesse putantes ad feriam secundam post dominicam sanctae Trinitatis ad dicendum contra praesentationem suprafatam vel videndum institui praesentatum.

In-

Inſtitutio ſubſecuta eſt die menſis Junii ſeptimo anni ejusdem.

Anno MDXIIII die Mercurii duodecima menſis Aprilis *Philippus*, *Dietherus* & *Johannes* de *Iſenbergk* comites in *Budingen* fratres Praepoſito ad *Gradus* praeſentarunt *Johannem Rufflein* ad altare divi *Georgii* in eccleſia oppidi *Budingen*.

CXLVI.

Praeſentatio ad parochiam in Budingen.

Nos *Wandala* de *Wertheim* Dei gratia abbatiſſa & conventus monaſterii *Fontis Marie* ordinis Ciſtercienſis Mog. dioc. reverendo domino ac domino & Prepoſito eccleſie beate *Marie* virginis ad *Gradus* Mogunt. aut ejus officiali ſeu in hac parte vices gerenti cum debita ſubjectione humillimam recommendacionem. Ad eccleſiam parochialem opidi *Budingen* Mog. dioc. vacantem ad preſens per obitum quondam venerabilis domini *Heinrici* de *Bellersheim* prememorate eccleſie noviſſimi poſſeſſoris, cujus collacio & jus preſentandi ad nos pertinet & pertinere dinoſcitur, honorabilem virum dominum *Fredericum Cleberger* presbiterum prelibate dioc. cui eandem eccleſiam pure & ſimpliciter propter Deum contulimus in Dei nomine veſtre dominacioni duximus preſentandum, ſupplicantes obnixiſſime una cum antedicto preſentato quatenus eundem cum omnibus & ſingulis ſibi de officio veſtro neceſſariis dignemini inveſtire adhibitis circa hoc ſolennitatibus debitis & ſonſuetis. In cujus teſtimonium preſentes noſtras fieri, ſigilloque noſtre abbatie juſſimus & fecimus communiri. Datum ex noſtra abbatia *Mergenbormenſi* anno virginis partus milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, decimo die Januarii hoc eſt ipſo die *Pauli* primi Heremite.

Anno eodem, die autem Mercurii XXI menſis Februarii officialis praepoſiturae B. *Mariae* V. ad *Gradus* proclama publicari decrevit.

CXLVII.

Collatio parochiae S. Remigii in Büdingen.

Albertus miſeracione divina ſacroſancte Romane eccleſie tit. *ſancti Petri* ad *Vincula* Presbiter Cardinalis & legatus natus ſancte Maguntine

ſedis

ſedis ac Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus Princeps Elector ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius & Primas, adminiſtrator Halberſtadenſis, marchio Brandenburgenſis, Stettinenſis, Pomeranie, Caſſuborum Sclavorumque dux, burggravius Nurenbergenſis ac Rugie princeps honorabili devoto nobis in Chriſto dilecto *Heinrico Sunder* presbitero noſtre Magunt. dioc. ſalutem in Domino ſempiternam. Vite ac morum honeſtas, aliaque laudabilia & virtutum merita, quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt ut tibi ad gratiam reddamur liberales. Sane cum (ſicuti nobis pro parte tua expoſitum extitit) parrochialis eccleſia ſancti *Remigii* opidi *Budingen* per obitum quondam *Heinrici Bellersheim* noviſſimi illius dum in humanis ageret, legitimi poſſeſſoris extra Romanam curiam & in partibus defuncti, tanto tempore ac per tantum tempus vacaverit & vacet, quod ejus collacio, proviſio & quevis alia diſpoſicio jure Lateranenſis concilii ſtatuta ad nos tanquam Archiepiſcopum Maguntinenſem devoluta exiſtat; nos igitur volentes te premiſſorum meritorum tuorum intuitu favore proſequi gratioſo, tibi prefatam parrochialem eccleſiam, ſicut premittitur, ſeu quovis alio modo aut ex alterius cujuscunque perſona vacantem cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis tenore preſencium conferimus & de eadem providemus inveſtientes te preſentialiter. Quocirca omnibus & ſingulis plebanis vice-plebanis capellanis curatis & non curatis tabellionibus & notariis publicis per dyoceſin & civitates noſtras Magunt. ubilibet conſtitutis tenore preſentium requiſitis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum ad hec legitime conſtitutum tuo nomine in & ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicte parrochialis eccleſie juriumque & pertinentiarum ejusdem inducant, inductumque defendant, tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obvencionibus univerſis plenarie & integre reſpondeant & ab aliis quantum in eis eſt, reſponderi faciant amoto exinde quolibet alio illicito detentore. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus appendi fecimus. Datum *Aſchaffenburgi* die viceſima tertia menſis Februarii anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo ſecundo.

Anno eodem, die vero Jovis quae erat ultima menſis Februarii *Heinricus Sunder* in poſſeſſionem realem & actualem eccleſiae parochialis in *Büdingen* inductus eſt, preſentibus *Tielmanno Krauſſe Johanne Dauderich* altariſtis in arce & capella beate virginis in *Büdingen*, *Henrico Culman*, *Burckhardo Bawr* & *Wilhelmo Winckler* civibus ibidem. Inſtrumentum

tum ſuper actu poſſeſſionis confecit *Johannes Wyne* de *Geilnhuſen* presbiter Mogunt. dioceſis.

Anno MCCCCXXXVI ipſo die Barnabae apoſtoli *Dietherus* de *Iſenburg* dominus in *Budingen* Praepoſito *B. M. V.* ad *Gradus* praeſentat *Johannem Orthe* de *Budingen* ad eccleſiam parrochialem ſancti *Gangulffi* in *Hitzenkirchen* vacantem ex obitu *Johannis Sleuffris*.

Anno MCCCCLXXXIX die viceſima nona menſis Januarii *Ludvicus* de *Iſenburg* comes in *Budingen* illuſtri principi Ruperto Praepoſito *B. M. V.* ad *Gradus* praeſentat *Henricum Geiling* ad eccleſiam parrochialem in *Hitzenkirchen* per obitum *Johannis Glaubergers* de *Gelnhuſen* vacantem. Praevio proclamationis edicto die triceſimo primo Januarii publicato *Henricus Gegling* in praefata parochia inſtitutus eſt. Litterae deſuper confectae datae ſunt Maguntinae in curia cantoriae eccleſiae majoris Maguntinenſis eodem anno die Mercurii undecima menſis February praeſentibus *Johanne Fuſt* canonico S. *Steffani* & *Hanſone* de *Spira* laico.

Anno MDXXXVI die decima ſexta Maji *Johannes* eccleſiae Fuldenſis abbas electus & confirmatus, comes & dominus in *Hennenberg*, *Anna* ab *Iſenburg* domina in *Budingen* tutorio nomine *Joannis* ab *Iſenburg* relictorum liberorum Praepoſito beatae *Mariae* virginis ad *Gradus* praeſentant *Jacobum Sartoris* ad eccleſiam parrochialem in *Hitzenkirchen* per obitum *Heinrici Geilings* ab *Altheim* vacantem.

An. MCCCCL *Johannes* in *Rodenſtein* & in *Liespurg* ſenior baro Praepoſito eccleſiae *B. M. V.* ad *Gradus* praeſentat *Johannem Wenck* ad capellam ſeu altare ſanctae crucis in ſuburbio *Burgbracht* ſituatum per liberam reſignationem *Heinrici Ermentrich* vacans. *De Gud. Tom. V. pag.* 1062.

An. MCCCCXCIII viceſima ſecunda Februarii *Ludewicus* de *Iſemburg* comes in *Budingen* Praepoſito ad *Gradus* praeſentat *Dietherum Wengke* ad ſupradictum altare per reſignationem *Johannis Wengken* vacans.

An. MDV die tredecima menſis Februarii praeſentatus eſt ab eodem ad idem altare per reſignationem *Dietheri Wengke* vacans *Johannes Wengke* de *Wenigs* die vigeſima quarta ejusdem menſis & anni datum eſt publicum proclamationis edictum & die quinta Martii neo-praeſentatus *Johannes Wengke* inſtitutus & inveſtitus eſt.

An. MDXXII 26 Febr. *Johannes* de *Eiſenburg* comes in *Budingen* Praepoſito *B. M. V.* ad *Gradus* praeſentat *Johannem Gilgen* de *Cuppenheim* ad eccleſiam *corporis Chriſti* extra muros *Büdingen* ſitam per obitum *Henrici Bellersheim* vacantem.

CXLVIII.

Concordia archidiaconum inter & abbatem in Selbold.

„ Nota copiam confirmacionis littere unionis & concordie facte „ inter dominum abbatem in *Selbold* & dominum Praepoſitum eccleſie „ beate *Marie* ad *Gradus* Maguntinenſis & inſerta eſt littera princi- „ palis de verbo ad verbum in eadem.

Johannes Dei gracia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius Dilectis nobis in Chriſto *Frederico* abbati monaſterii in *Selbold* ordinis Premonſtratenſis noſtre dioceſis, nec non *Johanni* de *Selheim* Prepoſito beate *Marie* ad *Gradus* Magunt. ſalutem in Domino ſempiternam. Juſtis petencium deſideriis in hiis preſertim que à rationis tramite non diſcordant, dignum eſt nos facilem prebere aſſenſum. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra peticio continebat, quod alias ſuborta inter vos videlicet *Fridericum* abbatem ex parte una & *Johannem* Prepoſitum prefatos ex altera de & ſuper nonnullis juribus & jurisdictionibus & eorum occaſione materia queſtionis. Vos videlicet *Fredericus* abbas de veſtri conventus Monaſterii in *Selbold* & tu *Johannes* Prepoſite de

tui

tui capituli ecclesie beate *Marie* ad *Gradus* predictorum consilio & assensu ad evitandum execrabiles litium anfractus & multiplicia expensarum incommoda mediantibus vestris communibus amicis & aliis peritis viris hic inde per vos communiter ad id assumptis invicem amicabiliter concordando certam compositionem & ordinationem rationabilem perpetuam valituram feceritis & iniveritis pro bono pacis & concordie prout in litteris autenticis inde confectis plenius continetur; quare nobis humiliter supplicastis ut hujusmodi composicioni & ordinacioni sic ut premittitur per vos rationabiliter initas atque factas auctoritate ordinaria confirmare & approbare dignaremur. Nos igitur peticionibus vestris tanquam justis & rationabilibus favorabiliter annuentes compositionem & ordinationem hujusmodi ratam & gratam habentes eam & eas auctoritate ordinaria approbamus & confirmamus ac presentis scripti patrocinio ex certa sciencia communimus, tenorem dictarum litterarum presentibus inseri facientes, qui talis: ad futuram rei memoriam. Nos *Fredericus* Dei gracia abbas monasterii in *Selbold* ordinis Premonstratensis Maguntinensis diocesis de consensu, scitu & expressa voluntate prioris & conventus monasterii nostri predicti, & nos *Johannes* de *Selheim* Prepositus ecclesie beate *Marie* ad *Gradus* Maguntinensis eciam de consensu, scitu & expressa voluntate decani ecclesie beate *Marie* predicte ad universorum noticiam deducimus & deduci volumus per presentes, quod nos libere & sponte ac ex nostra certa scientia de & super litibus, questionibus & controversis ac articulis & capitulis infra descriptis inter nos subortis & diucius ventilatis & ipsorum occasione propter bonum pacis & concordie & ad parcendum gravibus laboribus, fatigis, dampnis & expensis multiplicibus, de nostri communi amicorum & jurisperitorum consilio & informacione ad hoc per nos communiter electorum & receptorum convenimus ac in modum & formam qui sequuntur pro nobis & successoribus nostris concordavimus: in primis igitur concordavimus ac libere & sponte convenimus: quod nos *Fredericus* abbas predictus nostrique successores pro tempore seu commissarii ad hoc specialiter per nos aut nostros successores pro tempore deputandi seu ponendi synodum infra terminos metas ac limites monasterii nostri predicti ac in *Selbold* & in oppido *Geilnhusen* ecclesiarum parochialium nec non in villis, parochiis & locis aliis ultra fluvium vulgariter die *Kynczige* nuncupatum situatis & consistentibus ac ad nos & monasterium predictum de jure sive consuetudine pertinentibus libere & licite celebrare ac omnes & singulas causas & accusationes in ipsa synodo deferendas & proponendas sive hujusmodi cause sint matrimoniales, usurarum aut civiles audire, corrigere & diffinire aliaque facere & exercere debemus & possumus, possunt & debent prout nos & predecessores nostri abbates pro tempore hactenus ri-

te & canonice facere & exercere consuevimus & consueverunt sine contradictione & impedimento domini Prepositi ecclesie beate *Marie* ad *Gradus* pro tempore; quodque tamen nos *Fridericus* abbas & nostri successores pro tempore de causis matrimonialibus, usurarum aut civilibus quibuscunque in *Selbold* & in *Geilnhusen* ac aliis locis quibuscunque citra tamen fluvium *Kynczgam* predictam situatis & consistentibus extra synodum sanctam predictam provenientibus sive emergentibus nullatenus intromittere neque aliquam jurisdictionem sive potestatem aut facultatem ad easdem conjunctim vel divisim extendere neque exercere debemus neque debent beneficialibus causis & beneficiorum, quorum institucio ad nos abbatem pertinet duntaxat exceptis; insuper concordavimus inter nos & convenimus pro nobis & successoribus nostris predictis, quod nos *Fredericus* abbas predictus & nostri successores pro tempore de prepositura monasterii sanctemonialium in *Conradesdorff* ordinis predicti, nec non monasterii monialium in *Heymelaw* ordinis sancti Benedicti dicte diocesis & de juribus, jurisdictionibus, jurisdictionum exercitiis quibuscunque conjunctim vel divisim, nec non beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura aut beneficiatis secularibus vel religiosis quibuscunque infra terminos, metas & limites ac fines prepositure & monasteriorum monialium in *Conradesdorff* & in *Heymelaw* predictorum & in eis situatis & consistentibus aut aliis quibuscunque circa fluvium predictum salvis tamen supra & infra descriptis nullatenus intromittere debemus publice vel occulte, directe vel indirecte, reservato tamen nobis & successoribus nostris predictis jure confirmandi Prep situm ad preposituram in *Conradesdorff* predictam pro tempore canonice electum atque jure visitandi, corrigendi & emendandi eundem Prepositum ac moniales in *Conradesdorff* ordinis nostri predicti juxta disciplinam & observanciam regulares hactenus observatas. Preterea libere & sponte concordavimus & inter nos convenimus, quod nos *Fridericus* abbas predictus de presenti vicarium nostrum in ecclesia *Geilhusen* parochiali predicta residentem & nostri successores successive futuris temporibus debemus & tenemur, debent & tenentur ad ecclesiam eandem parochialem, quociens casus vacacionis occurrerit, monachum professum de Gremio nostri monasterii in *Selbold* predicti, quem ad hoc duxerimus seu duxerint presentandum pro canonica institutione obtinenda domino Preposito ecclesie beate *Marie* predicte pro tempore presentare, quem quidem presentatum ipse dominus Johannes Prepositus vel sui successores pro tempore predicti eundem presentatum ad hujusmodi ecclesiam parochialem in oppido *Geilnhusen* instituere & investire de eadem sine impedimento & contradictione debent & tenentur; quodque etiam idem rector sit presentatus investitus pro tempore obedientiam manualem & realem sicut ceteri beneficiati curati nobis

Jo-

conventui dominarum de *Meroldis* ordinis S. *Auguſtini* noſtre dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum jus patronatus capelle in *Mitela* ad noſtram collacionem ſpectare noſcatur, nos ad devotam ſupplicacionem veſtram vobis liberaliter indulgemus & concedimus, ut capellam eandem cum omnibus attinenciis ad emendandam prebendam dictam, que tenuis eſt, veſtris uſibus perpetuo applicetis incorporatam veſtre eccleſie ac unitam, ita tamen quod officiari diſponatis eandem debite in divinis. In cujus conceſſionis ſive indulti evidens teſtimonium in perpetuum ſigillo noſtro munitum vobis tradimus preſens ſcriptum. Datum & actum apud *Lateranum* anno Domini M° CC° LXV° VI kal. Auguſti.

CLX.

Recognitio ſuper facta incorporatione.

Nos *L.* decanus totumque capitulum majoris eccleſie Maguntinenſis recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtando, quod cum venerabilis dominus noſter *Wernherus* Archiepiſcopus Magunt. devotis ſupplicationibus magiſtre & conventus ſanctimonialium in *Meroldes* ordinis S. *Auguſtini* Magunt. dioc. inclinatus ipſis pro emendacione prebendarum ſuarum conceſſerit & indulſerit capellam in *Mittela* cum univerſis ſuis pertinentiis earum uſibus applicare, nos ejusdem domini noſtri Archiepiſcopi pie conceſſioni & indulto in hac parte voluntate libera conſencientes in ipſius noſtri conſenſus evidens teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo noſtro eisdem tradidimus communitum. Actum *Maguncie* anno Domini milleſimo CC° LXV, feria ſecunda poſt aſſumpcionem beate *Marie* virginis.

CLXI.

Compromiſſum & laudum ſuper capella in Mittela.

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſexto, indicione quarta, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri domini *Martini* divina providencia Pape *quinti*, anno ejus nono die vero quinta menſis Decembris hora veſperarum vel quaſi in Scala majoris curie plebanie parrochialis eccleſie opidi imperialis *Geylnhuſen* Magunt. dioc. in meique notarii publici ſubſcripti teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum preſencia perſonaliter conſtituta *Kunegundis* magiſtra *Cecilia* prioriſſa totusque conventus monaſterii ſanctimonialium in *Miroldis*

Pre-

Premonſtratenſis ordinis prefate Magunt. dyoceſ. nomine ſuo & prefati monaſterii ex una & dominus *Conradus Portener* de *Bodingen* cappellanus cappelle curate ſite in villa *Mytla* predicte dioc. cujus quidem cappelle curate religioſe domine pretacti monaſterii collatrices exiſtunt parte ex altera pro ſe ſuisque ſucceſſoribus voluntarie & ex certa ſciencia non per errorem matura & diligenti deliberacione prehabita de tali cauſa, lite & controverſia, que vertitur ſeu verti poſſet inter eos tali occaſione, videlicet de & ſuper quadam ac certa proviſione, quam prefate domine magiſtra, prioriſſa totusque conventus ſupradicti monaſterii memorato domino *Conrado* occaſione predicte cappelle obligantur annuatim providere & generaliter de omnibus queſtionibus litibus & controverſiis que vertuntur ſeu quocunque modo occaſione premiſſorum verti poſſent inter eos, in hoc compromiſſo & preſcriptis vel non pro ſe ſuisque ſucceſſoribus concorditer compromiſerunt, elegerunt & conſencierunt de alta & baſſo in venerabilem in Chriſto patrem ac dominum dominum *Fredericum* monaſterii Selboldenſis abbatem loci archidiaconum amharum parcium ſuperiorem electum, conſtitutum aſſumptum & ordinatum ab eis communiter & diviſim tanquam in arbitrum, compromiſſarium diffinitorem & amicabilem compoſitorem ſponte in ſe hoc arbitrium ſuſcipientem, dantes ei & concedentes plenam & liberam poteſtatem, ut poſſit per ſe vel per alium vel ſimul cum alio quem voluerit ſibi ſociare ſecundum ſuam conſcienciam meliorem eandem cauſam, litem ſive controverſiam terminare pronunciare & diffinire. Promiſerunt eciam dicte domine magiſtra, prioriſſa & conventus ſupradicti monaſterii & dominus *Conradus* predictus pro ſe ſuisque ſucceſſoribus per ſollempnem ſtipulacionem coram me notario publico ſubſcripto ſtare parere & obedire pronunciacioni, diffinicioni & terminacioni per eum vel alios de mandato ejus facte vel factis & mox eis prolatis emologare & approbare & in nullo contravenire quacunque racione, cauſa vel modo de jure vel de facto, verbo vel opere, per ſe vel per interpoſitam perſonam, publice vel occulte & quod contra ejus diffinicionem pronunciacionem ſeu terminacionem non appellabunt, ullum reſcriptum aut privilegium per ſe vel alium vel alios impetrabunt nec impetratis utentur, nec cujuscunque legis, canonis, ſtatuti vel conſuetudinis beneficio, quod viciet vel viciare ſeu infamare valeat hujusmodi compromiſſum ſeu arbitrium in toto vel in parte ſeu ex perſona arbitri ſeu ex perſonis compromittencium ſeu ex forma compromiſſi vel arbitrii ſeu ex rebus illis, de quibus eſt compromiſſum. Premiſſa vero omnia & ſingula ſollempniter, ut ſupradictum eſt, ſpoponderunt pro ſe ſuisque ſucceſſoribus eidem arbitro atque michi notario publico ſub pena & obligacione viginti bonorum & legalium florenorum Rinenſium, quorum florenorum decem cedere debent prefato arbitro ſeu ejus ſuc-

ceſſoribus, & reliqui decem parti leſe perpetue inviolabiliter obſervari; ſi vero à quoquam compromittencium contra arbitrium hujusmodi pronunciacionem ſeu diffinicionem aliquid factum vel attemptatum fuerit, toties, quoties hoc fieret, pena predicta exigatur per predictum dominum arbitrum vel ejus ſucceſſores, compromiſſum ſeu arbitrium, pronunciacionem ſeu diffinicionem in ſua permanente firmitate, robore & ratificatione, renunciantes eciam pro ſe ſuisque ſucceſſoribus generaliter omni beneficio & auxilio cujuslibet juris, ſpecialiter tamen conſervati privilegii, ſtatuti, reſcripti, conſuetudinis, appellacionis, emendacionis ſeu correccionis & excepcionis, per que poſſent in toto vel in parte à premiſſis ſeu ab obſervacione quorumlibet premiſſorum quomodolibet liberari. Acta ſunt hec anno, indiccione, die, menſe, hora, pontificatu & loco quo ſupra, preſentibus ibidem honorabilibus, diſcretis & religioſis viris & dominis *Paulo Welcker* olim priore in *Selbolt*, *Johanne Hodenrich* plebano in *Geylnhuſen* canonicis profeſſis eccleſie Selboldenſis ordinis prefati Premonſtratenſis predicte Maguntinenſis dioceſis, *Johanne Stuler* & *Johanne Fulrad* laycis pretacte Magunt. dyoc. & quam pluribus aliis teſtibus fide dignis ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Quibus ſic peractis predictus dominus arbiter ex poſt prefixo ſibi certo die, videlicet XVIII die menſis Decembris anno Domini indiccione, die menſe, pontificatu ut ſupra hora prima vel quaſi poſt meridiem in domo capitulari ſita in ambitu prefati monaſterii *Miroldis* preſentibus ibidem partibus ſententiam diffinitivam ſedendo in hac protulit forma: In nomine Domini amen. Nos *Fredericus* arbiter electus per magiſtram, prioriſſam totumque conventum predicti monaſterii ex una & dominum *Conradum* prenominatum cappellanum cappelle curate in *Mytla* parte ex altera ſuper lite & controverſia &c. viſis auditis, intellectis & diligenter examinatis partium juribus, deliberacione prehabita diligenti, pro bono pacis & concordie ex vigore predicti compromiſsi, Chriſti nomine invocato ordinamus, diffinimus, dicimus atque pronunciamus, quod magiſtra, prioriſſa totusque conventus antedicti monaſterii domino *Conrado* cappellano ſepedicte cappelle ejusque ſucceſſoribus perpetim dabunt annuam penſionem ſubſcriptam. In primis decem & ſex maldra ſiliginis & quatuor maldra avene omni meſſe. Item dimidiam carratam vini quolibet in autumpno cum metreta hucusque conſueta in oppido *Geylnhuſen*. Item minutam decimam animalium brutorum in villa *Mytla* ſolum. Item quinque jugera agrorum terre arabilis vulgariter uff dem Vernach an dem Wiege. Item duo jugera pratorum ſita vulgariter by dem acker in dem felde. Item tria jugera agrorum terre arabilis vulgariter nuncupata die Maien ecker vel der keyſer. Item unum juger prati vulgariter nuncupatum by der bon wieſen. Item volumus & dicimus, quodſi

do-

dominus *Conradus* vel ejus ſucceſſores habuerit vel habuerint, comparaverit vel conparaverint unum juger vinee in prefatarum dominarum terminis, de illo dicte domine decimam nullam percipient. Item pronunciamus & diffinimus, quod dominus *Conradus* vel ejus ſucceſſores nullum jus ſibi uſurpabit vel uſurpabunt ſeu nichil temere capere audeat vel audeant in earum curia ſita in pretacta villa *Mytla* nec ullam violenciam exerceat vel exerceant in earum grangiis & pratis, decimis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis in boſco, in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis & in omnibus aliis poſſeſſionibus & pertinenciis earundem, excluſis tamen ut prefertur ſibi deputatis Preterea decernimus & pronunciamus, quod dominus *Conradus* antedictus & ejus ſucceſſores abbati monaſterii in *Selbolt* manualem obedienciam faciet ſeu facient nec non plebano ſuo in *Selbolt*, cujus filia eadem cappella curata in predicta villa *Mytla* fore dinoſcitur, ſe ſubjugabit vel ſubjugabunt obediendo ſibi ut cappellani tunc ſecundum canonum decreta ſuis tenentur obtemperare plebanis & antiquum jus ſeu antiquam conſuetudinem laudabilem ſaltem usque ad ipſum dominum *Conradum* deductam, quam conſueverunt invicem tenere & ſervare ab antiquo plebanus & cappellanus ejusdem cappelle, eandem & ipſi de cetero & per amplius obtinebunt. Item dicimus, pronunciamus & obſervari volumus, quodſi dominus *Conradus* vel ejus ſucceſſores viam verſus Romanam curiam vel ad locum, ubi dominus Papa cum ſua tunc reſidet curia arripere intenderit vel intenderint, voluerit ſeu voluerint ſuum ad beneficium aliud curatum ſibi acceptaverit vel acceptaverint, impetraverit vel impetraverint, veniens ſeu venientes omni contradiccione & absque ulla juris, legis ſeu conſuetudinis defenſione & auxilio accederet vel accedent magiſtram totumque conventum anteſati monaſterii pretactam cappellam ad manus earum cum omnibus juribus ſibi tunc competentibus ex parte prefate cappelle ante vie predicte preparacionem ſeu arrepcionem ſeu ante beneficii curati acceptacionem vel impetracionem indilate & absque omni protraccione reſignabit vel reſignabunt penitus & in toto coram notario & teſtibus; & in caſum vero quo illud non faceret vel facerent, ex tunc collacio ejusdem cappelle ſit devoluta & devolvatur ad predictas collatrices pleno jure, contradiccione qualibet fraude & dolo penitus ſemotis. Inſuper dicimus ac diffinimus, quod predicte domine magiſtra, prioriſſa totusque conventus pretacti monaſterii memoratum dominum *Conradum* cappellanum in *Mytla* vel ejus ſucceſſores in perpetuum illeſum vel illeſos ſervabunt & exemptum vel exemptos habebunt ab omnibus oneribus pretactam cappellam tangentibus ſeu ab omni juſticia dioceſani & Pape ſeu à quibuscunque aliis videlicet ſubſidiis, propanacionibus & procuracionibus etiam quocunque nomine talia onera

cenſeantur. Hec omnia pronunciamus, diffinimus, dicimus atque inviolabiliter precipimus fieri & obſervari ſub pena in compromiſſo appoſita in ſingulis capitulis compromiſſi pronunciacionis ſive diffinicionis, ſi contra factum fuerit, committenda. Lata & lecta fuit hec diffinicio, pronunciacio ſeu arbitraria ſentencia in loco ut ſupra, coram me notario publico infra ſcripto, preſentibus ibidem partibus diffinicionem ſeu declaracionem cum inſtancia ferri petentibus & pronunciacionem ſeu ſentencie diffinicionem latam ſtatim emologantibus, laudantibus & approbantibus ratam & firmam tenere & ſervare promittentibus pena ſub predicta. In quorum omnium & ſingulorum fidem & evidens teſtimonium premiſſorum preſens publicum inſtrumentum de mandato domini arbitri & de parcium voluntate nec non ob rogatum & requiſicionem eorundem confeci & ſubſcripſi cum ſigilli prelature dicti domini abbatis arbitri appenſione communitum, quod nos Fredericus abbas arbiter prefatus cum premiſſis feciſſe profitemur. Datum & actum anno Domini indictione, die menſe, pontificatu, horis & loco quibus ſupra; preſentibus ibidem honorabilibus ac religioſis viris dominis *Anthonio Bruman* priore pretacti monaſterii *Miroldis* & *Wylhelmo Dorſten* canonico profeſſo eccleſie Selboldenſis de ſpeciali licencia domini abbatis pretacti ejusdem monaſterii ordinis Premonſtratenſis prefati ſancte Maguntine dyoceſis & quam pluribus aliis teſtibus fide dignis ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Heinricus* de *Geilnhuſen* clericus Maguntine dioceſis publicus imperiali auctoritate notarius quia hujusmodi arbitracioni & compromiſſioni videlicet in ſtuba majori curie plebanie parrochialis eccleſie imperialis opidi Geilnhuſen & demum pronunciacioni, diffinicioni & ſentencie prolacioni in monaſterio *Miroldis* prefate Maguntine dioceſis factis ut prefertur omnibus aliis & ſingulis, dum ſicut premittitur, agerentur & fierent, una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi ideoque hoc preſens publicum inſtrumentum per alium, me aliis arduis occupato negociis, fideliter ſcriptum exinde confeci & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli prelature domini abbatis prefati arbitri ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

CLXII.

Praeſentatio ad capellam in Mittela.

Venerabili in Chriſto patri ac domino domino *Conrado* divina providencia abbati eccleſie Selboldenſis ordinis Premonſtratenſis Maguntine dyo-

dyoceſis nec non archidiacono territorii Selboldenſis Anna magiſtra, Margaretha prioriſſa totusque conventus cenobii ſanctimonialium in *Mirholds* eorundem ordinis & dyoceſis quantum poterimus obediencie, reverencie & honoris. Cappellam in *Mitlauwe* ſanctorum Laurentii & Georgii martyrum ad preſens vacantem per liberam reſignacionem fratris *Philippi* de *Haunawe* ejusdem cappelle noviſſimi rectoris, cujus collacio ſeu jus preſentandi ad nos pleno jure dinoſcitur pertinere, religioſo fratri *Wernero* de *Margkebel* pretacte veſtre eccleſie regulari & canonico ac vobis ſubjecto preſencium exhibitori conceſſimus & contulimus nec non concedimus & conferimus per preſentes, eundemque fratrem veſtre paternitati duximus preſentandum & per hec ſcripta preſentamus humiliter devoteque ſupplicando, quatenus eundem fratrem de cura prefate cappelle ac ſuis juribus, obvencionibus & pertinenciis univerſis, prout ad veſtrum ſpectat officium inveſtire dignemini propter Deum exhibitis ſollempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri conventus eſt appenſum. Datum anno Domini M° CCCC° LXXII° ſeptimo kalendas Novembris. *)

*) Cujus nomine archidiaconalem jurisdictionem abbas Selboldenſis exercuerit? vide ſupra nro.

CLXIII.

Feſtum dedicationis praedictae capellae transfertur.

Reverendiſſimi domini domini *Ulrielis* divina miſeracione ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopi, Principis Electoris, ſacri Romani imperii Archicancellarii per Germaniam &c. *Thomas* Dei & apoſtolice ſedis gracia vice componenſis epiſcopus in pontificalibus vicarius generalis, in ſacra theologia humilis profeſſor univerſis & ſingulis ad quos preſentes litere pervenerint, ſalutem in eo qui omnium eſt vera ſalus. Salvator noſter Jheſus Chriſtus, qui pro peccatis noſtris tollendis & debitis eorundem obligacionibus ſolvendis ſeſe Deo patri hoſtiam vivam & immaculatam immolare non abnuit verbo pariter & facto ad caritatis opera & ad promerendas ſacratiſſimas indulgencias, quibus pene peccatorum relaxantur, invitavit; cum igitur per honorabilem dominum *Johannem Grans* ordinis Premonſtratenſium plebanum in *Nyeder Mittelaw* Maguntinenſis dyoceſis ex parte parrochialis eccleſie ſancti *Laurentii* & ſancti *Jeorii* martirum in *Nyeder Mittelaw* ſitam nobis humiliter ſupplicavit tam ex parte ſui quam communitatis ibidem, quatenus dedicationem ſupradicte eccleſie in die ſancti *Laurencii* hactenus in choro & in foro dicti loci obſervatam atque ſolemniter celebratam

illam ſuturis temporibus ad proximam dominicam poſt feſtum aſſumpcionis glorioſe virginis Marie transferre dignaremur; poſt allegatas igitur & efficaces raciones nos, qui divini cultus augmentum quoad vivimus, pro viribus deſideramus ſalutemque animarum, quantum cum Deo poſſumus, procuramus, devotis ſupradictorum ſupplicacionibus inclinati, ne dicta parrochialis eccleſia ſancti *Laurencii* & ſancti *Jeorii* in *Nyeder Mittelaw* divinorum debitis defraudetur obſequiis & Chriſti fideles tanto libencius atque frequencius confluant, quanto ſeſe gracie ſpiritualis munere conſpexerint refertos; auctoritate igitur omnipotentis Dei ac beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, qua fungimur, ſupradictam antiquam dedicacionem parrochialis eccleſie in Mittelaw in die S. *Laurencii* hactenus obſervatam transferimus & in Dei nomine in proximam dominicam poſt feſtum aſſumpcionis glorioſiſſime virginis *Marie* legitimis racionibus perpetuis futuris temporibus in choro & foro ſolemniter celebrandam transponimus, novis epiſcopalibus indulgenciis per nos decoratam antiquis indulgenciis intermanentibus, ita ut antiqua dedicacio ſupradicta in eccleſia in *Mittelaw* in choro ferialiter cum una miſſa & non in foro obſervetur; nova autem per nos translata in choro & foro ſolemniter celebretur. Ut autem dicta eccleſia congruis honoribus frequentetur & à Chriſto fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus, qui ad dictam eccleſiam in feſtivitatibus infra ſcriptis, puta in feſto *Nativitatis Chriſti*, in die *Epiphanie*, *Circumciſionis*, *Palmarum*, in *Cena Domini*, *Paraſcephes*, in feſto *Paſce*, in feſto *Aſcenſionis*, *Rogationum*, in feſto *Penthecoſtes*, in feſto *Invencionis* & *Exaltacionis* ſancte *Crucis*, in feſto *Dedicacionis* nove & antique, omnibus diebus dominicis, omnibus & ſingulis feſtivitatibus glorioſe virginis *Marie*, *Michaelis* archangeli, in feſto beati *Johannis* Baptiſte & Evangeliſte, in feſto beati *Boniſacii*, beati *Martini* confeſſoris, beate *Katharine*, beate *Barbare*, beate *Margarethe*, beate *Helene* virginis, in feſto *omnium Sanctorum*, *omnium Animarum*, omnibus diebus quatuor temporum cauſa devocionis, peregrinacionis & oracionis acceſſerint, eciam qui miſſis, veſperis, predicacionibus aut aliis divinis officiis contrito corde ibidem interfuerint, aut ad dictam eccleſiam quicquam ſuarum legaverint facultatum, atque qui in angelice ſalutacionis pulſacione ter *Ave Maria* contrita mente, genubus flexis oraverint, quociescunque & quando aliquid premiſſorum ut prefertur, fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus autoritate confiſi quadraginta dies de injunctis penitenciis miſericorditer in Domino relaxamus. In quorum omnium fidem ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. *Maguncie* ultima Februarii anno ſalutis milleſimo quingenteſimo nono.

CLXIV.

CLXIV.

Jus patr. in Merholz & Mitlau transfertur.

Wir *Anna von Moſchenhayn* meyſterinn ſampt dem convent des cloſters *Merolz* bekennen uns ſamptlichen unnd unverſcheydenlichenn offentlichen mit dieſem brieffe fur unns unnd alle unnſere ann ermeltem cloſter nachkommende ordensperſone, das wir ſamptlichenn mit wolvorberadenem muth unnd rechtem wiſſenn, bevorab aber aus ſondern nochbedencklichenn urſachenn, uns inn dieſenn geſchwindenn gefherlichenn weltleufftenn darzu bewegendt, dem jure patronatus der pfarrleyhung inn ermeltem unſerm cloſter *Meroltz* ſampt deſſelbenn filial zu *Niddern Mittlaw*, welcher leyhunge unnd dero gerechtigkeyt uns unnd unternn vorfarnn an ermeltem cloſter vonn alters unnd bis daher alleinn zugeſtandenn, gentzlichenn abgetrettenn unns deſſenn geeuſſert unnd entlediget unnd ſolich jus ann den wolgepornnen hern hern Anthonien vonn *Tſenburg* grauen zu *Budingenn* unſern gnedigen landtsſchutz-ſchirm unnd ſtyfft herren ſeiner gnadenn erbenn nachkommenn unnd graueſchafft mit aller und jeder ſeiner gerechtigkeyt, dieſelbige nun hinfurther, ſo offt unnd dicke es noith iſt, unnd ſich gepurenn wurdt, einem gelehrten gotsfurchtigenn prieſter zu leyhenn, damit zu beſetzenn unnd zu beſtellen, allermaſſenn unſere vorfaren unnd wir die bisher geliehenn unnd beſezt, unnd zu leyhenn unnd zu beſetzenn gehapt, zu ewigenn dagenn zugewanth unnd zu ſeiner gnadenn handenn geſtalt und ubergebenn han, unnd thun dits auch alſo geinwertiglich inn unnd mit crafft dits brieffs, wie das aller beſt crafft unnd macht habenn ſoll unnd magk; damit auch ein ſolcher pfarher zu *Merholtz*, ſo alſo hinfüro durch wolgedachtenn unſernn gnedigenn herrn oder dero gnadenn erbenn unnd graueſchafft der endts auch gein Mitlaw, wie vorſteht, preſentirt, verordnet und geſetzet wurdt, ſich inn dieſenn ſchwerenn leufften deſter beſſer erhaltenn unnd ſeines ampts mit predigunge des rheynen wortt Gottes, unnd reichunge ſeiner heyligenn Sacramentenn als dem hochſtenn gottesdiennſt mit deſter mehrerm vleis unnd muhe der armen underthanen auswarthenn moge, ſo bewilligenn, verſprechenn unnd verſchreybenn wir ime unnd ir jedem innſonder, doch das ſie perſonliche reſidentz thuenn unnd anderer geſtalt nitt, hinfuro auſſer gedachtem unſerm cloſter jerlichenn zu gewarthenn unnd zu empfahenn, hiemit unnd inn craft dits brieffs, nemlich einem pfarher zu *Meroltz* jerlichenn ann gelt zwantzig ſechs guldene, ann kornn zwantzig ſechs malter Gelnheuſer maſs, ann haffern ſechzehenn malter auch Gelnheuſer maſs, desgleichen ein fuder weynns im herbſt fur der enckenn, zuſampt eim

wyn-

wyngartenn, dene ein jeder pfarherr der endts inn ſeinem nutzprauch habenn ſol und auch ein pfarherr bis daher inngehapt hat ungevherlich jars auch uff ein fuder weynns ertragendt. Item ſechs fuder rockenſtroe, drey fuder haberſtroe, item zwolff morgenn ackers inn iglichem feldt vier morgen unnd dann vier morgenn wiſswachs unnd ein cappusgartten einn morgen haltendt; ſo vill dann den pfarher zu Mitlaw betrifft, bewilligen wir unns hiemit gleicher geſtallt, das demſelbigenn hinfüro jerlichenn auſſer unſerm cloſter volgenn unnd werdenn ſollenn zehenn guldenn an geltt, ſechzehenn malter kornns, und vier malter haffernns Gelnheuſer maſs ſampt einem fuder weynns. Geredden demnach unnd verſprechenn mit gutten, waren, trewenn worthenn unnd glaubenn mit dieſem brieffe fur unns unnd alle unnſere ann ermeltem cloſter nachkommende ordensperſone, alle obgeſchriebene ſachen, uns zu thun gepürendt und zuſteende, ſtet, vheſt unnd unverpruchlichenn zu haltenn darwidder nitt zu ſeinn, zu thun zu ſuchenn noch ſchicken oder geſtattenn gethann werdenn mit eynichen ſachenn jemandt darwidder erdencken mochte. Verzeyhenn unnd begebenn unns auch alſo aller unnſer am gemelten jure patronatus ermelter pfarr gehapt unnd noch habenn mochten gerechtigkeytenn, darzu aller unnd jeder privilegien ſo unſer cloſter unnd wir vonn der oberhandt geyſtlich unnd weltlich derhalbenn gehapt unnd damit verſehenn geweſenn, deſſelbenn hinfüro zu ewigenn tagenn unnd herwidder nitt mehr zu geprauchenn zu thun, noch ſchaffen gethann werdenn, innzumal keine weyſe, wie ſolichs zu erdenckenn ſtünde, ſonnder wolgedachter unnſer gnediger herr, unnd ſeiner gnadenn erbenn ſollenn mit beſtellung unnd verſehung ſolcher pfarrrechten nhun hinfuro damit zu ſchaltenn unnd zu waltenn habenn, wie ſie ſoliche gegen Gott dem almechtigenn wiſſenn zu veranthwurtenn, unſer, unſerer nachkommen unnd meniglichs unnſernthalben daran unverhindert, alle geverde hierinn hindangeſezt; habenn auch deſſen zu mehrer ſtedigkeyt wir vorgenante *Anna* meyſterinn unnſer eygenn ingeſiegel unnd wir der convent unnſer convents innſiegel an dieſenn brieff thun henckenn, unns unnd unnſere nachkommen deſſenn alſo zu beſagenn. Geſcheenn und ubergebenn mittwochens nach Martini epiſcopi als man ab der gepurth *Chriſti* unnſers herrn tauſſent fünffhundert funffzig unnd vier jare zalte.

Eccleſiae collegiatae in Moxſtadt paucis ſupra pag. 96. meminimus, L. B. de Gudenus diploma fundationis ejusdem edidit in ſylloge diplomatariorum &c. pag. 558. Huic coronidis loco addimus chartarum decadem.

Agri

Agri & pomerium capelle S. Blaſii aſſignantur decanatui Moxſtadenſi.

Tragbodo de *Eiſenbach* Dei gracia Prepoſitus Moxſtadenſis canonicus Maguntinus. Quia dignum eſt & racioni conſentaneum arbitramur, ut qui aliis preminent dignitate onere & honore amplioribus beneficiis adjuventur, nos hac conſideracione inducti, ut decanatus officium in eccleſia noſtra Moxſtadenſi per noſtre ſubventionis auxilium aliqualiter augeatur, omnes agros capelle ſancti *Blaſii* ibidem in *Moxſtat* cum adjacente pomerio & attinente eidem capelle ipſi decanatui conferimus & donamus perpetualiter obtinendos. In cujus collationis & donationis noſtre evidens teſtimonium & robur debite firmitatis preſentem litteram ſcribi & ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum & actum *Maguntie* anno Domini M° CC° LXXV. Idus Decembris.

Mandatum ſuper aequalitate praebendarum in eccleſia Moxſtadenſi.

Wernerus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilecto in Chriſto decano eccleſie Moxſtadenſis noſtre dioc. ſalutem in Domino. Mandamus tibi ſub pena excommunicacionis & ſuſpenſionis ab officio & beneficio, quas ſentencias jam in te ferimus, ſi te in execucione hujus mandati noſtri rebellem exhibueris aut remiſſum, quatinus aſſumptis tibi tam clericis quam laicis nec non agri menſuratoribus magis expertis, quos videris aſſumendos, univerſis agris & reditibus eccleſie tue ac pratis inter te & tuos concanonicos diviſis ſtatuas & facias equales prebendas ita quod nullus melioribus reditibus ſeu proventibus aut pluribus agris vel pratis alteri preferatur, nec non omnia & ſingula que ſtatuti noſtri tenor declarat, facias & mandes inviolabiliter obſervari, contradictores & rebelles, ſi qui fuerint, ad nos vel ad ſedis noſtre judices transmiſſurus, ut ab eis audiatur, quare ſtatuta noſtra non debeant obſervari. Datum *Pinguie* anno Domini M° CC° LXXV.

W. Archiep. Mog. ordinat, ut decimae & bona in Holtzſaſſen ad communes uſus decani & capituli Moxſtad. pertineant.

Wernerus Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto decano & capitulo eccleſie Moxſtad. noſtre dioc. ſalutem in Domino. Votis deſi-

derantibus & votivis defideriis affectamus ut adinstar aliarum ecclesiarum nostre civitatis & diocesis prebendarum vestrarum, que hactenus prout in visitatione compertum extitit inequales fuerunt ex reformacionis nostre beneficio perpetuis temporibus equalitas habeatur, ita quod nullus vestrum in majoribus seu melioribus reditibus vel pluribus agris aut pratis alteri preferatur, ordinantes & auctoritate presencium irrevocabiliter statuentes, ut Gotfrido decano vestro suam ex integro percipiente prebendam temporibus vite sue cum suis juribus & pertinentiis universis prout hactenus dinoscitur percepisse decanus post mortem suam succedens eidem curiam quam ipse jam inhabitat ad officium habeat decanatus cum universis agris & pratis ad prebendam suam pertinentibus exceptis decimis & bonis in Holzsassen que ad communes usus tam decani quam omnium vestrum cum universis aliis ecclesie redditibus sanctione stabili deputamus ita quod inter vos hec omnia equaliter dividantur. Preterea statuimus & sub pena excommunicationis jam late sentencie sic volumus observari, ut siqui absque petito consensu tocius capituli & obtento absentes fuerint, omnimoda suarum administracione careant prebendarum & quicquid tempore absencie ab eorum prebendis receptum fuerit & collectum, hoc ad ornatum vel prebendarum augmentum totaliter convertatur. Ut autem omnia hec premissa stabilitate perpetua observentur presentes litteras figilli nostri munimine fecimus communiri. Actum & datum anno Domini M° CC° LXXV.

Wernheri Archiep. Mog. confirmatio praedictae donationis.

W. Dei gracia sancte Maguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Christo decano & capitulo ecclesie Moxstadensis nostre diocesis salutem in Domino. Cum dilectus in Christo *Tragbodo* de Eisenbach ecclesie vestre Prepositus capellanus noster pia consideratione inductus omnes agros capelle sancti *Blasii* in *Moxstad* cum adjacente pomario & attinente ipsi capelle decanatui nostro contulerit & donarit perpetualiter obtinendos, sicut in litteris suis exinde confectis plenius continetur, nos quod ab ipso Preposito super hoc factum est, ratum habentes & gratum, illud in nomine Domini confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & nostram se noverit incursurum. Datum *Pinguie* anno Domini M° CC° LXXV.

Ad predium in Aldinſtat cum ſuis attinentiis

Univerſa negocia litteris mandata integra ſolent & illibata permanere. Nos igitur *Conradus*, *Hermannus* & *Walterus* fratres de *Lybesberc* ad univerſorum noticiam preſens ſcriptum intuencium cupimus devenire, predium noſtrum ſitum in Aldenſtat cum omnibus ſuis attinentiis domino *Henrico* canonico in *Moxſtat* dicto de *Bleichenbach* parí conſenſu & communicata manu vendidiſſe jure proprietario perpetualiter poſſidendum, & quod eidem domino *H.* per nos fiat ſicut mos eſt, Warandie complementum dominus *Bertoldus* nobilis de *Lybesberc* noſter conſanguineus *Conradus* nobilis de *Bleichenbach* *Guntherus* miles de *Ortenberc* & *Bertoldus* filius *Dune* relicte domini *Petri* ad noſtram inſtantiam ſe fide juſſores ſtatuerunt. Ne autem hujusmodi vendicio per nos facta à noſtris heredibus in poſterum revocari poſſit in irritum, preſentem cedulam ſigillis videlicet memorati domini *Bertoldi* de *Lybesberc* noſtri conſanguinei civium in *Ortenberc* ac patris noſtri *Hermanni* ſigilli munimine fecimus confirmari. Huic venditioni noſtre aſtiterunt teſtes *Hermannus* de *Lybesberc*, *Bertoldus* de *Lybesberc*, *Johannes* de *Rorbach*, *Conradus* de *Bleichenbach*, *Fridericus* de *Aldenſtat*, *Conradus* dictus *Slufrman*, *Heinricus Faber*, *Wigandus* monetarius, *Heuricus* de *Uſleiden* & filius ſuus, *Conradus* de *Symene* & alii quam plures. Datum anno Domini M° CC° LXVI°.

Canonicis Moxſtadenſibus non niſi praeſentibus proventus praebendae miniſtrentur.

W. Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto decano & capitulo eccleſie Moxtadenſis Magunt. dioc. ſalutem in Domino. Ad audientiam noſtram pervenit, quod cum in eccleſia veſtra ſit paucitas perſonarum, aliquibus ex eis ſepe immo quaſi frequenter abſentibus eccleſia ipſa debito obſequio defraudatur. Volentes igitur ſuper eo ſalubriter providere diſcretioni veſtre ſub pena ſuſpenſionis & excommunicacionis ſententiarum jam latarum, ſi non feceritis, quod mandamus, precipimus firmiter injungendo, quatenus nulli canonicorum veſtrorum niſi preſenti & deſervienti aut etiam abſenti per licenciam ſpecialem quidquam de ſue prebende proventibus miniſtretis. Datum *Magunti* anno Domini mill. CC. LXXVII. V. nonas Julii.

Elogia ſuper dominio curiae in villa Waldradehuſen.

Judices ſancte Maguntine ſedis. Datum per copiam. Venerabilibus dominis ſuis ſancte Maguntine ſedis judicibus — in *Nythehe* & in *Echzile* plebani honoris & reverencie quantum poſſunt. Auditis teſtibus quos decanus & capitulum eccleſie Moxtadenſis coram nobis produxerunt contra *Conradum* & *Heinricum* de *Waldradehuſin* requiſitis ſub debito juramenti cum aliis ſollempnitatibus ſicut decet & examinatis eisdem teſtibus tam clericis quam laycis prout potuimus diligencius de contingentibus quantum in nobis fuit nihil penitus obmittentes dicta ipſorum teſtium vobis transmittimus ſigillo tantum unico, cui in quantum ad preſens ambo ſumus contenti, intercluſa ſicut nobis firmiter injunxiſtis — intendunt probare decanus & capitulum eccleſie Moxtadenſis contra *Heinricum* & *Conradum* fratres de *Waldradehuſen* quod quondam avus maternus dictorum fratrum pater quondam *Ebirhardi* ſacerdotis avunculi ipſorum fratrum habuit & poſſedit jure dominii vel quaſi curiam ſitam in dicta villa *Waldradehuſin* quam ipſe *C.* inhabitat cum bonis ſitis in terminis dicte ville attinentibus curie prenotate. Item quod quondam ſacerdos predictus & mater *H.* & *C.* preſcriptorum ſoror ejusdem ſacerdotis ſuccedentes patri ipſorum in curia & bonis memoratis habuerunt & poſſiderunt eadem bona communiter & pro indiviſo jure dominii vel quaſi. Item quod idem quondam ſacerdos habuit & poſſedit cum fratribus predictis communiter & pro indiviſo bona antedicta jure dominii vel quaſi usque ad tempora obitus ejusdem ſacerdotis. Item quod bona memorata ad quondam ſacerdotem & fratres predictos ſpectabant jure dominii vel quaſi & quod eedem perſone communiter & pro indiviſo hujusmodi bona poſſederunt. Item quod quondam Ebirhardus ſacerdos predictus in remedium anime ſue legavit redditus trium maldrorum ſiliginis Nydehenſis menſure ſingulis annis eccleſie Moxtadenſi predicte de bonis ſepe dictis perpetuo ſolvendos & aſſignandos poſt obitum ſacerdotis preſati. Item quod *H.* & *C.* fratres predicti habent & detinent curiam preſcriptam cum bonis eidem curie attinentibus. Item quod iidem fratres poſſidentes bona antedicta anno proxime preterito mortuo ſacerdote prefato redditus trium maldrorum preſcriptos ſolvere recuſarunt eccleſie Moxtadenſi predicte. Item quod hoc fecerunt contra juſticiam & in prejudicium eccleſie prelibate proteſtatur eciam decanus & capitulum predicti quod non aſtringunt ſe ad probandum omnia & ſingula premiſſa ſed ea tantum que ſibi proſunt. *Bertramus* de *Bleychenbach* canonicus eccleſie Moxtadenſis juratus & requiſitus dicit ſe interfuiſſe donacioni trium maldrorum ſiliginis quam fecit *Ebirhardus* ſacerdos de *Waldradehuſin* eccleſie ipſius in *Moxſtat*, aliud nichil eidem conſtat, Plebanus in *Waldradehuſen* juratus & requi-

quiſitus dicit quod ipſe viderit & audierit quod *Ebirhardus* ſacerdos aliquando pro tempore *Waldradehuſen* venerit & bona ibidem & curiam tamquam verus poſſeſſor intraverit & quod aliquando procuratores ipſius ſacerdotis penſionem eum attingentem receperint & ſua debita de ipſa penſione ſolverint, de donatione facta ei nichil conſtat. *Gallicus* juratus & requiſitus dicit quod ipſe vidit & audivit quomodo intravit poſſeſſionem bonorum in *Waldradehuſen* & penſionem pro illo tempore duxit Frideberg, ſicut narrat plebanus ſuperius, ſed conſtat eidem quod multum inſtanter petivit ab *H.* & *C.* fratribus diviſionem de bonis ſuis ſed ipſi contradicebant & nolebant ſecum facere diviſionem. Item eidem conſtat quod bona illa primo diviſa fuerint inter matrem dictorum *H.* & *C.* & fratris dicti ſacerdotis Conge ante & quod mater eorum habuit partem ſuam primo & eidem ſacerdos habuit partem cum ſuis fratribus & quod aliquando dabant illi aliquid & ſuis nunciis, aliquando nichil, ſed tamen *H.* & *C.* ſemper fuerunt in poſſeſſione bonorum donatione facte interfuit. *Heinricus Heimburge* juratus & requiſitus concordat in toto cum Gallico ſuperius, ſed in hoc differunt, quod quando primo diviſio facta eſt inter fratres & matrem dictorum puerorum & tunc nulla pars in aperto fuit aſſignata ſpecialiter eidem ſacerdoti. Poſt hec concordata eſt ſoror cum fratribus quam odio habuerunt & iterum coluerunt bona communiter ſicut ante. De donacione nichil ei conſtat. *Conradus Kanneman* juratus & requiſitus concordat cum *H. Heimburgen* in totum, ita tamen hoc adjecto, quod pueri ſemper fuerint in poſſeſſione bonorum. *Heinricus Furbecher* juratus & requiſitus concordat in totum cum *H.* & *C.* ſuperius. *Conradus* cingravius juratus & requiſitus concordat cum *H. C.* & *H.* in totum. *Ruodolfus Leyzer* concordat cum omnibus ſuperius in totum, de donatione facta nichil ipſis conſtat. Ad excipiendum autem in hujusmodi dicta teſtium & perſonas feriam quartam proximam poſt dominicam *Miſericordia Domini* ipſis partibus preſentibus litteris aſſignamus. Actum anno Domini M° CC° XCVIIII° IIII nonas Aprilis.

Nemus praepoſiturae decano & cap. Moxſtadenſi donatur.

Nos *Sifridus* de *Solmiſe* Dei gracia canonicus Moguntinus & eccleſie Moxſtadenſis Prepoſitus preſentibus litteris publice recognoſcimus, quod deliberato animo nemus prepoſiture noſtre jam dicte contulimus honorabilibus viris decano totique capitulo Moxſtadenſis eccleſie memorate in uſus ſuos perpetuos convertendum, hoc adjecto, quod nec ipſi ſine nobis, nec nos ſine ipſis, ſicut compromiſimus, niſi pari conſenſu dare deliberemus predictum nemus in uſus alienos dabimus con-

vertendum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in *Moxſtat* anno Domini M° CCC° II. in feſto *Bartholomei.*

C. J. & B. de Bleychenbach decano & capitulo Moxſtad. vendunt bona ſua in Moxſtadt.

Wir *Conrat Johan* und *Bertheram* gebruter von *Bleychenbach* und ich *Petirſſe* eliche frauwe *Conrades* des vorgenanten bekennen und virjehen uns an desme geynwortegen brife vur uns und unſer erben und dun kunt allen den die in ſehent odir hornt leſen daz wir vircauft han rechte und redeliche zu ewegemme cauſe mit berademe mude und mit geſammiter hant den — herren deme dechen und deme capittil zu male des ſtiftis zu *Moxſtad* allis unſer gud das wir hatten Hoenheym in dem dorf und in der termenunge deſſelbin dorfes iz ſi eygen odir erbe iz lige im felde odir in dorfe mit allen deme daz darzu gehort geſuch und unirſuch wi manz genennen odir vinden kan, und alle die gulde und die recht die unſer oheyme hetten uffe demeſelben gute di wir in gutliche abegeweſſilt han und ſi ir brife darrobir hant gegeben umme nun und zwenzich mark pennege lichter pennege do man zwene vur dri heller zelit, di uns di vorgenanten herren alzumale gutliche hant bezalit, alſo daz wir ſi des vorgenanten geldis ledich und loſſen no und allewege, wir bekennen uns auch daz wir deſſes vorgenanten gudis virzegen han an allir der ſtad da wir zu rechte ſolden, und daz dirre cauf ſtede und veſte blibe, ſo geben wir den vorgenanten herren deſen brif beſigelt unter unſern inſigeln, der da wart geſcriben da man zalte noch Godis geburtte druzehondert jar in dem ſes und dreizegiſtem jare an deme neſten dunrſtage vor allir Heyligen dage.

Decanus & cap. Moxſtad. emit bona in Ober-Moxſtadt.

Kunt ſy allen luden die dyſem brieff ſehind adir horind leſen, daz wir *Heinrich* genant *Larbechir* eyn edel knecht, Jutte myn eliche wirten *Werner Heinrich* und *Herman* unſer ſone und *Lukard* unſer dochter und unſer erben bekennen an dyſem uffen bryffe, daz wir mit ſamendir hand und mit vorbedachtem glichen willen und eyndrechtekliche han virkoufft und virkouffen an dyſem bryffe ewecliche zu rechtem virkauffe unſer erbeſchafft und unſer bezſerunge an dem gude daz wir kaufften umb den beſcheiden man hern *Berthramen* genant *Loy-*

benit

benit eynen pryſter, an dem gude die eygenſchafft iſt, der erſamen herren des dechens und des capittels des ſtyfftes zu Moxſtat mit namen das gelegin iſt zu *Obern Moxſtat*, alda ſelbis nuen morgen landis und eynen morgen wyſen, die hye nach beſchrebin ſint, des landis lygent zwene morgen züſchen den zwein wegin die da gent von *Moxſtad* zu *Dörnheim* das da heizſet uff dem anger, andirweit eyn morgen uff den wyſen uff dem *Eſpilbecher* graben an der herren hobe der vier morgen ſint, da iſt gelegin auch eyn morgen und uff dem obirſten felde gein *Rainſtad* zwene morgen nyddewendig des wegis und eynen morgen obewendig deſſelbin wegis an dem Dechen auch eyn morgen by mir *Heinriche Larbecher* uff dem reyne, und eynen morgen uff dem felde gein *Niddern Moxſtat* uff der wyſen und eynen morgen wyſen gein *Dornheim* by des Dechins hege und auch den hof, da *Lodewig Wuber* inne ſitzet und die hobeſtat daby mit allen den rechten die wir darane gehabit han adir noch darane gewinnen mochten auch wy ez gelegin iſt, ez ſy an wyſen, an eckern, an holtze, an felde und an weyde wy man daz nennen mag, ez ſy irſucht adir unirſucht, den erſamen hern dem dechen und dem capitel gemeinliche zu *Moxſtad* umb ſyben und zwentzig phund heller gudir werunge der wir gutlich von in ſin bezalit und ſagen ſie des geldis quit und ledig und virzihen wir alle ſunderlichen wir vorgenanten des egenanten gudis recht und redeliche und han virziegin allir erbeſchafft und rechtis zu rechtem verziege nummerme zu fordirne adir widder zu heyſchene von uns adir von unſeren erben, adir nyeman von unſern wegen mit worten adir mit werken die man adir wyp irdencken mag ane allirleie argeliſt und geverde, des zu eyme ewigen urkunde geben wir dyſen brieff beſigelt mit myn *Heinrichs* ingeſigel für mich und für Jutten myn husfrauwen und unſir kind egenant, und ich wernher, *Heinrich* und *Herman* und *Lukard* irkennen uns undir unſirs vatirs ingeſigel der umme unſir bedde willen ubir uns hat beſigelt want wir nicht eygen ingeſigele enhan, daz he heran fur ſich und für uns truweliche hat gehangen, des ich *Heinrich Larbechir* mich erkennen allir dyſir vorgeſchreben rede virkauffs und virzieges ſint gezuge die beſcheiden lude *Contzeſtrube* von *Nyddern Moxſtad*, *Cule* von *Steinreſtat*, *Johan Gosze*, *Gernot Lychener*, und *Johan Lynzener* und andirs bydderbe lude genug den wol zu gloubene iſt. Datum ſub anno Domini mill. CCC° L ſeptimo in feſte beate *Katherine* virginis.

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA.

COMMENTATIO
NONA
DE
ARCHIDIACONATIBUS
ECCLESIAE COLLEGIATAE
S. STEPHANI ET ECCLESIAE
COLLEGIATAE S. JOANNIS
MOGUNTIAE
Per
HASSIAM SUPERIOREM
E
DOCUMENTIS ORIGINALIBUS ET AUTHENTICIS
ERUTA
A
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.

MANNHEMII
TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXXVI.

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA

COMMENTATIO
NONA.

Digitized by Google



Haſſorum pagus (a) longe lateque diffuſus in ſuperiorem hodie & inferiorem dividitur. Duos Haſſia ſuperior veneratur Archidiaconos, eccleſiarum nempe collegiatarum S. Stephani & S. Joannis baptiſtæ Moguntinenſium Præpoſitos. (b) Hic per tractum non adeo amplum ab oriente Fuldam amnem (c) a ſeptentrione archipresbyteratum ſedis Ottera in archidiaconatu Frideslarienſi, (d) a meridie archidiaconatum b. Mariæ Virginis ad Gradus, (e) ab occidente archidiaconatum S. Stephani limites habet, (f) judicio archidiaconali præſidet & eccleſiis & gregi fidelium invigilat. Ille ab archidiaconatu S. Joannis ad archidiœceſes Trevirenſem & Colonienſem, ab archidiaconatu b. Mariæ V. ad Gradus ad Frideslarienſem usque protenſus per ingens terræ ſpatium ſuo munere defungitur. De hoc agemus commentationis hujus capite primo, de illo autem in altero, quæ noviter detecta fuerunt, proferemus. Dictis utrisque eccleſiis præter jura archidiaconalia in ſuis tractibus annui inſignes cedunt proventus (g) mundiburdio firmati (h). Ambarum jurisdictio pedetentim decreſcere & ad archiepiſcopalem commiſſarium, qui Ameneburgi reſidet, devolvi cœpit. (i)

(a) Tra-

(a) Traditiones Fuldenſes hujus pagi ſæpius ſed diverſimode meminerunt; in iis enim uti & alibi nominatur *pagus Haſſorum* vel *Heſſorum*, *pagus Francorum*, *qui dicitur Heſſi*, *pagus Haſſiae provinciae*, *provincia quam Heſſi inhabitant*, *pagus Haſſonum*, *provincia Haſſia* &c. Occurrunt jam Heſſi in Ep. Gregorii III. PP. ad Bonifacium ſic inſcriptâ: Gregorius Papa univerſis optimatibus & populo provinciarum Germaniæ, Thuringis & *Heſſis*, Bortharis, Niſtreſis, Wedrevis & Lognais, Suduoſis & Grabfeldis, vel omnibus in orientali plaga conſtitutis. Vid. Beſſelius chron. Gotwic. pag. 627. Paullini de pagis pag. 89 Anonymus Poëta Saxo an. 777 Haſſiæ provinciam Francorum pagum compellat:

Saxones ſibi contiguos invadere fines,
Auſi Francorum pagum qui dicitur *Heſſi*.

Ex eadem ratione Burgenſes in *Grünenberg* antiquo Haſſiæ oppido ad montem *Vogelsberg* ſito ſe Francones dicunt, prout innuunt privilegia ab Heinrico infante Grünbergenſibus an. MCCLXXII conceſſa:

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Noverint in perpetuum univerſi præſentis paginæ inſpectores, *quod nos Henricus Dei gratia Landgravius, terrae Haſſiae Dominus una cum Adelheide Landgravia conjugata noſtra ex matura deliberatione & prudentum conſilio concedimus dilectis civilibus noſtris in Grünenberg gaudere juribus ſubſcriptis, quibus gaviſi dicuntur à temporibus retro actis. Dicunt itaque ſe* FRANCONES *eſſe & ideo ſortiti ſunt jus* FRANCORUM &c.

(b) Hi à longo tempore unum è collegio S. Joan. Bapt. quod Ameneburgi eſt, conſtituerunt officialem, qui per tractum archidiaconalem utrumque jura conſueta obſervarent.

(c) Browerus Antiq. Fuld. pag. 8 ut genuinus antiquitatum eccleſiaſticarum Germaniæ indagator ait: Hinc orta antiquitus illa diœceſium diſtributio, ut quod in Thurin-

ringos pateſcit trans amnem (Fuldam) Moguntinam, quod in Franciam Orientem verſus, Wirtzeburgenſem epiſcopum ſpectaret, anguſta quoque rivi intercapedine hinc loca videas cisamnenſia Herbipolenſi, inde alia ex adverſum Moguntinæ olim diœceſi contributa. Chartas longâ ſerie poſſemus adducere, quæ thema noſtrum invictè comprobant, id autem ſuperfluum judicamus contenti, quod ad rem hanc maximè facit, ſolo commiſſorio ab Archiepiſcopo Alberto *Aſchaffenburgi* die XIX Septembris anno MDXLIII expediri juſſo pro judice & officiali ſuo in hisce partibus. Præcipua ejusdem contenta hæc ſunt: *Albertus* &c. honorabili *Blaſio Byn* Vicario in oppido Fuldenſi Moguntinæ diœceſis devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Subditorum commodis, quantum valemus, paſtorali ſollicitudine providere & eos à laboribus & expenſis relevare cupientes, te, de cujus legalitate induſtria & probitate plenam fiduciam gerimus, in judicem ac officialem noſtrum ac executorem ſtatutorum provincialium per diſtrictum Fuldenſem dictæ noſtræ Moguntinæ diœceſis matura deliberatione prævia deputandum, ordinandum & creandum duximus, & tenore præſentium deputamus, creamus & ordinamus committendo tibi judicatus officii jurisdictionem & poteſtatem cum omnibus honoribus & oneribus, ut in oppido Fuldenſi præſideas ad audiendum, cognoſcendum, decidendum, & fine debito terminandum omnes & ſingulas cauſas tam civiles quam prophanas, nec non ſpirituales, matrimoniales & mixtas ad forum eccleſiaſticum tam de jure quam conſuetudine pertinentes cujuscunque naturæ exiſtant, inter quoscunque prælatos, conventus, capitula, collegia, univerſitates, nec non ſingulares perſonas, clericos & laicos cujuscunque dignitatis, ſtatus, ordinis vel conditionis exiſtant, in diſtrictu Fuldenſi dictæ noſtræ Moguntinæ diœceſis contingentes per viam ſimplicis

plicis querelæ introductas ſeu introducendas ſeu movendas cum omnibus & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis ad exequendum & faciendum, quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari, ſtatuta etiam tam provincialia quam ſynodalia cenſurasque & pœnas in eisdem contentas declarandum ſublevandum & exequendum, de criminibus inſuper exceſſibus & delictis per viam inquiſitionis denunciationis vel accuſationis inquirendum & procedendum ac perſonas quascunque qualescunque exceſſus & crimina perpetrantes corrigendum, emendandum atque puniendum & mulctandum, & præterea tibi ut rectoribus eccleſiarum parochialium & beneficiatorum eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura per dictum diſtrictum Fuldenſem conſiſtentes vel conſiſtentium pro tempore plenam licentiam, ut in ſuis parochialibus, eccleſiis & beneficiis eccleſiaſticis quæ obtinent in præſenti & obtinebunt reſidere minime teneantur, nec ad id inviti valeant coërceri ad tempus & tempora, de quibus tibi videbitur expedire, ex cauſis tamen rationalibus animum tuum ad hoc moventibus; proviſo tamen quod ipſa beneficia eccleſiaſtica interim debitis propterea non defraudentur obſequiis & animarum cura, ſi qua illis immineat, nullatenus negligatur dare & concedere. Fertones quoque funerales nec non bona clericorum ab inteſtato decedentium ac fructus biennales ac teſtamentorum debitam rationem fideliter exigere & colligere, ac de receptis quietare poſſis & valeas. Inſuper litteras & proceſſus apoſtolicos videndi & examinandi ac teſtimoniales litteras ſuper eisdem dandi & concedendi vice & auctoritate noſtra tibi tenore præſentium licentiam plenam damus & facultatem, contradictores & rebelles in præmiſſis per cenſuram eccleſiaſticam aliaque juris remedia compeſcendo. Teſtes verò, qui nominati fuerunt, ſi ſe gratia, odio vel favore ſubtraxerint,

ſimili

ſimili cenſurâ compellas, veritati teſtimonium perhibere, in eo mandato noſtro ſatisfacturus præmiſſis omnibus usque ad expreſſam noſtram revocationem firmiter duraturis &c. &c. Cum igitur Principali abbatiæ nec cis nec trans amnem Fuldam ulla ſuperſit eccleſia parochialis, *vaniſſima* profecto fuit illius libri à *Schannato* editi *inſcriptio: Dioeceſis & hierarchiae Fuldenſis.* Aliud autem nunc dicendum, cum abbatia Fuldenſis, præviè inita cum Moguntinis concordiâ, in epiſcopatum erecta eidemque demum diœceſis cum clero & populo fuerit concredita 22 Martii anno MDCCLVII.

(d) vid. Coment. decima.

(e) conf. Comment. octava.

(f) vid. Comment. nona.

(g) conf. §. 1. 2. 3. 4. & caput hujus Comment. ſecundum.

CLXV.

Clerus Haſſiae ſuis fruitur privilegiis & immunitate.

h) Wir *Herman* von Gots gnaden Landgraue zu Heſſin, bekennen uffintlichen mit dieſem briebe, daz wir unſir erbin und nachkommen an dem lande zu Heſſin den erwirdigen in Gote Vater und Herren Herrn *Adolff* Ertzebiſchoff ſyne nachkomen und den ſtifft zu *Mentze* an ihren geiſtlichen gerichten und an irer phafheit geiſtlich und werntlich furbaz ungedranget, und ungehindert ſollen laſſin bliben und dieſelben ire phafheit gemeinlich und beſundern by yren fryheiten und rechten, und allen iren gulden zehinden renten und geuellen wo die gelegen ſin bliben und yn die ungehindirt folgen laſſin. Alſo daz ſie die beſtellen, und vorliehen mogen zu yrem nutze und willen ane hinderniſſe und ſollen ouch nicht geſtaden noch vorhengen, daz ſie von uns die unſern adir ymand von unſern wegen darane gehindert, adir gedranget werden, ane alle geuerde und argeliſt. Und han des zu orckunde unſir ingeſigel vor uns unſir erben und nachckommen an dem lande zu *Heſſin* an dieſen brieb gehangen. Datum in die beate *Marie Magdalene.* Anno Domini M. CCC. LXXX.

CLXVI.

Protectorium ſpeciale collegii S. Stephani.

Wir *Wilhelm* vonn Gottes gnaden Landgrave zcu *Heſſen*, Grave zcu *Katzenelnbogen* zcu *Dietz* zcu *Cziegenhain* und zu *Nidde* thun kunt allermeinglichen mit dieſem brieve das wir die wirdigen erben und erſamen unſer beſonder lieben und andechtigen dechant capittel canoniken vicarien und alle gliddemaiſſe der ſtifftskirchen zcu Sanct *Stephan* zcu *Mentz* ſemptlich und inſonderheit vſs crafft der verſchribunge ſie von uns haint in unſern ſonderlichen ſchutz ſchirme und verſproch entphangen und uffgenomen haben und thun ſolich entphahen und ufnemen geinwertiglichen inn und mit crafft dieſes brieves alſo das wir ſie wo wir yrer zcu glich und recht mechtig ſin ſchutz en ſchirmen und verteidingen ſullen und wullen glich unſern eigen landen und luden bitden davon alle unſer herren und frunde den dieſer unſer brief furkombt und ertzeiget wirdt und begeren an die unſern ernſtlich den obgenanten herren zcu Sant *Steffan* und yres ſtiffts glidmaſſen nicht args noch unguth zcu gewarten noch geſcheen zcu laiſſen ſondern ſie umb unſern willen und von unſer wegen und nach irer notdurft in gunſtiger furdernis unnd gutem bevolhen ſin zcu laſſen das wullen wir umb dieſelben unſer hern und frunde die das thun nach gebore fruntlich verdienen gunſtlichen beſchulden und die unſern thun daran unſer ernſtliche meynunge und gutgevallen in urkunde dieſes brieves mit unſerm hirangehangen ingeſiegel, verſiegelt, gegeben in unſerm floſs *Darmſtadt* uff ſant *Thomas* des heilgen Appoſteln tag anno Dni M° CCCC° octogeſimo nono.

CLXXVII.

Commiſſorium Commiſſarii in Haſſia.

(1) *Jacobus* Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis electus ſacri romani imperii per Germaniam Archicancellarius Princeps Elector honorabili *Joanni Etze* decano eccleſiæ ſancti *Joannis Baptiſtae* oppidi noſtri Amoeneburgenſis noſtræ diœcœſis devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam; cum propter multiplicia nobis & eccleſiæ noſtræ incumbentia onera ſubditorum noſtrorum curis & aliis infra ſcriptis per nos commode attendere nequeamus, de tuâ circumſpectione fiduciam gerentes ſpecialem, te per præpoſituras eccleſiarum ſanctorum *Stephani* & *Joannis* in civitate noſtra Moguntina præſentium tenore facimus & conſtituimus Commiſſarium noſtrum generalem, dantes & concedentes tibi plenam auctoritatem, exceſſus, defectus & crimina ſubditorum noſtrorum clericorum & laicorum quorumcunque exemptorum & non exemptorum per prædictarum præpoſiturarum terminos

con-

conſtitutorum cujuscunque ſtatus ſeu ordinis exiſtant corrigendi & emendandi, ac de exceſſibus, defectibus & criminibus ſecundum juris formam inquirendi, delinquentes & culpabiles pro modo delictorum puniendi, capiendi, incarcerandi & detinendi, ſtatuta provincialia contra quoscunque ipſorum transgreſſores exequendi, & ſervari faciendi, ſententias, cenſuras & pœnas per ipſa fulminatas exequendi, aggravandi, & reaggravandi, ipſasque tollendi & relaxandi, beneficiatos quoscunque, ut in ſuis beneficiis reſideant, & eis debité deſerviant, compellendi & coercendi, teſtamenta ſeu ultimas voluntates clericorum & laicorum decedentium examinandi, & rationem de eis a teſtamentariis ſeu manuſidelibus quibuscunque petendi, & exigendi, ac ea, quorum executio ad nos devoluta eſt, aut in futurum devolvetur, debitè exequendi, Præpoſitos monialium non confirmatos, ut infra terminum per te eis aſſignandum confirmationem a nobis obtineant, compellendi, beneficiatos, qui plura non ſe compatientia ſine diſpenſatione canonica detinuerint ſeu detinent, beneficia, ad reſtitutionem fructuum de hujusmodi beneficiis perceptorum ac eorundem beneficiorum realem dimiſſionem coercendi, decimas, fructus, redditus, proventus, jura, res, bona & debita ad cancellariam noſtram in Amœneburg ad nos ſpectantia & pertinentia, fructus quoque biennales de beneficiis quibuslibet nobis debitis ſeu debendis, nec non fructus, redditus & proventus de capellis, altaribus ſeu oratoriis quibuscunque non confirmatis petendi, exigendi, colligendi, & levandi, de levatis quietandi & abſolvendi, ac de & ſuper præmiſſis contra perſonas quascunque etiam ex tuo officio, prout juſtum fuerit, procedendi; & præterea cum fratres monachos & religioſas perſonas in partibus illis intelligamus plurimum ſine ſuorum prælatorum licentiâ vagari, indeque multa committi ſcandala ut contra religioſas perſonas quovismodo de hujusmodi pervagatione ſuſpectes inquirere, & ſi eas ſine ſuorum prælatorum licentia, & deſuper litteris teſtimonialibus vagari comperies, capiendi, & ſub honeſta cuſtodia detinendi tenore preſentium committimus & mandamus easque ſuis prælatis poſtulantibus tradendi, & circa ea faciendi, quæ tibi videbuntur pro qualitate & juſtitia convenire; contradictores quoscunque & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendi, invocato etiam, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis, teſtes verò, qui in executione præmiſſorum nominati fuerint, ſi ſe gratia, odio, amore, timore vel favore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas, veritati teſtimonium perhibere, dantes tibi in his plenam auctoritatem & poteſtatem unum vel plures procuratorem ſeu procuratores in præmiſſis conſtituendi, & ut hujusmodi officium procurationis aſſumat vel aſſumant, compellendi, qui coram te ex noſtro officio cauſas commiſſas procurent & apud tuum officium promoveant, prout in hujusmodi cauſis expedit, alia-

que omnia & ſingula faciendi & exercendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, aut quomodolibet opportuna, & ipſorum merita poſtulant ſeu requirunt etiam ſi mandatum exigant ſpeciale. Datæ *Aſchaffenburgi* noſtro ſub ſigillo die vigeſimo menſis Februarii anno Domini MCCCCCV.

CLXVII.

Reverſales Commiſſarii.

Ego *Martinus Bergluber* eccleſiæ Sancti *Joannis Baptiſtæ* Amœneburgenſis cantor & canonicus promitto ratione officii commiſſariatus nunc mihi commiſſo, quod ero in officio prædicto gratioſis venerabilibus ac circumſpectis Dominis meis decano & capitulo Moguntinenſi fidelis & diligens, cauſasque ad dictum officium commiſſariatus pertinentes, exceſſus, defectus & crimina quorumcumque per terminos præpoſituræ Amœneburgenſis corrigere, emendare, & de illis prout de jure inquirere, delinquentes & culpabiles punire & non reſidentibus conſuetam pœnam exigere, religioſos ad monaſteria redire compellere, teſtamenta examinare, illaque exequi, & a teſtamentariis rationem exigere volo, biennales, aliosque fructus ſtipendiorum commiſſionis, miſſarumque votivarum non conſervatarum exigere & levare, delevatis quietare & abſolvere volo, & alias, prout antiqua conſuetudo & juris ordo poſtulat & requirit, agere, facere, cauſasque audire, procedere, definire ſummarie, & ad illarum executionem procedere volo, vi, fraude, amore, odio, prece, pretio, corruptione ſecluſis, ut ſic me Deus adjuvet, juro, & ad ſancta Dei Evangelia. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo quarto feria tertia Pentecoſtes, & ut ita ſit, ut ſupra manu mea propria ſcripſi & ſubſcripſi.

Annis ab hinc viginti varia prodiere magni ponderis ſcripta, queis Ordo Teutonicus ſuam in Haſſia immunitatem & exemptionem deducebat, his oppoſuit utraque Domus & Caſſelana & Darmſtadienſis non exiguæ molis deductiones copioſo chartarum apparatu munitas. Noſtrum non eſt horum laborum utrinque eruditorum cenſorem agere, id tamen æquus rerum æſtimator præſentem hanc commentationem nonam & decimam ſequentem maturè ponderans ſua ſponte fatebitur, quod deductiones ante dictæ ex noſtris laboribus non parum ſuppleri, imò multis in locis emendari queant,

queant. Occurrunt interim in iis, ad quas Lectorem remittimus, haut pauca commentationes noſtras egregiè illuſtrantia, quædam ſuo loco inſeremus. Deductiones ita inſcriptæ ſunt

I. Hiſtoriſch-diplomatiſcher unterricht und gründliche deduction von des hohen Teutſchen Ritter-Ordens und ins beſondere der löblichen Balley Heſſen immedietæt, exemption &c. betreffend.

II. Hiſtoriſche und rechtsbegründete nachricht von dem urſprung, wachsthum und landſtandſchafft des Teutſchen Hauſes und Land-Commende Marburg. Caſſel.

III. Beurkundete nachricht von dem Teutſch-Ordenshaus und Commende Schiffenberg, wie auch den übrigen in dem Fürſtenthum Heſſen gelegenen Ordensgütern. Gieſſen.

IV. His tandem reſpondit Ordo T. ſub hoc rubro: Entdeckter ungrund derjenigen einwendungen, welche in zweyen von ſeiten der hochfürſtlichen Häuſſer Heſſen-Caſſel und Heſſendarmſtadt neuerlich ans licht getrettenen impreſſis gegen des hohen Teutſchen Ritter-Ordens löbliche balley Heſſen und ins beſondere der Land-Commende bey Marburg und Commende Schiffenberg wohl hergebrachten immedietæt, exemption &c. fürgebracht worden &c. entgegen geſetzt.

Id autem, cum ad rem noſtram pertineat, præterire non poſſumus, quod ambæ deductiones & Caſſelana & Darmſtadienſis gratis aſſerant: omnes ſynodos ab anno 1277, quo Wernherus Archiep. Mog. cum Heinrico Landgravio pacem iniit, in Haſſiâ eſſe ſublatas, cum per conſtitutionem Imperii anno 1296. Synodorum celebratio juſſa fuerit & contrarium ex regiſtro originali à nobis infra allato &c. appareat. Confer. Cl. Koppius in der ausführlichen nachricht von der

ältern und neuern verfaſſung der geiſtlichen . . Gerichten in Heſſen pag. 174 ſq. cui erudito operi nec roboris nec lucis aliquid afferunt pagellæ Chriſtiani . . Gazert inſcriptæ: Beytrag zur geſchichte der ehemaligen Mayntziſchen geiſtlichen gerichtsbarkeit in Heſſen. Gieſſæ an. 1771 editæ.

CAPUT PRIMUM

DE ARCHIDIACONATU PRAEPOSITI S. STEPHANI.

§. I.

Regiſtrum ſinodale ſeculi XVti.

Nachdem die vetter der heiligen Kirchen geſatzt und geſtifft haben, das alle jar nach alter löblicher gewohnheit in iglicher pharrkirchen der heilige ſendt gehalten und volnbracht ſall werden, herümb ſitzen wir hie in ſtadt unſers gnedigſten hern von Mentz und des wirdigen hern des Probſt zu *Sanct Steffan* und als ein geyſtlicher richter in heylſamkeit zu ſtraffen was do ſtraffbar iſt und fragen zum erſten uch hern in ſtaidt der geyſtlichen ſcheffen: obe itz ſy die ſtünde zu beſitzen den heiligen ſend?

2ò. An ſit inſinuata?

3ò. De hora preſidendi.

4ò. An ſit compulſatum?

5ò. De ornatu, ſtola & ſuperpelliceo.

6ò. Que ſit pena, XV talenta cum tribus obulis pro burſa.

Und alſo hegen wir den heiligen ſendt im namen des Vaters und des Sones und des heiligen Geiſtes amen.

Uwer jnnikeit ſal nü andechtiglich vernemen die artikell die man rüegen ſall in dem heiligen ſendt.

Zum

Zum erſten: De ſacramentis — De eccleſia — De magiſtris fabrice. — De cimiterio — De domibus ibidem. — De decima — De offertoriis — De adulteris — De matrimoniis — De pueris oppreſſis — De uſurariis — De hereticis &c — De bonis eccleſie — De manu violenta in clericos & parentes — De falſariis — De violentiis — de exequiis — De molitoribus — Item quadraginta dies & 1. karena indulgentiarum &c.

Sedes in Ameneburgh. (a)

Item *Sundratsfeld* II. mod. &c. — Item *Kirchhain* & *Obernhan* II maldra II &c. ibi jam propria ſinodus ſervatur. Item *Nyderwalde* II. mod. — Item *Holtzhuſen* II. mod. — Item *Eyla* I. maldr. vacat. — Item *Heymersdorff* I. mod. — Item *Seilheym minor* I. maldr. — Item *Gontzelndorff* I mod. — Item *Buerbach* II. mod. — Item *Borckholtz* I. mod. — Item *Schrighede* III. mod. — Item *Bartenhuſen* II. mod. — Item *Hymmelsberge* II. mod. — It. *Stuſſenbach* & *Boppenhuſen* II. mod. — It. *Antzenfare* I. maldr. — Item *Brucke* II. mod. — It. *Cidrichhuſen* II. mod. — It. *Bechtemeshuſen* I. mod. — It. *Roſtorff major* I. maldr. — It. *Roſtorff minor* II. mod. — It. *Martorff* II. maldr. — It. *Monchuſen* I. mod. — It. *Seylheim major* I. mald. — It. *Bleyne* I. maldr. Item *Sperbershain* II. mod. — It. *Lamperichtshuſen* II. mod. — It. *Muſchede* II. mod. It. *Rudickeym* II. mod. — It. *Luterſtete* 1 mod. It. *Empsdorff* I mod. *Tryſens* menſ. III. metret. — It. *Hatzbach* I. mod. ejusd. menſ. — It. *Aldendorff* I. maldr. — It. *Erpdorff* I maldr. — Item *Elmesdorff* II. maldr.

(a) Eccleſia in *Ameneburg* (1) ſua ſancto *Bonifacio* (2) debet initia; qui eandem una cum monaſterio ad propagandum ſupremi Numinis honorem circa annum DCCXXIII. conſtruxit (3) An. MCCCLX. *Gerlacus* Archiep. Mog. eccleſiam

hanc

hanc parochialem ſub jurisdictione archidiaconali præpoſituræ S. *Stephani* exiſtentem in collegiatam erexit (4)

(1) Diverſimodè audit apud hiſtoricos & geographos, in vernacula: *Amelburg*, *Ohmenburg*, in Latina *Hamanaburgum*, *Adamanaburgum*, hodie verò *Ameneburg*, *Ameneburgum* veriùs à præterfluente Amena (Ohma) quam ab amœnitate regionis *Amoeneburg Amaeneburgum* nuncupatur.

(2) *Boniſacius* circa an. DCCXIX. ſanctitate & doctrina jam celebris à *Gregorio* II. PP. in *Thuringiam*, *Haſſiam* &c. ablegatur, pulſis ibidem gentilitatis erroribus Chriſti evangelium prædicaturus, id quod è litteris *Gregorii* III. PP. ad Thuringos *Haſſos* &c. datis diſcimus, ibi: enim quoniam deceſſor noſter ſanctæ recordationis *Gregorius* præſul, natu divino motus ad faciendam Deo plebem perfectam, præſentium portiorem litterarum *Boniſacium* reverendiſſimum fratrem noſtrùm ac Coëpiſcopum ordinans, ad vos usque deſtinavit, eumque regulam & normam apoſtolicæ & Catholicæ fidei Romanæ, cui, auctore Deo, deſervimus, eccleſiæ edocens direxit, & poſt temporum ſpatia, orationis cauſſa, ad lima B. Apoſtolorum ſeſe præſentavit & quæ ad ſalutem animarum pertinent, a nobis expoſcit imbui, nos, Deo faventę, ut docet ſacra ſcriptura, eum educantes ad vos, chariſſimi, remeandum abſolvimus, hortantes vos in Domino, ut digne ſuſcipiatis ab eo verbum exhortationis & epiſcopos vel presbyteros, quos ipſe ordinavit per apoſtolicam ſibi datam auctoritatem in eccleſiæ miniſterio recipiatis. Et ſi quos forſan deviantes invenerit a rectæ fidei tramite ſeu canonica doctrina,

eosque

eosque prohibuerit, a vobis nullo modo impediatur. . . Vos autem chariſſimi, qui in nomine Chriſti baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, abſtinete ab omni cultu paganorum, non tantum voſmet ipſos corrigentes, ſed & ſubditos veſtros, divinos vel ſortilegos vel ſacrificia mortuorum ſeu lucorum vel fontium auguria vel phylacteria & incantatores & maleficos & obſervationes varias, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omnino reſpuentes atque abjicientes, tota mentis intentione ad Deum convertimini, ipſum timete, adorate & honorificate, ſanctorum memoriis communicantes ut ait apoſtolus. . . De S. Bonifacio venerando Germaniæ apoſtolo *Winckelmannus* in ſeiner *Beſchreibung von Heſſen* animo magis grato & modeſto ſua ſenſa profert quam G. F. *Teuthorn* in der *ausführlichen geſchichte der Heſſen* zweyten bande à pag. 213 ad 259 ſeq. ubi ſe ſanctiſſimi parentis filium ingratum ſi non degenerem demonſtrat.

(3) *Othlonus in vita S. Bonifacii lib. 1 cap. XXX notat:* Gratioſa præſulis apoſtolici dona, ſcriptaque . . lætiſſimum efficiunt ſanctum *Bonifacium* unde & debitas Deo laudes gratiasque agens, duas mox eccleſias Domino conſtruxit, unam quidem in *Frideslar* quam in honore principis apoſtolorum *S. Petri* conſecravit, alteram vero in *Hamanaburch (Amenеburg)* quam in honore *S. Michaelis* archangeli dedicavit. Duo quoque monaſteriola duabus ſubjunxit eccleſiis, hisque non minimam Deo ſervientium concionem ſubrogavit, ubi hucusque laudis & ſervitutis divinæ officia peraguntur.

Monaſterii hujus Amenoburgenſis diu ſuperfuere veſtigia; ſic enim in ſummaria recenſione piarum donationum & oblationum, queis *Adelberti* præſulatus tempore (MCXI—MCXXXVII) eccleſia Moguntina aucta fuit: *Hec ſunt allodia, que dominus Adelbertus venerabilis Moguntinus Archiepiſcopus Deo & ſancto Martino in Maguntia contulit. . . Abbaciam*

ciam in Ameneburc cum omnibus bonis ſuis, que tamen diſcretius in armario ipſorum notata inveniuntur. L. B. de Gudenus Tom. 1 pag. 395 in *Sigefridi* Archiep. Mogunt. compoſitione cum comitibus de *Witgenſtein* an. 1223 inita: *Ipſi non ſolum inficiati ſunt prenotata, verum etiam bona in Munichehuſen ad Abbaciam de Ameneburc pertinentia nobis per violentiam abſtulerunt. Gud. l. c. pag.* 487. Quod autem iſtius abbatiæ bona an. MCCXVII valdè diſtracta fuerint, docet charta *Sifridi* Archiep. Mog. *Tom.* 2 *Joan. pag.* 655 ubi: *Duas carratas vini Hunici in Winckela de bonis ad abbaciam quondam* in *Ameneburc* ſpectantibus liberaliter eccleſie *S. Marie ad Gradus* contulimus. . . & ſub ea forma, quod ſi vel per nos vel ſucceſſores noſtros eandem abbaciam poſtmodum Deo adjuvante redintegrari contingat. . .

Referri quoque huc merentur, quæ *Serarius* conſignavit *Rer. Mog. lib. V pag.* 859 poſteaquam vero de *Amoeneburgo, quae lib. III not. XXVII* notari, ſcripſiſſem, contigit illuc me proficiſci & adverti locum illum omnino eſſe cujus in S. *Bonifacii* vita mentio, viderique S. *Michaelis* eccleſiam ibi olim fuiſſe, quam monachi, a quibus monachorum adhuc hortus *(Mönchengarten)* ibi quidam, cum parochiali cura tenuerint; ſed hanc a *Gerlaco* Archiepiſcopo in S. *Joan. Bapt.* canonicorum collegium mutatam anno Chriſti Salvatoris MCCCLXI, prout in templi lævo juxta primam aram parieti inſcripti docent verſus hi:

CILICIUM LILII dant ortum canonicorum
Hujus collegii, *Baptiſta* patronus eorum.
Quod pius inſtituit *Gerlacus* & ære beavit,
Naſſaw quem genuit, *Moguntia* pontificavit.
O *Baptiſta* veni, caſtri ſis tutor amœni.

CLXIX.

CLXIX.

Collegii Amoenob. fundationis confirmatio.

(4) *Jacobus* Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius princeps Elector, univerſis & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam, cum notitia ſubſcriptorum. Quoniam non ſolum nunc expedit, ut ea, quæ legitime & cum maturitate debita præſertim ad divini cultûs peraguntur augmentum, ad quem etiam non immerito aciem noſtræ conſiderationis extendentes, quia ad ipſum præſtare auxilium præſentis vitæ confert ſolatium & æternæ præmium impertitur, litterarum teſtimonio perennant, ſed etiam in pluribus neceſſarium eſt, ut talia in ſe ſint valida, & effectum & roboris firmitatem obtineant, canonicè auctoriſentur & ritè approbentur, ea præſertim, cum nulla juris ſanctio quantumcunque perpenſa digeſto conſilio ad humanæ naturæ varietatem & machinatos ejus inopinabiles ſufficiat, ſive ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingat, vixque aliquid adeo certum clarumque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus jura jam poſita mederi non poſſunt, in dubium revocetur; quam ob rem inſtitutionem eccleſiæ collegiatæ in *Amoeneburg* noſtræ diœcœſis per felicis recordationis reverendum in Chriſto patrem dominum *Gerlacum* Archiepiſcopum, dum vixit, eccleſiæ noſtræ Moguntinæ factam, ipſiusque ordinationem, diſpoſitionem, dotationem, donationem & collationem rerum, bonorum & eccleſiarum in ea comprehenſarum & ſubſcriptarum, ipſarumque incorporationem & unionem cum omnibus ſuis juribus, libertatibus & exemptionibus, & omnia & ſingula per ipſum facta & ordinata & inibi conſcripta nil omninò excepto, de quibus etiam plenius ſumus informati, collaudamus, auctoriſamus, approbamus. & pro nobis & noſtris ſucceſſoribus tanquam perpetuò valituris in Dei nomine, etiam ex certa ſcientia præſentibus confirmamus, & ut videamur eandem collegiatam eccleſiam tanquam novellam plantationem ſpiritualibus in Domino fructibus pullulantem, ut recepimus, pio favore proſequi, & ſpeciali verbum ſubſidii in clauſula illa præfatæ ordinationis litteræ, & quod de ſua in Amœneburg eccleſia, & aliis in eccleſiis ſupradictis &c. poſitum, etiam ad procurationes & alia onera quæcunque quibuscunque nominibus nuncupata interpretamus, & præſentibus de inantea perpetuo volumus extendi, quæ etiam cum prioribus ut ſupra approbamus & confirmamus per præſentes, tenor verò ejusdem ordinationis præfati quondam domini *Gerlaci*, de qua ſupra fit mentio, per omnia ſequitur, & eſt talis.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, amen: *Gerlacus* Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germa-

niam Archicancellarius universis Christi fidelibus salutem in Domino & notitiam subscriptorum cedere dinoscitur in augmentum cultus divini, quem ex corde appetimus, tempore nostri regiminis ampliari, ut auctoritates ecclesiarum facultatibus & stipendiis, stipendiariorum quoque numerus proportionabiliter exuberet, sicque in messe divina operantium non deficiat servitus indefessa; sane cum parochialis ecclesia in *Amoeneburg* nostræ diœcœsis, cui unicus hucusque rector præesse consuevit, in reditibus & proventibus annuente omnium bonorum auctore Domino in tantum excrevit, quod de ipsis etiam interveniente nostra munifica largitione subscripta plures poterunt personæ idoneæ famulaturæ inibi altissimo congrue sustentari; nos volentes in dicta ecclesia collegium clericorum sæcularium instituere, & reditibus congruis ac gratiis infrascriptis in sua primæva plantatione convenienter dotare dictam parochialem ecclesiam in *Amoeneburg* in collegiatam ecclesiam cum institutione decem personarum, quæ nunc & inposterum tempore sui introitus erunt actu sacerdotes, quarum una erit decanus per alios eligendus & per nos & Archiepiscopum Moguntinum, qui fuerit pro tempore, confirmandus in honorem Dei omnipotentis & beati *Joannis Baptistae* & martiris de consilio & assensu honorabilium *Rudolphi* decani & capituli ecclesiæ nostræ Moguntinæ & *Eberhardi* dicti *Strumpel* Præpositi ecclesiæ sancti *Stephani* Moguntinensis loci archidiaconi præmisso cum ipsis tractatu solenni, ac deliberatione penes nos præhabita diligenti erigendum duximus, & erigimus in his scriptis ordinavimus, statuimus & volumus per præsentes, quod eadem ecclesia in *Amoeneburg*, cui dedimus atque damus omnia & singula jura collegii ammodo collegiata existat, & adinstar aliarum ecclesiarum collegiatarum, personæ ejusdem ecclesiæ in Amœneburg canonici nuncupati habentes singuli singulas in ea præbendas, & cum suo decano capitulum faciant, stallum in choro & locum in capitulo habeant, in perceptione fructuum præbendarum suarum æquales existant, & aliis libertatibus, juribus & consuetudinibus gaudeant, quæ in vicinis collegiatis ecclesiis sunt solita & consueta, pro dote quoque dictæ collegiatæ ecclesiæ & prædicti collegii in eadem donavimus & donamus, assignavimus & assignamus, concessimus & concedimus per præsentes eisdem ecclesiæ & collegio res & bona, libertates & gratias, atque jura subscriptas & subscripta, primo videlicet in *Amoeneburg*, in *Altendorff*, in *Glene*, in *Elmersdorff*, in *Bernhardsburg*, in *Nuwenburg*, in *Kulsheim*, in *Rulskirchen*, in *Orba*, in *Habrachteshusen*, in *Ludenbach* & in *Werde* parochiales ecclesias nostræ diœcœsis, quarum collatio ad nos spectare dinoscitur pleno jure, quas ipsis decano & capitulo quoad perceptionem temporalium incorporavimus & incorporamus, univimus & unimus ipsorum usibus perpetuò applicando, retenta tamen & salva ipsarum

ecclе-

ecclesiarum vicariis pro eorum sustentatione honesta, & unde hospitalitatem teneant, episcopalia & archidiaconalia jura solvant, & alia incumbentia onera supportare valeant ipsorum cuibet congrua portione. Item minutam decimam bonorum in terminis dicti oppidi Amœneburg consistentium & quendam locum arbustis consitum & virgultis vulgariter nuncupatum die Wustenungl ad nos & ad nostram ecclesiam pertinentem, & quod iidem decanus & capitulum dictæ suæ ecclesiæ nomine pascuis, pratis, aquis, piscariis, sylvis, nemoribus, & aliis utilitatibus conclusis infra terminos memoratos utantur & fruantur, ac uti & frui possint & debeant in perpetuum ut castrenses & alii incolæ dicti oppidi pacifice & quiete. Item eosdem decanum & capitulum & dictam suam ecclesiam pro eorum quiete perpetua exemimus, atque prorsus eximimus, per præsentes a jurisdictione & omnimoda subjectione dicti *Eberhardi* loci archidiaconi & archidiaconorum pro tempore existentium consensu suo ac decani & capituli ecclesiæ sancti *Stephani* Moguntini supradictæ ad hoc accedente, ita tamen, quod vicarii dictarum ecclesiarum parochialium sub dicto archidiaconatu existentium investituram ab ipso, & ejus officiali recipiant, mandata exequentur, sibi obediendo, ut tenentur, concedentes eisdem decano & capitulo etiam ex gratia speciali absentiam ab aliis suis beneficiis quibuscunque nostræ diœcœsis, quam diu in dicta ecclesia Amœneburg etiam deserviendo inibi in divinis residentiam fecerint personalem, & quod de sua in Amœneburg & in aliis ecclesiis supradictis sibi incorporatis, ut præmittitur, postquam perceptio temporalium prædictarum ecclesiarum ad utilitatem & usum ipsorum decani & capituli pervenerit ad solutionem alicujus subsidii per nos aut per aliquem successorum nostrorum pro tempore existentium quomodolibet inducendi minime teneantur; sed ab hoc ex tunc sint liberi penitus & immunes, quodque decano seu alio canonico ecclesiæ ejusdem decedente, nec nos aut successorum nostrorum aliquis petere debeamus fructus aliquos, qui vocantur annus gratiæ a defuncto, sed quod quilibet eorundem in sua ultima voluntate fructus eosdem scilicet unius anni in solutionem debitorum suorum, si quæ fuerint, convertere valeat, alioquin debitis cessantibus testando vel legando, prout sibi placuerit, in utilitatem suæ ecclesiæ, non alias disponere de eisdem, & quod si ipsorum aliquis intestatus decesserit, capitulum dictæ ecclesiæ de bonis ejusdem defuncti se possit intromittere, ordinare & facere, prout ipsis secundum Deum & justitiam & juxta suam bonam conscientiam pro decedentis necessitate & salute, ac utilitate ecclesiæ videbitur expedire, absque nostra & successorum nostrorum contradictione & impeditione quacunque; volumus etiam & concedimus eisdem decano & capitulo, quod dictis ecclesiis vacantibus, & earum qualibet corporalem ipsarum possessionem

& cujuslibet earundem propria authoritate intrare & adipiſci valeant noſtrâ vel ſucceſſorum noſtrorum licentiâ ſuper eo minime requiſitâ, præfati quoque decanus & capitulum, cum nos jubente Domino ab hoc ſæculo migrare contigerit, memoriam & anniverſarium noſtrum in eccleſia ſua prædicta cum vigiliis & miſſarum ſolemniis jugiter peragent more ſolito & conſueto; ut autem hæc noſtra inſtitutio, ordinatio, donatio, & omnia alia ſupradicta perpetuam habeant firmitatem. Nos *Gerlacus* Archiepiſcopus ſupradictus præſentes litteras conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri ac honorabilium *Rudolphi* decani & capituli eccleſiæ Moguntinenſis, nec non *Eberhardi*, & ſui capituli prædictorum ſigillorum appenſione fecimus communiri, & nos *Rudolphus* Dei gratia decanus & capitulum eccleſiæ Moguntinæ, ac *Eberhardus* loci archidiaconus, nec non decanus & capitulum eccleſiæ ſancti *Stephani* ſuppradicti deliberatione provida & maturo conſilio intervenientibus præmiſſis omnibus & ſingulis, quæ recognoſcimus eſſe vera, voluntatem & conſenſum noſtrum in honorem & pro cultu divini nominis ampliando adhibuimus & præſentibus adhibemus, ac in ejus evidens teſtimonium nos, decanus & capitulum eccleſiæ Moguntinæ ac *Eberhardus* loci archidiaconus, nec non *Jacobus* decanus & capitulum ſancti *Stephani* antedicti ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum ſeptima die menſis Martii anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo, in quarum quidem litterarum approbationis, collaudationis, auctoriſationis evidens teſtimonium præſentes litteras exinde fieri, noſtrique ſigilli fecimus appenſione muniri, datæ in arce noſtra *Steinheim* decima ſexta die menſis Aprilis anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto.

CLXX.

Conſervatorium collegii Ameneburg.

Gerlacus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus nos litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini domini *Urbani* Divinâ providentiâ Pape quinti. Eius verò bulla plumbea in filo canabis more Romane curiæ bullatas non abolitas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua ſua parte viciatas, ſed prorſus omni vicio & ſuſpicione carentes vidiſſe, legiſſe & ſcribi feciſſe in hunc modum. *Urbanus* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio decano eccleſie Lichenſis Maguntine dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem, dilectorum filiorum decani & capituli eccleſie in *Ameneburg* Maguntine dioceſis precibus inclinati preſencium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipſius eccleſie alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad jus & proprietatem

tatem eiusdem ecclesie legitime revocare procuret, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposità compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censurâ similiter appellacione cessante compellat veritati testimonium perhibere. Datum *Avinione* octavo kalendas Decembris pontificatûs nostri anno primo. In cuius visionis, cumscriptionis & lecture evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Amenеburg* vigesimo quintâ die mensis Maji anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio.

CLXXI.

Ordinationes ecclesiae Amenob. confirmantur.

Bertoldus Arhiep. Mog. &c. ad futuram rei memoriam. Sollicitudinis nostræ officio adeo studiosius intendimus, dum ecclesiarum nobis subjectarum conservationi & restaurationi ac illis, per quæ divino cultui, saluti quoque animarum, consuli dinoscitur, providemus; sane cum in ecclesia collegiata sancti *Joannis Baptistae* oppidi nostri *Amoenеburgensis* nostræ diœcœsis decanus & capitulum ejusdem inter alia collegii illius statuta nuper quasdam ordinationes sive nova statuta ediderint, quorum unum disponit, quod de cetero quilibet ejusdem ecclesiæ scholasticus sive per electionem, cessionem, seu etiam provisione apostolica, imperiali vel regali personatum seu administrationem hujusmodi nactus fuerit, dimidium singulorum viginti quinque florenorum auri Rhenensis qui in vim alterius statuti pro emancipatione cujuslibet novi canonici eidem debebant, pro impendiis fabricæ praedictae libere dimittat, reliquo dimidio in futurum contentus, cujus statuti data in medio litterarum hujusmodi est, de anno videlicet millesimo CCCCo LXXXVIIo die XXVI mensis Junii. Aliud verò disponens, quod fructus secundi anni de mortuis canonicis hactenus reservati & attributi deinceps pro dimidia fabricæ, jam dictæ ecclesiæ, & pro reliqua dimidia parte præsentiis & quotidianis distributionis adjici & contribui debeant, editum de anno Domini MCCCCLXXXX tertio die XXVI Novembris, prout hæc & alia in litteris patentibus sigillo dicti capituli appenso munitis nobis exhibitis plenius cernuntur contineri, quarum tenor incipit de littera grossiori, in nomine Domini amen: Nos Decanus totumque capitulum ecclesiæ sancti *Joannis Baptistae* &c. quibus hæc præsens nostra confirmationis pagina est transfixa. Quo magis verò statuta hujusmodi debitum suum sortirentur effectum, & eò firmius observarentur, fuit nobis pro parte memoratorum decani & capituli humiliter

liter ſupplicatum, ut ipſa ſtatuta ſive ordinationes cum omni eorundem tenore de poteſtate & authoritate noſtra ordinaria gratioſe confirmare dignaremur; nos itaque reſtaurationi & conſervationi eccleſiæ ſæpedictæ, quibus etiam divino cultui non parum conſulitur, libenter intendentes, ſtatuta & ordinationes prænarratas, ſicuti ritè & legitme factæ ſunt, ita eas authoritate & poteſtate noſtra ordinaria tenore præſentium laudamus, approbamus & confirmamus, volentes & perpetuo edicto ſtatuentes, illas & illa omnibus & ſingulis, quorum intereſt, ſeu quomodolibet in futurum intereſſe contigerit, ſub divinæ majeſtatis offenſa ac pœnis in eisdem expreſſis inviolabiliter obſervari, noſtris tamen & eccleſiæ noſtræ majoris ac ſucceſſorum noſtrorum juribus ſemper ſalvis manentibus. Datæ apud arcem *Sancti Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die ſeptima menſis Junii anno Dominicæ incarnationis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto.

CLXXII.

Confirmatio beneficii in capella Lindawe.

Henricus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtaurationem & dotationem altaris fundati & erecti, ac nihilominus in honorem beatæ *Mariae Magdalenae* in capella *Lindaw* ſita ſub pede montis oppidi noſtri Amœneburgenſis in terminis parochiæ ibidem noſtræ diœceſis conſecrati pro una miſſa quotidie & perpetue ad laudem Dei, nec non honorem ejus præcelſæ genitricis Virginis Mariæ deſuper celebranda factas, prout rite ac rationabiliter factæ ſint, nec non absque matricis eccleſiæ prædictæ, & cujuslibet alieni juris præjudicio ratas, & gratas habemus, eaque approbamus, ac noſtra auctoritate ordinaria confirmamus in his ſcriptis, ita videlicet, quod paſtor eccleſiæ parochialis prædictæ, nec non unus caſtrenſis, & unus ſcabinus oppidi noſtri Amœneburgenſis prædicti ſeniores, qui pro tempore fuerint, cum ipſo paſtore dictum altare, quotiens vacare contigerit, infra ſpatium unius menſis a die vacationis hujus nominandi jus habeat conferendi concorditer actu idoneo ſacerdoti, ſic quod ſi ipſum dictum altare ad nos & noſtros ſucceſſores Archiepiſcopos Moguntinos libere devolvatur, proviſo nihilominus, quod ad idem altare tanta doſſit aſſignata, de qua ſacerdos idoneus ad ipſum inſtitutus vel inſtituendus congruam ſuſtentationem habere ac ſibi incumbentia onera videlicet papalia, epiſcopalia, archidiaconalia, ſynnodalia, & quæcunque alia valeat ſupportare. Datum *Herbipolis* nona Junii an. Domini MCCCXLIII.

CLXXIII.

CLXXIII.

Collatio eccleſiae parochialis in Langenſtein.

Dietherus Dei gratia &c. devoto nobis in Chriſto dilecto *Johanni Schencken* presbitero noſtre dioc. ſalutem in Domino ſempiternam. Morum honeſtas ac virtutum merita quibus apud nos commendatus exiſtis non inducunt ut de favoribus amplioribus proſequamur, eccleſiam parochialem ville *Langenſtein* prope *Ameneburg* noſtre dioc. vacantem per mortem quondam Joachim *Huckerlin* noviſſimi rectoris ejusdem cujus collacio proviſio ac ipſius totalis diſpoſicio ad nos tanquam ad Archiepiſcopum Magunt ſpectare dinoſcitur, tibi cum omnibus juribus pertinenciis & obventionibus ſuis conferendum duximus ac Dei in nomine conferimus pure propter Deum in hiis ſcriptis, teque inveſtimus preſencialiter ad eandem, mandamus omnibus & ſingulis plebanis, viceplebanis, capellanis, ceterisque divinorum rectoribus ac notariis publicis ſub pena excommunicacionis late trium tamen dierum canonica monicione premiſſa ut te aut tuum procuratorem legitimum ad hoc conſtitutum ad dictam eccleſiam parrochialem & ejus corporalem poſſeſſionem inducant & recipiant facientes tibi de dicte eccleſie fructibus redditibus & proventibus univerſis integre reſponderi, & ſi qui in premiſſis ſe inobedientes oſtenderent, honorabili *Eckario Piſtoris* commiſſario noſtro Ameneburgenſi devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ulteriorem executionem committimus, quatenus ad hoc eosdem rebelles & inobedientes auctoritate noſtra compellat eccleſiaſticam per cenſuram, harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum ſecretum preſentibus appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in caſtro noſtro *Steinheim* die XXIII menſis Junii anno Dni milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

Loci *Selheim* fit mentio in vitâ S. Bonifacii *lib. 2. Othloni cap. XXI.* conf. *Serarius* cum *notis Joannis pag.* 268. & 310.

An. MCCXXXV. XVII. cal. Februar. *Cunradus* abbas Fuldenſis totusque ejusdem eccleſiæ conventus ad notitiam poſterorum conſignari fecit, quod *Sybodo de Franckenſtein* caſtrum *Lengesfeldt*, quod à Fuldenſi eccleſia in feudo habuit, cum ſuis pertinentiis reſignavit. Abbas autem & conventus in recompenſationem prædictorum bonorum *Seelheim* & officium ibidem, cum villis agris &c. quæ in idem officium

pertinere dignoſcuntur cum omni jure hoſpitali *B. Virginis Mariae in Jeruſalem* domus Theutonicorum *in Marburg* contulit poſſidendum, quemadmodum ipſum eccleſia Fuldenſis poſſedit. *Hiſt. diplom. unterricht von der Teutſchen Ordens-Balley Heſſen. Beylag Nro. 48.*

An. MCCXL. ad *Conradum* eccleſiæ Fuldenſis abbatem & conventum ibidem accedebant miſſi à judicibus ſanctæ Moguntinæ ſedis ſciſcitantes in *Uſleiden* & *Schrick:* utrum eccleſia in *Selheim* ratione advocatiæ ab ipſis advocatis eſſet conferenda aut per feudum ſpeciale? cumque ex reſolutione hujus quaeſtionis ſopiri poterat lis, quæ vertebatur inter fratres de domo Theutonica & *Giſelbertum* clericum provocabatur ad regiſtrum eccleſiæ, quod ait, quod *Heinricus* quartus imperator eccleſiam in *Selheim* cum decimis in omni jure contulit, neque conſtet, quod advocati ratione advocatiæ aliquid juris habeant in patronatu, neque aliquis ab eccleſia Fuldenſi in feudo receperit ſed per violentiam villa in *Selheim* cum eccleſia occupata fuerit. vid. *Entdeckter ungrund* &c. contra *Heſſen-Caſſel und Darmſtadt &c. Beylag Nro. XLII & XLIII.*

Controverſum hoc jus patronatus inter *Gerlacum*, *Volpertum* & *Crafftonem* caſtrenſes de *Ameneburg* & fratres domus Theutonicæ in *Marburg* arbitrio præpoſiti S. Stephani & *Gerlaco de Lundorf* decidendum relinquebatur anno MCCCXXX pridie Purificationis.

CLXXIV.

Parochiae Schreck, Buerbach, & Himmelsberg &c.

Wir *Johann Schweichard* von Gottes gnaden Ertzbiſchoff zu Mayntz, des heiligen Röm. reichs durch Germanien Ertzcantzler und Churfürſt, und Wir *Moritz* von deſſelben gnaden Landtgraf *zu Heſſen*, Graf zu *Catzenelenbogen*, *Dietz*, *Ziegenhayn* und *Nidda &c.*,

thun

thun kundt und bekennen hiemit offentlich, für uns und unsere nachkommen, demnach sich eine geraume zeithero wegen der pfarrbestellung in unser des Erzbischoffen zu Mayntz eigenthumlich und ohnmittelbarer hohen und niederer obrigkeit gelegenen dreyen dorffschafften, *Schrick*, *Bauerbach*, und *Himmelsberg* beyderseits fast beschwerliche misverständigkeiten enthalten, dass wir zu endlicher hin- und beylegung derselben, auch fortpflantzung und beständiger erhaltung guter verträulichen correspondentz und friedfertiger einsamer nachbarschafft uns vermittels eines auswechsels miteinander nachfolgender gestalt und masen freundlich im grundt vereinbaret, verglichen und vertragen, dass nemblich wir Landtgraf *Moritz* des herrn Erzbischoffen zu Maynz Liebden obberührte pfarrgifft oder pfarrbestellung so weit und viel wir uns deren bisshero in benannten dreyen dorffschafften *Schrick*, *Bauerbach* und *Himmelsberg* in krafft eines theils und selbsten zustehenden, theils von anderen adelichen personen an uns erlangten juris patronatus berechtiget erachtet, und daselbst herbracht, gäntzlich und zumahl abgetretten und solches Sr. Liebd. vollkomlich überlasen und eingeraumt, hingegen aber wir *Johann Schwickard* Ertzbischoff zu Mayntz und Churfürst &c. gedachts herrn Landgraf Moritzen zu Hessen Liebd. beide pfarrgifften zu *Nordenstadt* und *Oberliederbach*, so unsers Dhombcapituls in unserer stadt Maynz præsentz zuständig, und in Sr. Liebd. ober- und bottmäsigkeit gelegen, und noch darzu die gemeine pfarrgifft zu *Eppstein* (dardurch wir idoch ein mehrers oder weiters nicht, dan allein die blosse collatur, oder jus præsentandi meynen oder verstehen) cedirt, überlassen und eingeraumt, darbey auch abgeredt, erthaitiget und verglichen worden, dass wir Landtgraf *Moritz* die anverlangte gewisse verfügung thuen sollen und wollen, damit alle register und documenta, so zu ossterwehnten dreyen kirchen zu *Schrick*, *Bauerbach* und *Himmelsberg* gehörig, und in unsern, oder der unserigen handen seyn, gebührlich restituirt und wieder heraus gegeben werden möge. Es soll auch durch diese beyderseits vorgesetzter massen beschehene verträgliche handlung, cession, übergab und einraumug keinem theil an seinen der endts herbrachten zehenden gefällen, oberkeitlichen oder andern rechten, sowohl auch beyderseits unterthanen an ihren privatrechten, oder anderen bishero genossenen nutzbarkeiten, wie die immer heissen, oder nahmen haben mögen, einige verfängliche schmählerung, abbruch oder præjuditz zugezogen seyn, sondern ein jeder einen weeg als den anderen, ohne abgang darbey ruhiglich gelassen und gehandhabt werden. Dessen alles zu wahrer urkundt und steter vesthaltung haben wir *Johann Schweichard* Ertzbischoff zu Mayntz und Churfürst &c. und wir *Moritz* Landtgraf zu *Hessen* &c.

dieſe vertragsnotul in unſer beeder nahmen zwifach verfertigen undt ingroſſiren und unſere inſigel zu end daran wiſſentlich hangen laſſen. Und Wir *Jacob von Eltz* dechant und capitel gemeinlich des Dhombſtiffts zu *Mayntz* bekennen in krafft dies briefs, daſs obberührte vertragshandluug, in maſſen obgeſchrieben, mit unſerem guten Wiſſen und willen geſchehen iſt, willigen auch darin, und haben deſs zu bekanntnus unſers capitels inſiegel, ſo wir zu den ſachen gebrauchen, bey obgedachten unſer gnädigen lieben Herrn inſiegel gehangen, doch uns, unſerer gemeinen præſentz an unſer, und unſseren ſonderen rhenten undt gefällen ohnſchädlich. Datum den 30 tag Octobris. Anno milleſimo ſexcenteſimo octavo.

An. MCCLIV *Andreas* miles, *Dithmarus* miles, *Arnoldus* miles, *Dhegenhardus* ſacerdos & *Conradus de Anzenvare* capellam in *Anzenvare* cum univerſis ſuis attinentiis in ſublevamen ſuorum infirmorum hoſpitali beati *Johannis Baptiſtae* transmarinas partes propriam tradiderunt & liberam aſſignarunt. *Entdeckter ungrund &c. Beylag. Nro. XVIII.*

CLXXV.

Capella in Rosdorff ſeparatur ab Oberndorff.

Bertholdus Archiep. Mog. ad perpetuam rei memoriam non minorem chriſtianæ rei partem curare videmur, dum commodiori animarum curæ pro populorum devotionibus ſalubriter, ſineque præjudicio intendimus; itaque cum populus villæ *Roſtorff* ad ecclefiam parochialem villæ *Oberndorff* veluti matricem pertineat, longeque commodius dictus populus villæ *Roſtorff* curari poſſit, ſi ejus eccleſia & cura a dicta matrice eccleſia ſeparent, & per proprium ſacerdotem parochialem regatur. Unde pro parte dicti populi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictam eccleſiam filialem ab eccleſiâ matrice ſeparare & eam in parochialem erigere dignaremur; nos juſtis ſupplicum votis annuere & curæ animarum providere cupientes viſis inprimis dotibus pro dicta eccleſia in *Roſtorff* conſtitutis, quæ ad ſummam florenorum viginti quatuor hujusmodi extimatione aſcendere videntur, attento etiam conſenſu plebani eccleſiæ in *Oberndorff*, & reſtauro ſine refuſione eidem eccleſiæ facta, accedente etiam patronorum conſenſu dictam eccleſiam in *Rosdorff* hactenus filialem ab eccleſia præfata in *Oberndorff* authoritate noſtra ordinaria ſeparavimus in eccleſiam parochialem ereximus

atque

atque conſtituimus, ſeparamusque, erigimus, atque conſtituimus per præſentes, dantes atque concedentes eidem omnia & ſingula ſacramentalia jura, conſuetudines honeſtas, & privilegia circa repoſitionem corporis Dominici, olei ſacri, baptismatis & ſepulturæ poteſtatem, omniaque alia & ſingula in eccleſiis parochialibus fieri conſueta, exonerantes eam ab omnibus ſubjectionibus & oneribus, quibus hactenus eccleſiæ matrici prædictæ ſubjecta fuit, noſtris tamen ac eccleſiæ noſtræ Moguntinæ ſuperioritatibus, juribus, ſubjectionisque oneribus quemadmodum cæteræ eccleſiæ parochiales nobis ſubjectæ ſunt, ſalvis ſemper atque integris manentibus. Datæ Aſchaffenburgi ſub ſigillo noſtro viceſima Septembris anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto.

CLXXVI.

Parochia in groſen Rosdorff confertur.

Bertholdus Archiep. Mog. honorabili *Joanni Fitze* commiſſario noſtro Amœneburgenſi devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ac omnibus & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum, ut nobis exponitur, fideles nobis dilecti *Henricus* de *Holtzhuſen* pro una, & ſcultetus & ſcabini villæ noſtræ in *Groſen-Rosdorff* pro altera partibus, quibus ſimul cum commendatore domus in oppido *Marpurg* ordinis beatæ *Mariae* Teutonicorum jus nominandi & præſentandi ad eccleſiam parochialem dictæ villæ *Groſen-Rosdorff* noſtræ diœcœſis competere dinoſcitur, devotum nobis dilectum *Joannem Wyntzenhayn* clericum ejusdem diœcœſis ad eandem eccleſiam per mortem *Nicolai Krantz* extra Romanam curiam, & in partibus defuncti vacantem dicto eorum jure patronatus nominaverint & præſentaverint honorabili pariter devoto nobis in Chriſto dilecto *Theodorico de Clee* commendatore prædictæ domus ordinis Teutonicorum moderno quendam alium *Nicolaum Nickel* ad eandem eccleſiam parochialem de facto ſimiliter nominat & præſentat; unde fuit nobis pro parte dicti *Joannis Wyntzenhayn* humiliter ſupplicatum, ut nominationem & præſentationem *Henrici de Holtzhuſen*, & ſculteti ac ſcabinorum villæ memoratæ de eodem ſic, ut premittitur, factas ratificare & confirmare, ipſumque de eccleſia prædicta inſtituere & inveſtire dignaremur, nos juſtitiæ favorem impertiri volentes prænominato *Joanni Wintzenhayn* circa præmiſſa gratificamus, præſentationemque de ſe factam tanquam majoris partis authoritate noſtra ordinaria ratificamus & approbamus, ipſumque de eccleſia præmentionata inſtituimus & inveſtimus, & ei de ipſa providemus, harum ſerie litterarum, mandantes,

præterea tibi commiſſario noſtro prædicto, quatenus eundem *Joannem* aut pro eo procuratorem ſuum legitimum in & ad realem actualem & corporalem poſſeſſionem dictæ parochialis eccleſiæ ponas, amoto exinde quolibet alio illicito poſſeſſore contra hujusmodi noſtram diſpoſitionem occupante, eique uti vero & legitimo poſſeſſori de fructibus, reditibus & reliquis juribus & emolumentis ab his, quorum intereſt, reſponderi facias, contradictores atque impedientes quoslibet authoritate ordinaria per cenſuram eccleſiaſticam compellendo. Datæ apud arcem *ſancti Martini* in civitate noſtra Moguntina penultima menſis Aprilis anno Dni MCCCCLXXXX quarto noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo.

Anno MDV. die nona menſis Aprilis *Jacobus* Archiep. Mog. *Conrado Rucker* parochiam in *Rosdorff* contulit ex jure devoluto.

An. MCCCXCIV. ſecunda feria proxima poſt diem *Agathae* virginis decanus & capitulum ſancti *Johannis Amenburgi* & fratres domus Teutonicæ prope *Marpurg* ſuper jure patronatus altaris *S. Catharinae* in *Martorff* talem iniere concordiam, ut dicta domus ſicut hactenus conſuevit, quemcunque voluerit ad memoratum altare nominet. *Kuchenbecker analect. Haſſ. coll. 1. pag.* 97.

An. MCCCCLXII. die viceſima menſis Martii *Adolphus* Archiep. Mog. conſenſit in permutationem juris patronatus altaris in honorem *ſanctae Catharinae* conſecrati in capella villæ *Martorff*, quod habuere & ceſſere commendator prior & fratres ordinis *Beatae Mariae* Theutonicorum *Domus S. Eliſabeth* prope *Marpurg Henckeloni* & *Johanni* fratribus, *Stammoni* & *Eberhardo* patruis, *Joanni* & *Volperto* fratribus dictis die *Schenck in Schweinsburg* nec non *Hermanno Conradi* plebano ibidem pro altari in honorem beatæ *Mariae* virginis ſanctorumque *Stephani* & *Antonii* ac ſanctarum *Catharinae* & *Eliſabeth* conſecrato in villa *Cappel* ante montem dictum *Loenberg* ſita, cujus jus patronatus ad præfatos armigeros & pleba-

plebanum pertinuit. Litteræ conſenſus datæ ſunt in oppido Fritzlarienſi. *Kuchenbecker l. c. pag.* 109.

CLXXVII.

Beneficium in Martorff confirmatur.

Bertholdus Archiep. Mog. ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc nos commiſſæ ſollicitudinis cura interpellat, ut, quæ in divini cultus augmentum, animarumque ſalutem, pie ſalubriterque deſtinantur, his noſtræ auctoritatis robur impartiamur; ſane pro parte univerſitatis ſeu communitatis villæ *Martorff* prope oppidum noſtrum *Ameneburg* ſitæ noſtræ diœceſis nobis extitit expoſitum, qualiter ipſi in laudem Dei, totiusque cœleſtis jerarchiæ ſuarum prædeceſſorumque ſuorum ſalutem altare quoddam in eccleſia parochiali dictæ villæ *Martorff* erexerint, certisque reditibus, cenſibus & emolumentis, quibus presbyter pro tempore poſſidens congrue ſuſtentari poſſit, dotaverint & fundaverint, prout tenor erectionis, dotationis & fundationis hujusmodi in litteris honorabilium devotorum nobis in Chriſto dilectorum decani & capituli eccleſiæ ſancti *Joannis* Amœneburgenſis, aliorumque fide dignorum ſigillis ſigillatis plenius contineri conſpicitur. Quare fuit nobis pro parte præfatorum de univerſitate ſeu communitate villæ *Martorff* humiliter ſupplicatum, quatenus easdem erectionem, dotationem & fundationem pio devotionis zelo, ſicuti præmittitur, factas admittere, confirmare auctoriſare, & in beneficium eccleſiaſticum erigere dignaremur; nos verò divinum cultum noſtris temporibus augeri & non minui cupientes, præfatas erectionem, dotationem & fundationem cum omnibus & ſingulis ſuis punctis & articulis, prout pia & juſta, ac ſancta ſunt, admiſimus, auctoriſavimus & confirmavimus ac in beneficium eccleſiaſticum ereximus, auctoritateque noſtra ordinaria tenore præſentium admittimus, auctoriſamus & confirmamus ac erigimus, cenſus, reditus ac cœtera bona ad hoc per Chriſti fideles donatas ac donata titulo eccleſiaſtico aſſcribimus, jus patronatûs ſeu præſentandi ejusdem beneficii temporibus vacationum duobus magiſtris, fabricæ præfatæ parochialis eccleſiæ & duobus ex Senioribus ſcabinis in *Martorff* perpetuis in antea temporibus reſervamus, noſtris tamen ac eccleſiæ noſtræ Moguntinæ ſucceſſorumque noſtrorum juribus ſemper ſalvis & illæſis manentibus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datæ *Aſchaffenburgi* XXIIIIta menſis Julii annoDomini MDIII. Conf. *Joann.* T. I. *Rer. Mog.* pag. 589. *Schannat. Client. Fuld.* pag. 131.

CLXXVIII.

CLXXVIII.

Collegio S. Stephani debetur quarta pars decimarum in M. & W. &c.

Nos ſcultetus & ſcabini civitatis *Marpurg* recognoſcimus & preſentibus litteris noſtro ſigillo roboratis confitemur, nos anno Domini M° CC° LXXXIIII° die beati *Antonii* litteram ſubnotatam vidiſſe in hæc verba: In nomine Domini amen. Nos *Th.* decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Stephani* Maguntinenſis notum facimus univerſis & publice proteſtamur, quod partem quartam decimarum noſtrarum in villis *Munechuſen* & *Wolmer* conceſſimus *Ludewico* filio *Goffridi* dicti de *Wolmer* advocati in *Fronhuſen* obtinendam ſub unius talenti denariorum Marpurgenſium annua penſione quam nobis in principio menſis Maj. videlicet in die Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi* perſolvet ſub hac pena, quod ſi defecerit in ſolvendo termino prenotato ſtatim ſequenti die tenebitur nobis duplum, quod ſi nec tunc vel infra duos menſes proximo tunc ſequentes penſio ipſa cum pena non fuerit perſoluta, pars quarta vacabit nobis & jus decimarum quarte ipſius ad eccleſiam noſtram ſine contradiccione redibit; ipſo autem *Ludewico* de hac vita ſublato uxor ejus Hildegardis dictam decimarum partem quartam eodem jure poſſidebit, & ſi fortaſſe poſt obitum ipſorum plures relinquant filios, unus tantum ex eis ipſam quartam decimarum pro eadem penſione in termino predicto ſolvenda ſub condicione & penis predictis poterit obtinere, aliis filiis vel poſteritate ſuorum nichil juris habentibus in eisdem. In cujus noſtre conceſſionis teſtimonium preſentes litteras ſigilli eccleſie noſtre damus eis munimine roboratas. Actum & datum anno Domini M° CC° LXXXIII°. XII kalend. Aprilis.

Anno MCCCLXXXVII. die vigeſima quarta Junii *Johannes*, *Volpertus*, *Eberhardus* & *Fridericus* armigeri dicti *Schenck in Swinsberg* Præpoſito S. *Stephani* ad altare S. *Margarethae* virginis in eccleſia parochiali ibidem *in Sweinsberg* ſitum per mortem *Conradi Morckenſmit* de *Homberg* vacans *Hermannum Gutin* præſentant. *Kuchenbecker anal. Haſſ. coll.* 1. *pag.* 96.

An. MCCCCXIX. *Hermannus* miles, *Antonius*, *Johannes* filius ejus *Guntramus*, *Johannes* filius *Volperti*, *Eberhardus*,

hardus, Wolff, Jodocus & *Rudolffus* dicti die *Schencken zu Schweinsberg* officiali Præpoſiti eccleſiæ S. *Stephani* Magunt. in *Ameneburg* reſidenti præſentant ad altare S. *Crucis* in parochiali eccleſia *Schweinsbergenſi* per obitum *Johannis Fiſchbergs* vacans *Eberhardum de Allendorff. Kuchenbecker l. c. pag. 104.*

CLXXIX.

Confirmatio fundationis altaris decem millium MM. & B. M. Magdalenae in armario parochialis eccl. Sweinsburg.

Dietherus Dei gratia Archiep. Mog. &c. Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalutem in eo, qui omnium vera ſalus exiſtit. Inſtaurationem, fundationem, erectionem & dotationem perpetui beneficii in armario eccleſie parochialis in opido *Sweinsburg* noſtre dioc. ad altare in honore *decem millium martyrum* & beate *Marie Magdalene* conſecratum in dicto armario ſitum per nobis in Chriſto dilectos *Johannem* ſeniorem, *Johannem* juniorem, nec non *Conradum, Volpertum, Eberhardum, Fridericum* conſanguineos *Anthonium Johannem* & *Hermannum* fratres & cognatos dicti *Schencken in Sweinsperg* armigeros pro ſuarum ſuorumque parentum & benefactorum ac ſingulorum Chriſti fidelium hominum animarum ſalute cum certis ſufficientibus redditibus pro unius ſacerdotis dictum altare regentis congrua ſuſtentatione ſufficienter dotatum prout in litteris autenticis dotationis hujusmodi preſentibus annexis plenius ſumus informati, dummodo ſine prejudicio rectoris predicte parochialis eccleſie, & etiam cujuscunque alterius juris injuria facte ſint, & fiant ratas atque gratas habentes ipſasque perpetuando approbamus, collaudamus atque in Dei nomine auctoritate noſtra ordinaria preſentibus confirmamus fructus redditus & proventus ad predictum beneficium dotatum eccleſiaſtice libertati aſcribentes, jusque patronatus ſive preſentandi dicti altaris ſeu beneficii perpetui illi vel illis cui vel quibus in prefatis dotationum litteris reſervatum extitit futuris temporibus reſervantes, harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra *Maguntina* apud arcem ſancti *Martini* die XVII menſis Julii anno &c. LXXX.

§. II.

Sedes in Nüenſtadt.

Item *Spexwinckel* I maldr — It. *Wondgeshüſen* I mod. — It. *Kalpach* I quartale — It. *Mummenberg* II quartalia — It. *Entzenrade* I quart. — It. *Fforſt* II quart. — It. *Glymenhain* I quart. — It. *Ottinradt* I quart. — It. *Gerwinsheim* I quart.

Sedes in Treyſa prope Ziegenhain.

Item *Franckenhain* VI den. — It. *Celle* VI den. — It. *Meynartshuſen* III den. — It. in *ſuperiori Fiſchelbach* III obulos — It. de qualibet domo cedit I obulus pro juribus ſynodalibus — It. *Emelhuſen* II quartal. — It. *Waſenbergh* — It. *Mittelleymbach* I limod. — It. *Warmershuſen* II quart. — It. *Loshuſen* II quart. — It. *Reinhartshain* I quart. & tres obulos — It. *Aldendorff* propè Gerſtenberg I quart. — It. *Grintzenbach* I abbat. — It. *Eppenhain* I quart. — It. *Willingeshuſen* III quart. — It. *Leymbach ſuperior* I quart. — It. *Schonboren* I abbat. — It. *Michelsberg* III limod. — It. *Knechtsbach* I limod. — It. *Holtzmanshuſen* I quart. — It. *Rumershuſen* I abbat. — It. *Breytenbach* I abbat. — It. *Diethartshuſen* I abbat. — It. *Mengesberge* I limod. — It. *Freckenrade* I limod. — It. villa *Saſſenhuſen* I ß. den. — It. *Welnhüſen* IIII den. — It. *Sandashuſen* VI den. — It. *Wydechenhain* VI den. — It. *Heckershuſen* IIII hlr. — It. *Wyra* I ß. den. It. *Mengesberg* prope Entzenrade IIII den. — It. *Fiſchelnbach* VI obulos — It. *Celle* VI den. — It. *Meynhartshuſen* IIII den. De illa ſede plebanus novit informationem, qui annuatim dat domino Prepoſito duos florenos.

Sedes

Sedes in Heydelbach.

Item *Rodichin* II mod. — It. *Heydelbach* III. mod. — It. *Geroltshain* II mod. — It. *Griffenhain* II mod. — It. *Holsburg* I maldr — It. *Wytzendorff* I mod.

Sedes in Alsfelt. *)

Item *Homburg* prope Aldenburg **) II mod. — It. frater Conradus de *Luffelae* I maldr — It. *Hoenberg majus* II mod. — It. *Luffelae* I maldr — It. *Heygenrade* II mod. — It. *Yffe* I maldr — It. *Swabenrade* II mod. præter abbat. — It. *Hoppengarten* inferius I mod. — It. bona Widdekindi armigeri in *Dorſtat* III meſt.

CLXXX.

Confirmatio beneficii in porochiali eccleſia Nuwenſtat.

Dietherus Dei gratia Archiep. Mogunt. &c. Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalutem in eo, qui omnium vera ſalus exiſtit. Inſtaurationem, fundationem, erectionem & dotationem perpetui beneficii in parochiali eccleſia in oppido noſtro *Nuwenſtat* noſtre Dioc. ad altare in honore ſanctorum *Jacobi*, *Jodoci* & *Sebaſtiani* conſecratum in eadem eccleſia ſitum per honorabiles nobis in Chriſto dilectos & fideles caſtrenſes ſcabinos & incolas caſtri & dicti opidi noſtri *Nuwenſtat* pro ſuarum ſuorum parentum & ſingulorum Chriſti fidelium hominum animarum ſalute cum certis ſufficientibus redditibus pro unius ſacerdotis dictum altare regentis congrua ſuſtentatione ſufficienter dotatum prout in litteris autenticis dotationum hujusmodi preſentibus annexis plenius fuimus informati, dum modo ſine prejudicio rectoris predicte parochialis eccleſie & eciam cujuscunque alterius juris injuria facte ſint & fiant, ratas atque gratas habentes ipſas perpetuando approbamus, collaudamus atque in Dei nomine auctoritate noſtra ordinaria preſentibus confirmamus, fructus redditus & proventus ad predictum beneficium dotatum eccleſiaſtice liber-

*) Schannat diœc. Fuld. p. 252 in charta de an. 1069 *Adelesfelt*. &c.

**) Schannat client. Fuld. nr. 29 p. 207 &c.

tati aſcribentes, jusque patronatus ſive preſentandi dicti altaris ſeu beneficii perpetui illi vel illis cui vel quibus in prefatis dotationum litteris reſervatum extitit, futuris temporibus reſervantes, harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra *Maguntina* die decima menſis Julii anno Dni MCCCCLXXVIII.

CLXXXI.

Translatio cimiterii in N.

Bertholdus Archiep. Mog. &c. ad perpetuam rei memoriam. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte plebani, magiſtrorum civium, conſulatus & plebis oppidi *Newenſtatt* ad flumen *orba* ſiti noſtræ diœcœſis petitio continebat, quod, cum in eodem oppido *Newenſtatt* olim adeo excreverit populi multitudo, ut eccleſiam *ſancti Joannis* in eodem oppido ſitam, quæ tunc alterius eccleſiæ extraneae *Newenhofen* nuncupatæ filialis extiterat, ab eadem ſeparari & in novam parochialem erigi expediviſſet nunc vero tanto magis oppidi illius auctam eſſe populi multitudinem conſtet, quod locus pro ſepultura eccleſiaſtica deputatus eccleſiæ *ſancti Joannis* annexus, quod vulgo cimiterium dicimus, ad ſepeliendos demortuos parochiales ibidem non ſufficiat, & quod ſi omnia cadavera defunctorum inibi reponi opporteret, multa exinde pericula, & maximè mortalitatis & peſtilentiæ temporibus veriſimiliter imminerent, & quod ſi ſepulturam hujusmodi ab eadem eccleſia parochiali & cimiterio adjacenti in alium locum religioſum eccleſiæ ſancti *Laurentii* extra muros oppidi prædicti, & in ſuburbanis ejusdem ſitæ, quæ jam dictæ ſancti *Joannis* intraneæ eccleſiæ parochialis & matricis filialis exiſtit, annexum transferrent, conſiderato etiam, quod populus ſuburbanus intraneorum oppidanorum numerum hodie longe excedat, ex illius obtentu memoriæ animarum ac cultui divino plurimum conſuleretur; quare fuit nobis pro parte eorundem plebani magiſtrorum civium conſulatus & plebis oppidi *Newenſtatt* humiliter ſupplicatum, ut hujusmodi translationem auctoritate noſtra ordinaria admittere & confirmare dignaremur. Nos igitur *Bertholdus* Archiepiſcopus præfatus attendentes, quod juſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus, nullum quoque præjudicium ex hujusmodi translatione exiſtimemus conari, precibus ſupplicantium memoratorum favorabiliter inclinati, ſepulturam ipſam ab eccleſia ſancti *Joannis* ſupradicta ad eccleſiam ſancti *Laurentii* filialem illius ex cauſis allegatis transferimus, & ut ſic translatam approbamus per præſentes noſtris tamen & eccleſiæ noſtræ juribus ſalvis ſemper manentibus. Datæ apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra *Moguntina* XV Aprilis ſub ſigillo noſtro anno Domini MCCCCLXXXX quarto,

Anno

Anno MDV die viceſima quarta Octobris *Jacobus* Archiep. Mog. eccleſiam parochialem in *Newenſtatt* per obitum *Hugonis de Lorch* vacantem ex jure devoluto contulit *Eberhardo Indagine* clerico Moguntino.

CLXXXII.

Fundatio altarium ſanctae Annae & S. Ciriaci in eccleſia parochiali Neüſtadt.

In deme namen der heiligen unvertheilten Treieinigkeyt des Vaters undt des Sons undt des heyligen Geyſts amen. Wir burgemeinſter, ſcheffen undt gantzer rhadt zur *Newenſtadt* im landt zu *Heſſen* Meintzer bistumbs bekennen undt thun khundt offentlich mit dieſem brieff allen denen ſo ihnen ſehen oder hören, das weilandt der wirdige herr *Johann Fiſchpach* prieſter Meintzer bistumbs in ſeinem leben andechtiglich undt mit fleiſs bedracht, wer in dieſer vergencklichen zeytt Gott dem Herrn in guten wercken ſewet, der ſchneidet nach dieſem leben die ewige rhue, hierumb hat er zu lobe und zu ehren der obberhürter heiligen Treieinigkeit der himmeliſchen königin und jungfrawen *Marien* allen Gottes Heiligen, zu mehrung Gots dienſts auch ewiger gedechtnuſs des unſchuldigen undt bittern leidens unſers lieben herrn *Jeſu Chriſti*, zu erlöſung aller chriſtgleubigen elendten betrübten und vergeſſen ſeelen, die jetzunder ſeindt oder hinfurther kommen in pein des fegfewers und beſonder auch ihme herrn *Johan Fiſchpach* ſeines vaters, muter, bruder undt ſchweſtern undt allen denjenigen ſo aus ſeinem geſchlecht undt nachkommen allgereidt verſtorben ſindt oder verſterbene werdenn undt denen ſo ihme je gutt gethan zu heyll undt zu troſt ewiger ſeeligkeit eine fundation oder ſtifftung in der pfarrkirchen daſelbſt zue *Newenſtadt* aus guter meinung auſs unſerer eineſs pfarrherrs und altariſten zur *Newenſtadt* gunſt und verwilligung auff ſanct *Marien Magdalenen* der heiligen püſſerin tag im jar fünfzehen hundert undt achtzehen verordneth undt uffgericht vor zwene prieſter uff die zwene newen altar in der gemelten pfarrkirchen zu *Newenſtadt* einer in ſanct *Annen* der ander in ſanct *Ciriacus* ehren geweyhet mit gewieſen zienſen undt rhenten ehrlich undt gennnckſam begifftiget mit tauſendt und zwei hundert gulden heuptgelts die er mit guten erbſtucken undt gewieſſer ſicherer verſchreibung belegt undt darzu ubergeben alſo das die genanthe zwene prieſter ſo zu zeithen ſint ſich der järlichen einkommende nutzung zugleich gebrauchen und dargegen alle tag teglich ſollen ſie ein gewieſſe beleſunge bey

hohe meſſe ſelbſt thun oder beſtellen alſo das ihr icklicher in der wochen drey meſſe nach einander uff den gemelten altaren leſen ſollen undt den ſontag ſollen ſie umb halten doch ohne des pfarrherrs ſchadenn, wilche zweene prieſter auch ſelbſt perſonlich zue *Newenſtadt* wohnen, und ſich mit keinem pfarrecht anderswo zu thun beladen ſonder ihrem pfarrherr undt andern altariſten in ehegenanter kirchen mit ſingen, leſen und den ſontag mit dem weyhewaſſer umzugehen gegenwertig ſeyn undt ehegedachtem pfarrherr die opferfeſt zur Hochmeſs miniſtriren. Undt ſollen undt wollen wir obgenanthe burgemeinſter undt ſcheffen undt rhat wes weilandt ehegemelter herr *Johann Fiſchpach* zu den ehegeneanthen altaren fur hauſſung ſchewer und an andern erbſtucken in oder auſſerhalb Newenſtadt gelegen, alles geſchoſs der wacht und anderer ſtadtſteüer hinfurther ewiglich frey ſein undt pleiben, es hat auch obgemelter ſtiffter gewolt undt verwilliget, das wir nach ſeinem todt undt abſcheiden die ehegenannthen zwen altaria umb Gottes willen geben undt verleyhen ſollen in maſſen wie wir andere altaria undt fruemeſſen zu geben haben einem aus ſeinem geſchlecht der *Fiſchpechen Scharſchmidt* oder dieſelbige jetzgenannte ſtemme einer, darzu geſchickt, tüglich, allgereidt prieſter oder in einem jahr ungefehrlich geſchickt prieſter zu werden und wo man ſolche perſonen nit haben möcht, ſo ſollen wir als patronen jetztgenanthe zwen altaria wilcher unter den zweien verlediget wirdt, einem Newenſtedter kindt darzu wie iczt berührt iſt, geſchickt, eindrechtiglich lehen, jedoch ſo ſoll *Johann Krauskaar* undt *Seifriedt von Fiſchpach* des genannten ſtiffters teſtamentarien, wo ſie das begeren und ſie geſchickt darzu machen, die villgedachten zwen altaria zu erſt beleſen und die erſte poſſeſs haben, es hat auch der gemelte ſtifter in ſolcher fundation ausgetruckt, wes er von hausgerath zu denſelbigen altarien und gebrauchung der prieſter und beſitzer derſelben reichen und geben, das ſoll allweg bey demſelbigen beſitzer bleiben undt weren undt ſo dieck der prieſter einer abgehet, undt ein ander angenommen wirdt, ſoll ſolcher hauſsrath und kleinot durch nur die patron ſo zu zeiten ſein eigentlich und fleiſsig beſehen und angeſchrieben werden, damit es in weſen und beſſerung behalten werde, ſo etwas darvon verlohren undt umbkomen were, das ſoll aus deſs vertheters nahrung wieder genugkſam erſtattet werden, auch haben obgemelte pfarrher und altariſten zur *Newenſtadt* verwilliget undt zugeſagt, ſie wollen die obgemelten zwen prieſter in ihre gemein præſentz gern innehmen dieſelbige præſentz mit zu verdienen und erheben, wilches dann wir als patronen zu geſchehen in ſonderheit auch geneigt ſein, ſo fern der chorhern privilegia und recht ihnen das nit wehren, oder des orths entgegen ſein, das ſolche ſtifftung und anders wie obberuhrt, alles alſo geſchehen und ergangen ſey

erkennen

erkennen wir obgenanthen burgemeinſter ſcheſſen und rhat zur *Newenſtadt* offentlich in und mit crafft diefs briefs, geredden und verſprechen auch hiemit in gutten wahren trewen bei unſern pflichten ſo wir unſern herrn und oberſten gethon und ſchuldig ſeindt, ſolche fundation und ſtiftung feſtiglichen zu halten und zu handhaben, darwieder nichts thun noch verſchaffen durch jemants anders gethan werde in keine weiſſe ſondern alleſampt und ſonderlich mit ernſt daran zu ſein das ſolche Gottes dienſte und andere inhalt dieſer fundation genczlich vollpracht undt unverhindert geſchehen und auch unverhindert alſo bleiben. Defs zu wahrer urkund und mehrer ſicherheit, haben wir dieſen brief mit unſer ſtadt groſs inngefiegell, defs wir uns in ſolchenn und in dergleichen hendelln pflegen zu gebrauchen mit rechtem wieſſen undt willen für uns und alle unſere nachkhommen hieranne gehenckt, der gegeben iſt uff mitwochen nach ſanct *Agneten* der heilgen junfrawen tag nach Chriſti unſers Herrn geburt tauſent fünf hundert undt in einem undt zwanczigſten jar.

CLXXXIII.

Statutum ſuper admiſſione parochi & altariſtarum in Tr.

Theodoricus Archiep. Mog. &c. univerſis & ſingulis præſentibus & futuris præſertim quorum intereſt, vel intererit, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam, dum eccleſiaſticorum beneficiorum eccleſiaſticarumque perſonarum illis pro tempore præſidentium opportunitas & commoda temporalium rerum tenuitas minuit, illarumque vileſcit decentia & divinus cultus in domo Domini deſinit exerceri, diſpendiis hujusmodi ſuccurri per remedia convenit opportuna. Expoſito ſiquidem nobis pro parte devotorum noſtrorum in Chriſto dilectorum *Hermanni Heller* rectoris eccleſiæ parochialis in *Treyſa* noſtræ diœcœſis ac altariſtarum altarium ſanctorum *Nicolai, Mariae Magdalenae, Catharinae,* & *Eliſabeth* ejusdem eccleſiæ, qualiter cauſantibus dudum hujusmodi verſutiis & diuturnis calamitatibus reditur, & proventus dictorum parochialis eccleſiae & altarium adeo exiſtant diminuti, dietimque diminuantur, quod ex illis decenter ſuſtentari, & onera ſibi incumbentia commode ſupportare nequeant; Idcirco ipſi plebanus & altariſtæ cupientes præmiſſis ac animarum periculis, quantum in eis eſt, providere & ſolerter occurrere, deliberatione provida ſtatuerunt & ordinarunt, ut ipſi ad ſtatim ac ipſorum in parochiali eccleſia & altaribus prædictis futuri ſucceſſores & quilibet eorum pro augmento corporum fructuum, redituum & emolumentorum dictorum beneficiorum, præſentiarum & diſtribu-

distributionum communium & pro sustentatione personarum, & ipsis beneficiis modo & pro tempore præsidentium viginti florenos auri Rhenensis, in cujuslibet eorum admissione dare & cum effectu persolvere, de cœtero in perpetuum teneantur, & obligentur, supplicantes nobis, quatenus authoritate nostra ordinaria hujusmodi ordinationem & statutum confirmare dignaremur, nos itaque supplicationibus eorum favorabiliter inclinati, præmissa, & quæ super his per eos pie ac provide facta sunt, rata & grata habentes, ea, auctoritate nostra ordinaria prædicta tenore præsentium confirmanda & approbanda duximus, ac confirmamus & approbamus per præsentes. In cujus &c. *Aschaffenburg* die mensis Martii XVIII, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

CLXXXIV.

Altaria in Tr. conferuntur.

Bertholdus Archiep. Mog. &c. devoto nobis in Christo dilecto Wigando sartoris presbytero nostræ diœcœsis salutem in Domino sempiternam. Stipendia, atque nobis dilectus *Hartmannus Michelinus* jus nominandi habere asseritur, ad altaria *beatae Virginis* & *sanctæ crucis* in ecclesia parochiali villæ *Treysa* nostræ diœcœsis accedente præfati Hartmanni consensu, tibi, quoad vives, levanda & accipienda, & habenda tenore presentium commendamus, dummodo divinis officiis, pro quibus dicta stipendia fundata sunt, plenarie satisfacias, de quo tuam conscientiam oneramus. Datæ in oppido nostro *Amoeneburgensi* sub secreto nostro vigesima quinta Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

Anno MDV. die vigesima mensis Aprilis institutus est *Conradus Reydenhusen* ad altare S. *Nicolai* in parochiali ecclesia in *Treysa* per obitum *Jacobi Heimburgen* vacans ad præsentationem Dni *Wilhelmi* Hassiæ Landgravii.

Eod. anno die XIIII mensis Novembris *Joannes Richaus* ad altare *beatae Elisabeth*, *sancti Joannis* Apostoli & beatæ *Annae* in parochiali ecclesia oppidi *Treysa* per resignationem *Hermanni Petri* vacans à D. *Wilhelmo* Landgravio Hassiæ præsentatus fuit investitus.

CLXXXV.

CLXXXV.

Miſſa perpetua in Treuſa.

Jacobus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius princeps elector ad perpetuam rei memoriam. Gratum & officioſum Deo obſequium nos impendere arbitramur, dum Chriſti fidelium pias diſpoſitiones, quibus divinus cultus augmentatur, ac Chriſti fideles ſe divinæ gratiæ per ſanctorum interceſſiones participes facere ſtudent, paterno amplectimur affectu; cum igitur honorabiles nobis dilecti confratres fraternitatis ſancti *Jacobi* in parochiali eccleſia oppidi *Treyſa* noſtræ diœcœſis ad laudem & honorem omnipotentis Dei ac beati Jacobi apoſtoli duas perpetuas miſſas ſingulis hebdomatibus ſuper altari ſancti *Jacobi* in prædicta parochiali eccleſia oppidi *Treyſa* celebrandas ordinaverint, inſtituerint, & dotaverint, certos ad hoc reditus aſſignando, prout in litteris inſtitutionis & dotationis his noſtris annexis plenius continetur, fuit nobis pro parte prænominatorum confratrum humiliter ſupplicatum, quatenus inſtitutionem, ordinationem & dotationem prædictas admittere, approbare & confirmare fructus quoque & reditus hujusmodi libertati eccleſiaſticæ adſcribere dignaremur; Nos ergo, qui divini cultus augmentum ex intimis affectamus, piis hujusmodi ſupplicationibus inclinati inſtitutionem, ordinationem & dotationem præfatas admiſimus, approbavimus, roboravimus & confirmavimus, nec non auctoritate noſtra ordinaria præſentium tenore admittimus, approbamus, roboramus & confirmamus, fructus & reditus prædictos eccleſiaſtica libertati adſcribentes noſtris tamen & eccleſiæ noſtræ Moguntinæ juribus in præmiſſis ſemper ſalvis & illæſis manentibus. Datæ in arce noſtra *Steinheim* ſub ſigillo noſtro die duodecima Septembris anno Domini MDVII.

CLXXXVI.

Jus nominandi parochos in Zelle & Willingeshuſen.

Ich *Henne* und ich *Tomme* von *Werde*, die mann beyde nennet *Nodunck* gebrüder bekennen &c. als der ehrwürdig in Gott Vatter und Herr herr *Conrad* Abbt zu *Hersfelde* unſer gnädiger lieber herr und die ehrſame und geiſtliche herren Dechant und der gantz convent des ſtiffts zu *Hersfelde* uns und unſern erben zu rechtem mannlehen geliehen haben die zwo pfarrkirchen *Zelle* und *Willingeshuſen* in der herrſchaft von *Ziegenhäyn* gelegen, alſo wan die ledig und los werden, daſs wir und unſer erben die dan leyhen ſollen und mögen nach

laut ſolcher verſchreibung, ſo wir von ihnen darüber verſiegelt innhaben, ſolche verſchreibung dan der ehrwürdigſte in Gott Vatter und Herr herr *Dieterich* Ertzbiſchoff zu *Mayntz* &c. unſer gnädiger lieber herr, dieweil ſolche obgenante zwo pfarrkirchen in ſeiner gnaden ertzbiſchthumb gelegen ſind, gnädiglich beſtättiget, confirmirt und bekräfftiget hat nach inhalt ſolches briefs darüber beſagend. Des ſo gereden und verſprechen wir obgenante gebrüder für uns und alle unſer erben mit guten trewen und in rechter wahrheit, wan und welcher zeit vorgenante zwo pfarrkirchen beyde oder ihrer eine leedig und los, und wir oder unſer erben darauf præſentiren und die leyhen werden, daſs ſolches dem obgenanten unſerem gnädigen lieben herrn von *Mayntz*, ſeinen nachkommen und ſtifft unſchädlich ſeyn ſoll an denen zweyen jahren früchten, die man nennet annos biennales, an ihren ſubſidien, wan und wie dick ſie die auffſetzen, forderen, heiſchen und nehmen werden, und allen andern ihren gerechtigkeiten daran ohne alle gefehrde. Und deſſen zu urkund ſo habe ich Henne Noduńck mein eigen ingeſigel an dieſen brief gehangen, ſo hab ich *Tomme Noduńck* den veſten *Hanſen* von *Erlenbach* vitzthumb zu Aſchaffenburg, daſs der ſein eigen ingeſigel für mich breſten halb des meinen zu dieſer zeit auch an dieſen Brief hat gehangen, uns beyde gebrüder der obgenant und alle unſer erben aller vorgeſchriebenen ſachen und dingen zu ewigen zeiten zu beſagen der ſiegelung, ich Hanns von *Erlenbach* vitzthum itztgenant von bitt wegen des obgenanten *Thomme* alſo für ihn gethan hab mich erkenne. Der geben iſt am montag vor ſanct *Peters* tag ad *cathedram* anno Domini milleſimo quadringenteſimo XL ſexto.

CLXXXVII.

Qualiter jus patr. eccleſiae in Alsfeldt

Univerſis litteras has viſuris G. Dei gratia abbas totusque conventus ſancti *Jacobi* Magunt ſalutem & orationes in Domino. Recognoſcimus atteſtatione preſentium litterarum quod nos de unanimi & concordi conſenſu univerſum jus quod habuimus & habemus in oppido *Alsvelt* quod ex antiquo & de jure noſtre attinet eccleſie, licet aliqui domini Landgravii in oppido ipſo jus noſtrum turbaverint tempore aliquanto cum jure patronatus ac appendiciis & juribus univerſis ipſius intus & extra ceſſimus ac dedimus venerabili patri ac domino noſtro *Siſrido* Archiepiſcopo ac eccleſie Maguntine ita quod ipſe dominus Archiepiſcopus ac eccleſia Maguntina juxta moderamen & arbitrium domini C. decani ac magiſtri *Lodowici* canonici Maguntini nobis dicti oppidi recompenſationem faciat competentem. Actum anno Domini Mill° CC° XLVII° XIIII°. cal. Aprilis. CLXXXVIII.

CLXXXVIII.

Ceſſum fuerit Siſrido Archiep. Mog.

Nos *C.* Præpoſitus. *C.* decanus totumque capitulum eccleſiæ Moguntinæ. Noverint univerſi, quod dominus *Godescalcus* abbas S. *Jacobi* ac conventus ibidem jus quod habebant in oppido *Ailfelt* *) cum jure patronatus appendiciis univerſis domino noſtro *G.* Archiepiſcopo ac eccleſiæ Mogun. in noſtri præſentia ſic ceſſerunt, quod dictus dominus noſter ac ejus ſucceſſores præfatæ eccleſiæ *B.* Jacobi pro ipſo oppido recompenſationem juxta arbitrium domini *C.* decani noſtri, & magiſtri *Ludowici* concannonici faciant congruentem. Actum anno M. CC. XXXXVII, XIV cal. Aprilis.

CLXXXIX.

Praedium in Ailtfeldt donatur monaſterio S. Jacobi.

Judices ſancte Maguntine ſedis recognoſcimus, quod litteras infra ſcriptas non abolitas, non cancellatas nec in aliqua ſui parte vitiatas vidimus ac perlegimus ac ipſas de verbo ad verbum tranſcribi fecimus in hæc verba: *Conradus* Dei gratia Palatinus comes Rheni. In perpetuum notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod nos una cum conjugali noſtra *Irmengardi* Palatina comite jus proprietatis de predio noſtro *Adilfult* quod rationabiliter & juſte poſſedimus, eccleſie *S. Jacobi* in *Maguntia* pro noſtre remedio anime contradidimus. Ut autem nullus heredum noſtrorum hoc factum noſtrum pium infringere valeat, preſentem paginam ad noſtre munimen donationis ſigilli noſtri impreſſione communimus. In hujus igitur noſtre recognitionis fidem ſigillum noſtrum preſentibus litteris eſt appenſum. Anno Domini MCCXCII. XII kalendas Maji.

An. MCCCLXXI. In die inventionis *ſanctae crucis Henricus* lantgravius Haſſiæ & *Hermannus*, natus quondam *Ludowici* lantgravii fratris ejus conſentiunt fundationi duorum beneficiorum in eccleſia parochiali *Alsfeldiae* per *Siboldum Rotzmul* parochum in *Homberg* factæ, cui ſequentes adjiciunt articulos benè obſervandos.

*) Alsfeld.

Primò. Miſſas ſequentes ſingulis annis ordinabunt duorum beneficiorum poſſeſſores, ſcilicet: de nativitate *Jheſu Chriſti*, de feſto paſche, de Spiritu ſancto, de aſſumptione *Mariae* virginis, de ſ. *Johanne Evangeliſta*, de beata *Anna* matre virginis *Mariae* glorioſæ, de omnibus Sanctis, de dedicatione altaris & pro omnibus fidelibus defunctis. Et ad plures non erunt obligati, ſed quilibet eorum quatuor miſſas procurabit præſertim pro tempore non ſuæ promotionis, ſed ordinibus ſacris ab ipſis receptis, ipſi toties quoties Deus benedictus dederit eis gratiam in prædicto altari divinum cultum exercebunt. Præterea miſſæ non celebrentur niſi hora tali, qua plebanus loci non patiatur impedimentum neque damnum, nihil quod ſit contrarium plebano ac ſuæ eccleſiæ acceptantes, ſed potius honorem & reverentiam debitam ſibi tanquam ſuo ſuperiori exhibentes. Inſuper quicquid ſuper altare oblatum fuerit, plebano integraliter præſentabunt pro uſu ſuo nihil penitus retinentes.

Item beneficiati non erunt participes diſtributionum, quæ fiunt in choro eccleſiæ in anniverſariis fidelium defunctorum, niſi ex devotione voluerint vigiliis in choro intereſſe & miſſas pro defunctis celebrare.

Item præfati beneficiati cum ordines ſacros habuerint & reſidentiam perſonalem fecerint, in veſperis, in matutinis, in proceſſione miſſarum, in miſſis feſtorum principalium, in dedicatione templi, in feſto patronorum ſupra nominatorum ſuis ſuperpelliciis præſentes ſint, niſi impediti fuerint legitima cauſa atteſtante.

Præterea quilibet beneficiatorum pro tempore exiſtentium per duo annorum ſeptena in ſtudio privilegiato ſtabit, primo in artibus liberalibus vel in legibus ſecundum diſpoſitionem ſubjecti intellectum ſuum habituando, poſt in ſacra theologia

vel

vel jure canonico ipſum feliciter perficiendo. His annis conſumptis ad ordines promovebuntur ſacros, licet tempore ſtudiis hoc idem non eis interdictum, & in altare divinum officium humiliter & devote exercebunt Spiritus ſancti gratia adjutrice, niſi contrarium eis per venerabilem in Chriſto patrem ac dominum ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum ex cauſis legitimis indulgeatur.

Item beneficiati, ſi ambo fuerint bene fundati in grammatica quod neceſſarium eſt, ut aſcendere valeant ad ſcientias gradatim altiores, tunc ſtabunt in ſtudio privilegiato totam ſuam diligentiam adhibendo, & eis fructus altaris per procuratorem altaris miniſtrentur, ſi autem alter beneficiatorum tantum fuerit habilis ut ſtudio privilegiato applicetur, portio reddituum ipſum contingens per procuratorem ei præſentetur, ſi autem ambo vel alter eorum ire affectaverint vel affectaverit ad ſcolas privatas, ut in primitivis grammaticæ habituentur vel habituetur, de redditibus eis vel ei aliqua porcio eſt miniſtranda ſecundum quod qualitas & circumſtantia loci requirit & expoſcit.

Item toto tempore, quo beneficiati vel alter eorum non valerent vel valeret ex inperitia litteraturæ ſe transferre ad ſcolas privatas ad capiendum primordia artis grammaticæ vel potius ex certa malitia ſe noluerint ad ſtudium privilegiatum diſponere & transferre, his occaſionibus durantibus nullum jus vel poteſtatem habebunt, cenſus & penſiones altaris repetendi, neque eis vel ei aliquo modo debebunt vel debebit ſuffragari, ſed procurator tales redditus & penſiones in utilitatem amborum beneficiorum altaris applicabit perpetuos redditus pro ſuſtentatione beneficiatorum comparando, & hoc fiat toties quoties neceſſarium fuerit, ut beneficiati ad ſtudium artium & ſcientiarum per pœnam ejusmodi compelſantur.

tur. Si autem ambo vel alter eorum ægrotaverint & pœnituerint, neceſſaria tempore ægrotationis ſunt eis vel ei miniſtranda. Item toto tempore vitæ ſuæ beneficiati quantum eſt poſſibile mutuo converſentur.

Præterea & conditiones alias infra ſcriptas patronus vel patrona qui vel quæ pro tempore fuerit, cum moderamine diligenter exequetur. Cum ei conſtiterit evidenter de infamia beneficiatorum aut alterius eorum exiſtentium vel exiſtentis in ſtudio privilegiato vel extra ſtudium turpiter & leccanter (ſcurriliter) vivendo, nec ſtudio vacare velint verarum facultatum, tunc patronus poterit eos vel eum caritative monere, ut de his vanitatibus & vitiis deſiſtant & potius virtutum moralium & intellectualium amator ſit vel ſint amatores; ſi per hanc monitionem non pœnituerint, ymmo magis in obſtinatione perſiſtant, ex tunc patronus procurabit, quod judex ordinarius ſcilicet domini judices ſanctæ ſedis Moguntinæ vel officiales in *Amelburg* ſcribant vel ſcribat monitionem beneficiatis altaris, quod infra certum tempus, menſem vel menſes a vitiis & turpitudinibus declinent & ſtudio virtutum & ſcientiarum ſe ſubjicient; quod ſi ſpreverint, omnia & ſingula vel aliquod eorum in monitione dominorum judicum contentorum ſe a pœnitentia ſalubri avertendo, & probatum fuerit contra eos vel eum ſufficienter coram judicibus ſupra dictis, ex tunc beneficiati vel beneficiatus ſint privato ipſo facto & patronus habeat liberam facultatem, beneficium altaris aliis conferendi & præſentandi.

Inſuper ſi beneficiati vel alter eorum in ſtudio ſtantes noluerint frequentare ſcholas cum diligentia ſtudio inſiſtendo, ſed potius otium & quietem quærendo; vel ſi ſimpliciter neglexerint tempus prædictum ſcilicet quatuordecim annorum,

uti-

utiliter in ſtudio conſumendo, ex tunc privabuntur beneficio ſecundum formam immediate ſupra tactam.

Præterea patronus debet conſtituere virum diſcretum, timentem Deum ſacerdotem vel laicum ſecundum examen ſuæ rationis, toties quoties oportunum fuerit, qui fideliter præſit altari & beneficiatis, ejusdem redditus & penſiones fideliter colligendo & ſagaciter diſpenſando ſecundum informationem patroni, & ſingulis annis audiat computum de receptis & expoſitis per eum cum duobus amicis ſuis ad hoc valentibus. Si legaliter & juſte computabit, inſtet ſupplicando, ut propter Deum in tali officio perſeveret; ſi autem inutilis reperiatur, alium bonæ famæ ſubſtituat gratia Dei adjuvante.

Inſuper omnis patronus vel patrona altaris præfati, patrona prima excluſa ex cauſis legitimis, infra primum annum, in quo jus patronatus ad ipſum vel ipſam devolutum fuerit, niſi ex rationabili cauſa impedimentum interveniat, præſentet ſe plebano eccleſiæ præfatæ vel magiſtro civium, ſi ibidem plebanus domicilium non tenuerit fide data promittendo, quod fidelis ac diligens voluerit eſſe ſecundum poſſe ſuum, ut altaris redditus & penſiones conſerventur, augeantur & debite beneficiatis per procuratorem ſuo tempore diſtribuantur, & quod executionem faciet zelo juſtitiæ, maxime præhabito conſilio prudentum, ſi beneficiati vel alter eorum præſumpſerint, hujusmodi articulis contraire, propter quos debebunt privari ſecundum formam prætactam coram dominis judicibus ordinariis.

Præterea beneficiati non habebunt vicarios, quibus acceſſus altaris a domino Præpoſito S. Stephani ſive ſuo officiali in *Amelburg* committatur. *de Gud. Tom. III pag. 499.*

§. III.

§. III.

Sedes in Kirchdorff.

Item *Balderstorff* I maldr. — It. *Kemmenadenberge* I maldr. — It. *Omeſahe* I maldr. — It. *Rode minor* I mod. — It. *Hartwartshuſen* I maldr. —. It. *Bruckendorff* II mod. — It. *Habbertshuſſen* I maldr. — It. *Eldenrade* I mod. — It. *Fockinshain* I maldr. — It. *Reyſsdorff* I maldr. — It. *Bleyne ſuperior* I maldr. — It. *Rockelshuſen* I maldr. — It. *Lauberbach* I maldr. — It. *Ingerade* I maldr. — It. *Rulekirchen* I maldr. — Item *Obenrade* II alb. — It. *Güntzelnrode* VIII meſt. — It. *Eringeshuſen* IX hlr. — It. *Oberdorff* IX hlr. — It. *Wockenrade* I mod. — It. *Goriingen* I maldr. — It. *Eynhuſſe* I maldr. — It. *Hirtenrade* II mod. — It. *Celle* II mod. — It. *Yſsenwirckel* I mod. — It. *Walen* III mod. — It. *Erbenhuſen* I maldr. — It. *Waizenrade* I mod. — It. *Heymershuſen* II mod. — Item *Hermanſshain* III mod. — It. *Bieſenrade* I mod. — It. *Heydegershuſen* II mod. — It. *Dübentail* I mod. — It. *Rummenraide* I mod. — It. *Sibolsdorff* I mod. — It. *Rechtensdorff* I mod. — It. *Deynrade* I mod. quod datur campanatori. It. *Heilbertshuſen* It. *Bildershuſen* II mod. — It. *Wingeroidt* ſubjacet prepoſiture eccleſie ſancti Stephani Moguntin. — Item plebano in *Gedern* cedunt ſeptem metrete avene ſinodalis.

Sedes in Ufleyden.

Item *Deckenbach ſuperius* II mod. — It. *Gemünden ſuperius* X meſt. — It. *Schadenbach* II mod. — It. *Irmenrade* I mod. — It. *Mülenbach* I maldr. — It. *Rudolfferade* I mod. — It. *Blydenrade* I maldr. — It. *Gemünden inferius* II mod. — It. *Finckenhain* I mod. — It. *Foltsrucken* I mod. — It. *Erinckshuſen* I mod. cedit campanatori. — It. *Hirtenrade* II mod. — It. *Güntershuſen* II mod. — It. *Uffleyden inferius* I maldr. — It. *Har-*

Harhuſen II mod. — It. *Weltershuſſen* II mod. — It. *Horbach* I mod. — It. *Beyelsdorff* I mod. — It. *Otterbach* I mod. — It. *Frawinrade* II mod. — It. *Elpenrade* I mod. — It. *Heymbach* I mod. — It. *Hubele* I mod. — It. *Appenrade* II mod. — It. *Lurelahe* II mod. — It. *Deckenbach inferius* I mod. — It. *Bubelsfelde* II mod. — It. *Frymanne* I maldr. — It. *Opprachtshuſen* III meſt. — It. *Wykrummeshuſen* I mod. — It. *Honigen* II mod. — It. *Uffleyden ſuperius* XVIII hlr.

Sedes in Amena.

Item *Kummelſaſſen* II mod. — It. *Wadenhuſſen* II mod. — It. *Waſchelſaſſen* II mod. — It. *Schonborn* II mod. — It. *Petersbach* II mod. — It. *Bernsfelde* II mod. — It *Amena* I maldr. — It. *Lumme* I mod. — It. *Atzenhein* II mod. — It. *Merlaw* VIII den. — It. *Rensbach* I mod.

Sedes in Londorff.

Item *Udenhuſen* II mod. — It. *Wydreitshain* II mod. I metret. — It. *Nordernahe* I mod. vacat — It. *Appenborne* II mod. — It. *Steinboile* I mod. — It. *Klimpach* I mod. — It. *Molenbach* II mod. — It. *Gawelſhuſen* II mod. — It. *Andreff* I mod. — It. *Rüdingeshuſen* II mod. — It. *Keſſelbach* I mod. — It. *Wytzenhain* II mod. — It. *Lendorff* II mod. — It. *Aldendorff* I mod. — It. *Elhartshuſen* I mod.

Sedes in Windenrade.

In menſura Grünbergenſi.

Item *Hartenrade* II mod. — It. *Altpach* III mod. — It. *Burgkartsfelt* VI meſt. — It. *Windenradel* II mod. — It. *Bernsrade* III mod. Item nota: de iſta avena nihil cedit plebano, quia non facit expenſas.

Sedes in Buſſecken. *)

Item *Alden-buſſeckin* III mod. -- Item *Ruchelinskirchen* I maldr. — Item *Büren* I mod. — It. *Buſſecke* III mod. — Item *Rode* II mod. — It. *Altenſtrudt* VI metret. — It. *Wygantshuſſen* I mod. — It. *Opperode* II mod. — It. *Amelungeshuſen* VI meſten. — It. *Willinhüſen* VI meſten. — It. in *Buſſecken* quelibet domus dabit I hallenſ. pro jure ſuo.

Sedes in Treyſa prope Nordeckin.

Item *Sigartshuſen* II mod. — It. *Treyſa* II mod. — Item *Seilbach inferior* II meſt. — It. *Dodenhuſen* VI meſt. — Item *Seilbach ſuperior* I mod.

Sedes in Kirchberg & Weſſemar.

Item *Udenhuſen* I maldr. — It. *Ruthartshuſen* III mod. — It. *Duckenbach* VII metret. — It. *Mantzelar* Ij maldr. — It. *Deyburge* II mod. — It. *Loller* IIII mod. — It. *Kirchberg* & *Hegershuſen* III maldr. — It. *Weſſemare* & *Burſchied* III mldr. Margburgenſ. menſ. Sedes illa deducta tertia dat domino Prepoſito quinque mldra.

Sedes in Ebisdorff.

Item *Heſſenhuſen* II mod. — It. *Wermbrachteshuſen* I mod. vacat — It. *Huſſe* II mod. — It. *Heiſtehain* I mldr. loquimur de j mldr. per ſe & illis in Molne — It. *Wittelsberg* II mod. — It. *Roſſeberg* VI meſt. — It. *Ludehabe* II mod. — It. *Irbershuſen* II mod. vacant — It. *Wulmersdorff* I mod. — It. *Mulen* II meſt. molendina ibid. — It. *Ebisdorff* II mod. — It. *Breydenborn* II mod. vacat — It. *Beltershuſen* II mod. — It. *Brodehuſen*

*) Bocheſecke. Lunig corp. jur. feud. T. II pag. 1673.

dehuſen II mod. — It. *Udenhuſen* I mod. vacat — It. molendinum dictum die *Snabelsmule*. — It. *Capelle* II mod. cedit campanatori I mod. — It. *Hachenborne* II mod. — It. *Ulrichshuſen* I mod. vacat — It. *Dotenhuſſen* I mod. — Item ſedes in *Belnhuſen* dat I ß. den.

De eccleſiis in Obern-Breydenbach & Eringeshuſen vid. Kuchenbecker anal. Tom. V pag. 425.

CXC.

Laudum inter plebanum in Gedern & commun. in Zelle.

Bertoldus Archiep. Mog. &c. ad perpetuam rei memoriam. Pro debito officii noſtri libenter his intendimus, per quæ cultui divino augmentum & Chriſti fidelibus quies, animique tranquilitas accedat; orta ſiquidem controverſia inter honorabilem devotum nobis dilectum *Joannem Geemichin* plebanum in *Gedern* ex una, communitatemque & habitatores in *Zelle* parte altera ſuper baptismate, ac aliis ſacramentis miniſtrandis, inito etiam compromiſſo inter partes ſuper quæſtione in quosdam a nobis, & ab illuſtri principe avunculo noſtro dilecto domino *Wilhelmo* landgravio *Haſſiae* &c. deputandos, laudoque tandem per honorabiles devotos & fideles nobis dilectos *Joannem Etzen* commiſſarium noſtrum, *Joannem Gerhardi* canonicum, *Joannem de Elershuſen* officiatum, *Nicolaum Engelman* cellerarium oppidi noſtri Amoeneburgenſis, *Joannem de Ludder*, *Chriſtianum de Büdingen* a nobis & avunculo noſtro prædicto deputatos inter partes prædictas in hunc modum pronunciato, quod concordiam, quam dudum *Eckardus Becker* quondam commiſſarius noſter & *Joannes Kurlin* canonicus Amoeneburgenſis erexerunt, feceruntque partes præfatæ juxta tenorem illius plenarie omni exceptione & fraude ſemotis firmiter & temporibus perpetuis teneant & obſervent. Præterea cum communitas & habitatores in *Zelle* baptiſterium in eccleſia ibidem erigi procuraverint, deputati a nobis & avunculo noſtro præfato attendentes, quod habitatores prædicti a longis temporibus baptiſterium hujusmodi apud ſe reverenter ſervaverint, quodque viſitatio ſacrorum in villa *Gedorn* & uſus ſacramentorum. Ibidem propter longinquam locorum diſtantiam incommoda & pericula in ſe non modica contineant, ob id communitati, & habitatoribus prædictis permiſerunt, quod ipſi eorumque presbyteri perpetuis futuris temporibus venerabile Sacramentum euchariſtiæ, olei

ſancti & baptismatis ad ſe in eccleſia præfata accipiant & habeant, accipere & habere poſſint, absque omni tam plebani prædicti quam ſucceſſorum ſuorum & cujuscunque contradictione, inſuper quod plebanus ſæpedictus & ſucceſſores ſui ac illi, quibus officium hujusmodi ab his forte committetur, debeant & teneantur habitatoribus præfatis, poſterisque ſuis ſacramenta prædicta in- & extra locum ipſum in *Zelle* opportunis & neceſſariis temporibus miniſtrare, hoc tamen ſervato, quod habitatores prædicti poſterisque eorum venerabile Sacramentum & baptisma cum omnibus ornamentis neceſſariis & conſuetis ac luminaribus die ac nocte decenter conſervent, procurentque & efficiant ſine mora, quod uſus ſacramentorum & illorum conſervatio, ut præfertur, noſtræ confirmationis munimine robrentur, quemadmodum in litteris deſuper confectis plenius exprimuntur, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: Zu wiſſen &c. tenor vero litterarum concordiæ factæ per *Eckardum Becker* quondam commiſſarium & *Joannem Kurlin* canonicum Amœneburgenſem, de quibus ſupra ſit mentio, ſequitur in hunc modum: Irthum &c. unde nobis pro parte illorum fuit ſupplicatum, ut laudum prædictum ratificare & confirmare dignaremur, nos igitur divini cultus augmento & partium quieti faventes laudum præfatum in omnibus & ſingulis articulis ſuis prædictis & juxta continentiam litterarum præmiſſarum tenore præſentium ratificamus & confirmamus, juribus tamen noſtris & eccleſiæ noſtræ ſemper ſalvis, quibus non intendimus per prædicta in aliquo præjudicium generari. Datum in caſtro noſtro *Steinheim* ſub ſigillo noſtro XXIX. Martii anno Domini 1493.

An. MCCXII. II Septembris *Gerhardus* eccleſiæ collegiatæ S. *Stephani* jus patronatus eccleſiæ in *Amena* collegio ſuo contulit, ut inſtituto in dicta collegiata legitimo vicario & aſſignato eidem in ſuſtentationem ſuam ſtipendio competenti, quicquid reſiduum fuerit, in communes canonicorum uſus cederet. Donationem hanc *Sifridus* Archiep. Mog. authoritate ordinaria roboravit. vid. *Joannis rer. Mog. tom. II. pag.* 528. Extat in ſede Archipresbyterali *Wetter Amenaw. inferior* & *Amenaw ſuperior.* Extat ibidem ſedes archipresbyteralis in *Amena*, quæ pagum hujus nominis unicum numerat, quin addatur; an ſuperior ſit vel inferior. Extat tandem *Amena* in ſatrapia Grünbergenſi ſesqui hora ab Ulrich-

Ulrichſtein diſtans. Diſpiciendum nunc, quænam *Amena* ex præfatis quatuor in diplomate noſtro denotetur? Dubium augere videtur alia charta, quæ ſententiam *Gotfridi* cuſtodis & archidiaconi majoris eccleſiæ Moguntinæ ſuper jure patronatus eccleſiæ in *Amena* continet, apud *de Gud.* T. 1. *pag.* 491. Evaneſcet autem omne dubium, ſi ſequentia curatiùs inſpiciantur documenta, quæ hoc §o ſequuntur. Præſertim illud quod incipit: *Wir Heinrich von Gots gnaden Landgrefe zcu Heſſin &c.* ex quo pateſcit diploma noſtrorum innuere *Amenam inferiorem* pago *Merlaw* vicinam. Altera *Amena* ſuperior audit, de qua Gudenus loc. cit., & in archidiaconatu eccleſiæ S. Johannis quærenda. vid. infr. c. 2. *Amenaw* vero *ſuperior* & *inferior* in ſede *Wetter.* huc plane non ſpectant. conf. *cl. D. Carolus Philippus Kopp in egregio opere von der ältern verfaſſung der geiſtlichen und civilgerichten in den Heſſiſchen landen erſter theil pag. Beylagen zu dem vierten Stück pag.* 268.

Reverſales illorum de *Hohenfels* de recepto inter alia â capitulo S. *Stephani* jure patronatus in Amenowa vid. apud *de Guden. Tom. II. pag.* 174.

CXCI.

Bona eccleſiae S. Stephani in Nieder-Ohm.

Nos *Godefridus* decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Stephani* Moguntinenſis recognoſcimus nos litteras infra ſcriptas ſigillatas ſigillis de quibus in eis ſit mencio & omni ſuſpicione carentes habere & eas tranſcribi feciſſe de verbo ad verbum nil addito vel detracto. Et tenor prime ſequitur in hunc modum: Litigantibus *R.* decano *S. Stephani* in *Maguncia* & *Gerlaco* advocato in *Merlowe* ſuper quibusdam bonis ad curtim in *Amene* pertinentibus tandem partibus fideliter compromittentibus ac conſencientibus ſic queſtio eſt deciſa: Dictus *G.* decimis novalium in *Merlowe* renunciavit omnino, de decima in *Steinbruckin* idem *G.* quatuor uncias ſolvet eccleſiæ beati *Stephani* annua-

tim Prepoſitus beati *Stephani* vel ejus nuncius in piſcinis *Amne* pertinentibus cum advocato piſcabitur quando voluerit decem ſolidis qui de curia in *Amne* dari conſueverant idem *G.* penitus renunciavit. De molendino in *Amne* quinque ſolidi tantum annuatim dabuntur eidem & preter illos nichil juris in ipſo molendino retinebit & locacio ejus penes eccleſiam reſidebit. Molendino quoque in *Kunemundiſſaſſen* idem *G.* & *Cunradus Wiſegukil* qui inſeodatus erat prefate eccleſiæ reſignarunt; jus tamen advocatitium inde dabitur advocato prout ab antiquo dari conſuevit & nichil amplius. In bonis *Gasdinrod* idem *G.* recognovit ſe advocaciam non habere homines eccleſie idem *G.* de cetero non rapiet, non exactionem que ſcazunge vocatur faciet, non eos pro ſe fidejuſſores dabit & propter hoc conventus beati *Stephani* decimam in *Bernesvelde* ad uſus ſuos tenendam dimiſit eidem. Teſtes hy ſunt: *W.* Prepoſitus de *Werberg*. *E.* decanus de *Munberg*. *R.* de *Kyrberg*. *W.* de *Scrikede*. *S.* de *Lundorf*. & *E* de *Gemundin* plebani. Laici *Eberhardus de Merlowe*, *Ekehardus de Rupratherode*, *Cunradus Zurl* Caſtellani in *Merlowe Gundramus in Marburg*, *Gundramus de Olſe*, *Mengotus aureus*, *Krafelo de Uſleidin*, *Cunradus de Velle*, *Marquardus de Lengesvelth* caſtellani in *Gruninberg Hartmudus* de *Ahe*. Actum in *Grunenberg* ſub *Bertoldo* qui dicitur *Golder* ſcülteto ibidem. Anno gracie M°CC° XXVII° ſexto nonas Marcii. In cujus rei evidenciam preſens pagina impreſſione ſigillorum eccleſiæ de *Werberg* prefati *G.* decani in *Nunberg*, civitatis de *Gruninberg*. *E.* de *Merlowe* & *G.* prefati in *Marburg* munimen accepit, homines eccleſie advocatus de cetero nulli concedet.

Item tenor alterius talis eſt:

CXCII.

Litterae ſuper advocatia in Amena.

Judices ſancte Magunt. ſedis. Noverint univerſi preſentes literas inſpecturi quod cum quod ſuper jure advocacie in *Amena* inter Prepoſitum & capitulum ſancti *Stephani* Magunt. ex parte una & dnum *Gerlacum de Merlowa* verteretur ex altera in arbitros utraque pars conſenſit videlicet in dnum *Lutegerum* Prepoſitum dictum de *Haſilſtein*, Sifridum de *Aldenburg* canonicos majoris eccleſie, *Theobaldum* decanum, *Arnoldum* ſcholaſticum ſancti *Stephani* & magiſtrum *Heinricum* cuſtodem S. *Petri* Maguntinos & illorum arbitrio ſtare fide data promiſerunt & ſub pena viginti librarum Magunt. monete. Hoc facto propoſuit coram arbitris Prepoſitus memoratus quod cum idem *G.* nichil juris haberet in foreſtaque vulgariter appellatur *Cammerforſt* prepoſiti ſancti *Stephani* Magunt. jus ſibi in eadem contra juſticiam uſurparet,

ſalvo, cui ſuisque ſucceſſoribus pro eodem hoſpitali annuus cenſus duarum marcarum argenti annis ſingulis perſolvatur; in cæteris vero hoſpitale liberum permaneat. *Hiſtoriſche nachricht von dem urſpr. des Teutſchen Hauſes zu Marburg. Beylagen Nro.* 34. *pag.* 25. *ſq.* & ex hoc diplomate eruimus, cur eccleſia Marburgenſis annuo cenſu onerata, immunis cæteroquin pronuntiata ab aliis impoſitionibus in noſtro, quod edimus, regiſtro archidiaconali non reperiatur; ait enim *Bertoldus* Archiep. Mog. in privilegiis clero ſuo in- & extra civitatem per totam, quà latè patet, diœceſin an. MCCCCLXXXVI conceſſis =: Item quod nihil de dignitatibus, perſonatibus & eccleſiis parochialibus ipſis & eorum eccleſiis ſeu monaſteriis in civitate Moguntina vel extra ſeu in diœceſi Moguntina conſtitutis usque in hodiernum diem incorporatis ratione ſubſidii vel contributionis aut alterius cujuscunque exactionis vel petitionis cujuscunque nomine requiramus ſpecialiter vel cum aliis communiter aut recipiemus ab ipſis vel recipi volumus aut requiri, cum per contributionem ſeu ſubventionem eccleſiarum Moguntinenſium communem ſatis oneratos reputemus eosdem.

An. MCCLVIII. kal. Aprilis *Sophia* filia beatae *Elyzabeth* Thuringiæ Lantgraviæ jus patronatus eccleſiæ *ſuperioris Walgern* in dotem altaris eccleſiæ S. *Virginis Mariae* in choro beatæ *Elyzabeth* fratrum Theutonicorum apud *Marburg* à marito ſuo *Heinrico* Ducæ Brabantiæ exſtructi devotiſſimè contulit. videatur *entdeckter ungrund &c. beylag Nro XX.*

An. MCCLXXXVII. ſexto idus Martii altare S. *Crucis* in eccleſia beatæ *Elyzabeth* in *Marpurg* bonis & redditibus, de quibus ſacerdos in eodem altari ſerviturus ſuſtentari poſſit, dotatum eſt in hunc modum, ut numerus ſacerdotum in uno

excreſcat, qui in dicto altari in perpetuum officia celebret divinorum. *Entdeckter ungrund &c. beylag Nro. XL.*

An. MCCCCXLIV. ipſo die *B. Auguſtini* Epiſcopi à fratre *Hermanno* epiſcopo eccleſiæ Zizienſis Theodorici Archiepiſcopi Mog. in pontificalibus vicario capella *S. Crucis* extra muros Marburg conſecrata eſt ita ut eadem capella debeat eſſe annexa eccleſiæ parochiali.

An. MCCCLXXXII. Dominica ſecunda quadrageſimæ quæ cantatur *Reminiſcere Johannes* epiſcopus *Sydonienſis* Dietheri Archiep. Mog. ſuffraganeus capellam SS. *Apoſtolorum Johannis, utriusque Jacobi* & *beatae Annae* in *Marburg* conſecravit. *Kuchenb. anal. Haſſ. coll. VII. p.* 41.

Idem Epiſcopus an. MCCCCLXXXV. ipſo die beatì *Remigii* martyris *Bertholdo* ſedem archiep. Mog. tenente dedicavit ſtructuram eccleſiæ S. *Johannis Ev.* ad rivum Leonis in *Marpurg* verſus occidentem adjectam. *Kuchenbecker l. c. pag.* 42.

CCV.

Indultum exponendi Sanctiſſimum feriis quintis.

Bertholdus Archiep. Mog. plebano, cæterisque divinorum rectoribus eccleſiæ parochialis in *Marburg* noſtræ diœcoeſis ſalutem in Domino ſempiternam. Ut vos & veſtrum quilibet ab hinc usque ad feſtum ſancti *Michaelis* proxime futurum ſingulis quintis feriis venerandum ſacramentum Dominici Corporis propatulo in monſtrantiâ vitro tamen ac panniculo ſericeo perſpicius velatum in miſſa, qua illuſtris Princeps avunculus noſter clariſſimus dominus *Wilhelmus* Landgravius *Haſſiae* comes in *Catzenelenbogen, Dietz, Ziegenhein* & *Nydde* in ſupradicta eccleſia ſingulis quintis feriis in venerationem & reverentiam dicti ſacramenti decantandam ordinavit animo, & propoſito rectius & ſtabilius in perpetuum inſtaurandi ad altare ad hoc deſtinatum deferre, & finita miſſa ad repoſitorium ſuum referre poſitis & valeatis, & quilibet veſtrum poſſit & valeat tenore præſentium propter preces ſupradicti

pradicti principis nobis desuper oblatas gratiosius indulgemus, facultatemque concedimus debitis tamen servatis ceremoniis & solennibns in his fieri solitis, & consuetis. Datæ apud arcem sancti *Martini* in civitate nostra Moguntina nostro sub secreto, secunda mensis May anno Domini MCCCCXCIX.

De oppido Marburg conf. de Gud. Syllog. pag. 599.

An. MCCCXXXIV. decimo kal. Nov. *Sifridus* Archiep. Mog. donationem universitatis villæ *Debratshusen* in nemoribus *an der Hardt* & *an dem alten Hobe* in usum sacerdotis ministrantis ecclesiæ in *Elinhusin* factam confirmat. *Entdeckter ungrund &c. Nro XXII.*

An. MCCCXXXIX. quarto kal. Maji. *Wernerus Thoring* miles & *Mechtildis* dicta de *Gambach* ejus conthoralis capellam in *Wershusen* dotarunt. vid. *Kuchenbecker anal. Hass. coll. III. pag.* 142.

An. MCCCLVIII. circa altare in capella *Wershausen* disponitur. *Kuchenbecker coll. III. pag.* 144.

Additum est in registro: Item I. mlr. facit XVI. mesten.
I. modius facit IIII. mesten.
I. mesten facit II. sester.
Item II. ß. hllr. facit IIII. albus.
Item *Kyrperg*, *Wymar*, *Lor* & *Gladenbach*, iste IIII. sedes dant annuatim XXI. mlr. avene sinodalis sine sara.

CCVI.

Confirmatio statutorum ecclesiae parrochialis in Kuschenberg &c.

Dietherus Dei gratia sancte Maguntinensis sedis Archiepiscopus sacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector ad futuram rei memoriam. Rationi congruit & convenit honestati

ut ea que per inferiores rita ordinata sunt superioris autoritate roborentur, sicque firma persistant nec successu temporis hominum causante malitia aboliantur. Sane quam olim tunc plebanus altariste & Premissarius ecclesie parochialis in opido *Ruschenberg* nostre dioc. bono ducti zelo pro divinis in ipsa ecclesia peragendis officiis & horis canonicis decantandis ac disciplina inter eos servanda in laudem & gloriam Dei omnipotentis intemerate semper virginis *Mariae* & totius Ierarchie ac pro decore ecclesiastice religionis nec non conservacione illorum honestam fecerunt ordinacionem, illamque felicis recordacionis *Conradus* predecessor noster auctoritate ordinaria approbavit & confirmavit prout in ejusdem predecessoris nostri inde confectis litteris plenius continetur; Ex post quoque prefati pro tempore plebanus & altariste alia superaddiderunt & inter se perpetuo valitura ediderunt statuta videlicet quod quilibet assumendus in primeva institucione sua & antequam fructus beneficii ad quod assumitur sive eciam cottidianas distributiones que presencie nuncupantur, percipiat seu petat pro fabrica & conservatione ornamentorum ipsius ecclesie sive augmento ipsarum presenciarum quindecim libras hallen. usualium Marpurgensis monete persolvat; quodque quilibet eorundem beneficiatorum in sua institucione plebano pro tempore promittat reverenciam obedienciam in licitis & honestis jurabitque statuta & consuetudines prefate ecclesie prout eum contingunt & concernunt inviolabiliter observare neque quidquid in illorum ipsius ecclesie & membrorum illius prejudicium quoquo modo attemperare & nunc moderni plebanus & altariste sepedicte ecclesie parrochialis in Ruschenberg humiliter supplicarunt nobis, quatenus omnia illa ratificare & eciam confirmare dignaremur, unde nos qui cupimus ut divinus cultus ac ecclesiastica disciplina in dies augeantur & salubria suscipiant incrementa supradictas ordinaciones ac alia supradicta statuta quia ea racionabilia comperimus nec juri absona eciam ratificamus ac similiter cum decreti nostri interposicione & defectuum si qui forsan intervenerunt supplecione perpetuis futuris temporibus valitura auctoritate nostra metropolitica & ex certa sciencia confirmamus; Cum igitur post prefati nostri predecessoris confirmationem premissaria in præfata ecclesia parrochiali ipsius plebanatui sit rite unita & annexa, attendentes quidem accrescat divinus cultus quo major inibi sit numerus personarum & pro tempore plebano & altaristis prefatis licet unam vel plures personas habiles & ydoneas in chori socios pro horis canonicis decantandis recipere totiens quotiens & eos ad nutum amovere absque derogacione ordinacionum & statutorum prenarratorum liberam eis concedimus facultatem; Demum quoque ut prefati plebanus altariste & quos pro tempore, ut prefertur, duxerint assumendos chori socios eo promptiores ad persolvendum omnipotenti Deo suum famulatum & devociores in

divinis

divinis peragendis officiis ac canonicis horis decantandis reddantur, quo exinde ultra temporalia emolumenta dono ſpecialis gracie ſpiritualiter ſe conſpexerint refectos, omnibus & ſingulis ipſis qui hujusmodi divinis officiis & horis canonicis interfuerint cantando pſallendo & legendo corde contritis & ore confeſſis qualibet vice omnipotentis Dei, beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ac beati *Martini* Epiſcopi patroni noſtri auctoritate & meritis confiſi quadraginta dies de injunctis eis penitenciis in Domino miſericorditer relaxamus futuris perpetuis temporibus. Volumus autem & auctoritate noſtra prefata ſtatuimus & ordinamus ut dehinc perpetuis futuris temporibus plebanus altariſte premiſſarii & alii beneficiati predicti nunc & pro tempore exiſtentes apud dictam eccleſiam perſonaliter reſidere & eam ſecundum dictorum plebanie altarium, premiſſarie & beneficiorum ſuorum inſtitucionem fundacionem & dotacionem officiare ſub pena privacionis ab eisdem debeant & teneantur, nullusque ad dictorum beneficiorum fructuum perceptionem niſi jurejurando id ſe implere atque ſervare promiſerit admittatur. Harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum in caſtro *Eltvel* die decima ſeptima menſis Junii anno Dni milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

CCVII.

Confirmatio inſtaurationis altaris S. Johannis Bapt. ac B. M. Magdalenae in Ruſtenberg.

Dietherus Dei gratia &c. Univerſis & ſingulis ad quorum preſentes noſtre litere pervenerint notitiam prefertim honorabilibus devotis nobis in Chriſto dilectis plebano & altariſtis parrochialis eccleſie opidi *Ruſtenbergk* noſtre dioc. ſalutem in Domino ſempiternam. Altaris ſancti *Johannis Baptiſtae* ac beate *Marie Magdalene* ſui patronorum in prefata eccleſia ſiti inſtaurationem per devotum nobis in Chriſto dilectum *Henricum Jacobi* ex quodam ejuſdem eccleſie aſſerto ſtipendio conſenſu tui prefati plebani ad hoc intervento factam juxta expoſitionem arbitramenti ſive laudi honorabilium devotorum nobis in Chriſto dilectorum *Johannis Menclin* decretorum doctoris ſcholaſtici S. *Petri* Frideslarienſis *Johannis Curlin* noſtri commiſſarii & canonici S. *Johannis Baptiſte* Ameneburgenſis eccleſiarum ac *Johannis Hohenfels* commendatoris in *Kirchain* fratris ordinis Theutonicorum domus beate *Elizabeth* prope *Margburgk*, cujus inſtrumento preſens noſtre confirmationis pagina transfixaliter adheret, totius ſui effectus pariter & ipſum arbitramentum ſeu laudum ratificantes approbamus collaudemus atque in Dei nomine noſtra ordinaria auctoritate preſentibus confirmamus,

mus, in quantum certe absque tui & cujuslibet tibi ſuccedentis prenarrate parrochialis eccleſie in *Ruſtenberg* rectoris prejudicio & etiam cujusvis alterius alieni juris injuria fuerit facta & fiat. Jus preſentandi etiam ejusdem altaris quotiens ipſum vacare contigerit, illi vel illis cui aut quibus in dotationis litteris reſervatum eſt perpetuis futuris temporibus reſervamus. Harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum noſtro in opido *Aſchaffenburgenſi* ſexta die menſis Aprilis anno Dni milleſimo quadringenteſimo octuageſimo.

CCVIII.

Collatio eccleſiae parochialis in Duff.

Jacobus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius princeps Elector honorabili ac devoto nobis in Chriſto dilecto *Wigando Wymar* clerico noſtræ diœcœſis ſalutem in Domino ſempiternam; vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut te ſpecialibus favoribus & gratiis proſequamur, nuper ſiquidem parochiali eccleſia in *Duff* noſtræ diœceſis, quæ de jure patronatus laicorum exiſtit, & quam quondam *Johannes Flocken* ipſius eccleſiæ rector, dum viveret, obtinebat, per obitum ipſius *Joannis* vacante dilectus nobis Antonius Schenck laicus hac vice ſenior de familia Schencken, ad quem juxta antiquam & laudabilem conſuetudinem in dicta familia obſervatam & legitime præſcriptam jus patronatus ſeu præſentandi dictæ eccleſiæ ſpectaſſe & pertinuiſſe, ac ſpectare & pertinere, eundemque uti ſeniorem in poſſeſſione juris præſentandi dictæ eccleſiæ fuiſſe & eſſe dinoſcitur, te ad dictam eccleſiam habilem & idoneum ac alias ſufficienter qualificatum rite & debite infra tempus debitum præſentaverit, quidam verò *Philippus Schenck* magno annorum intervallo Junior nullum præſentandi jus dictæ eccleſiæ, ut aſſeris, hac vice habens, cum fruſtra pro *Joanne* filio ſuo coram dicto ſeniore patrono ſupplicando intercederet, doleretque in filii repulſa te præſentatum in contrarium ſenſum protractus forſan animo vexandi, te, ut aſſeris, dictum *Joannem* filium ſuum ad animarum curam paſtoraleque officium exercendum minus accommodatum ex eo, quia licet idem *Joannes* jam per aliqua temporis intervalla mentis compos factus ſit; eundem tamen fuiſſe quandoque ratione & diſcretione orbatum & veluti furioſum & amentem ſine animi judicio viſum, cognitum & reputatum, & inantea de illius recuperatis ſeu recuperandis ſenſibus ſecuri nihil præſumendum

eſſe

esse cum de jure non posset, ex paterna affectione de facto præsentâsse dicitur, prout in præsentationum litteris utrique seorsum & respective concessis plenius etiam asseris contineri, eaque propter per te & dictum *Joannem* ex adverso nulliter præsentatum coram officiali præposituræ Sti *Steffani* civitatis nostræ Moguntinæ ad proclamationis termini præfixionem nondum servati deventum esse dubitari te subjungens propter certos dicti adversarii inordinatos favores in dicta præpositura plus equo fatigari, viresque dicti officialis pro canonicâ institutione obtinenda, debiliter subsistere, fecerisque nobis, propterea humiliter supplicari, quatenus tibi in præmissis gratificari ac ordinaria nostra auctoritate tibi de dicta ecclesia providere dignaremur; nos igitur præmissarum tuarum virtutum meritis ac dispendiis ecclesiarum, animarumque periculis & litium difficultatibus inde exoriri suspicandis, ac quod per seniorem verum & legitimum patronum præsentatus sis, per nos diligenter pensatis, litesque abbreviare quieti tuæ & animarum saluti consulere, tibique gratificationis prærogativam in præmissis concedere volentes tibi prætextu dictæ tuæ præsentationis quoad assecutionem dictæ ecclesiæ ordinario antelationis privilegio liberali favore gratificamur, dictamque ecclesiam sive, ut præmittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cujuscunque persona vacet, cum omnibus juribus & pertinentiis suis conferimus & providemus de eadem, teque investimus per præsentes; Quocirca omnibus & singulis plebanis, viceplebanis, ceteris clericis & tabellionibus in nostra civitate & diœcœsi ubilibet constitutis præsentium vigore requisitis sub excommunicationis pœna trium dierum canonica monitione præmissa, districté præcipiendo mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum legitimum tuo nomine in & ad corporalem, realem & actualem possessionem dictæ ecclesiæ, juriumque & pertinentiarum ejusdem inducant, inductumque defendant, amoto exinde quolibet alio illicito detentore, facientes tibi de fructibus, redditibus, oblationibus & proventibus integre responderi; contradictores & rebelles ecclesiasticam per censuram authoritate nostra ordinaria compescendo, datæ apud arcem sancti *Martini* in civitate nostra Moguntina sub sigillo nostro die decima mensis Januarii anno Domini MDVII.

§. V.

Sedes in Breydenbach.

Item *Roden* III hlr. — It. *Ibeshussen* X hlr. — It. *Litresfelt* XI hlr. molend. ibid. VIII hlr. — It. *Frehenthüsen* VIII hlr. inde molend. — Item *Zweyhorle* VI den. — Item *Ginderna*

IX den. molend. — It. *Iffenhuſſen ſuperior* cum molendino VIII den. It. *Iffenhuſſen inferior* cum molendin. VIII den. — It. *Stempherphe* III den. cum molend. ibid. — It. *Achimbach* VII hlr. — It. *Wadechin* III hlr. — It. *Simmersbach* VI den. — It. *Puderbach* VI den. — It. *Obbern Dydena* V hlr. — It. *Nyddern Dydena* VIII hlr. — It. *Wolckershuſſen* VI hlr. — It. *Weyffenbach* & Willingshuſen VIII hlr. — It. *Gotzhuſen* VII den. cum molendino. — It. *Gladebach* VI hlr. — It. *Nyddern Laſſphe* VIII. hlr. — It. *Melsbach* VII. hlr. — It. *Walen* I ß. den. — It. *Fiſchelnbach* VI den. cum molendino. — It. *Heyſempach* VIII hlr. — Item *Weſentpach* & *Dietzraide* VIII hlr. — Item II molen. in *Breydenbach* dant XII den.

Sedes in Lasphe.

Item *Lasphe* XVIII hlr. — It. duo molend. ibid. — It. villa *Banecker* dant I alb.

Sedes in Arfelden.

Item primo parrochia *Elſaff* villa ibid. II *ſchecks* — It. *Aldeshuſen* II ſtoctas. — It. *Moſsprachtishuſen* I ſchackts. — It. *Lynphe* II. metret. — It. *Rüigene* I ſchact. — It. *Schwartzenaw* I ſchact. — It. duo molendina in Elſaff & *Madeshuſen* quodlibet VI hlr. — Item molendinum *Gotprachteshuſen* VI hlr. — Item molendinum in *Swartzenau* I ß. hlr. — Item molendinum in *Arfelden* I ß. hlr. — Item *Arfelden* cum ſuis villagiis dabit avenam plebano pro ſua parte. — Item *Dotzlar* I ſchat. — Item parrochia in *Chidenhuſen* cum ſuis duabus capellis ſemper dedit duo maldra, ſcilicet *Wonerdishuſen* & *Ockenfelden.*

Nota I maldr. facit X metret. & X metret. I mldr. — Summa VI ß. II hlr. & VIII ſchat.

Sedes

Sedes in Schonſtat.

Item *Gosfelden* IX den. & curia Gotfridi de Hotzfelt III den. — Item *Swartzenborn* I ß. den. — It. *Steynhartshuſen* II ß. den. — It. *Sarnawe* I ß. den. — It. *Gittingen* VIII den. — Idem molendinum ibid. VI den. — It. *Frindesfelt* III den. — Item *Kolbe* I ß. den. — Item *Rosphe inferior* XVI den. — It. *Rosphe* media I ß. den. — It. *Ramehuſen* V den. — It. molendinum ibid. VI den. — Item *Betzgeſſdorff* I ß. den. — It. *Birgele* IX hlr. — Item molendinum ibidem VI den. — Item *Bernsdorff* VI den. — Item *Dampershuſen* VII hl. — Item *Reydenhuſen* I ß. den. — Item *Wyderckhuſen* V. hlr. — Item *Schonſtadt* XV. den. ſed nolunt plus dare. — Item molendinum *Stubiff.* VI den. — Item molendinum *Grappen* VI den. — Item molendinum *Bremmeshop.*

Sedes in Wetter.

Item oppidum *Wetter* II ß. den. — Item *Kene* V hlr. — Item *Amenaw inferior* I ß. den. — Item *Amenaw ſuperior* III den. — It. *Düdenhuſen* VI hlr. molendin. VI den. — It. *Wartzebach* I ß. hlr. — It. *Wetter* ſuperior IIII den. — Item III molendin. ibidem quelibet VI den. — It. II molend. apud *Wetter* II ß. den. — It. *Wetter inferior* VI hlr. — It. molend. ibid. VI. den. — Item *Frygesfelde* & *Roſphe ſuperior* VI hlr. — Item der Walckmole VI den.

Sedes in Bentreff.

It. *Roſentail* I ß. den. — It. *Bentreff* VII hlr. — It. *Brachte* I ß. den. — It. *Eychen* VII hlr. — It. *Wydenhain* III hlr. — It. *Forſt* VII hlr. — Item *Hergershuſen* VII hlr. — It. *Willershuſen* VII hlr. — Item Tollhuſen VII hlr. tertia pars cedit plebano.

Sedes in Keſterburg.

Item tota parrochia in *Holtzfelt* II ß. den. — It. *Deckinsbach* V. hlr. — It. molendin. ibid. X hlr. — It. *Engelbach* V. hlr. molendinum ibidem. — It. *Perdisbach* V hlr. — It. *Holtzhuſen* VIII den. molendinum ibidem. — Item *Fronhuſen*, *Buchborn* & *Aſphe ſuperius* XI den. Faber. — It. molendinum ibid. VI hlr. — It. *Banebach* VI hlr. — It. *Iſſe* VI den. — It. *Dreyspach* XI hlr. — It. *Ernſthuſen* VIII hlr. — It. *Hollenden* VI hlr. — It. *Aſphe inſer.* VI hlr. — Item *Ringeshuſen* & *Buckelshuſen* IX. hlr. — It. *Wolckersdorff* lj mod. avene — It. *Symonshuſen* VI den. — Item molend. ibid. VI. den. — Item *Wolmar* X den. — molendinum VI den. — Item *Monchhuſſen* I ß. den. molendin. VI den. — Item *Rode* VIII hlr. molendin ibid. VIII den. — Item *Brunckhuſen* VI den. molendin. VI den. — Item *Boppendorff* VII meſten avene.

Sedes in Battenfeldt.

Item *Bengershuſen* III ß. cum molendino — Item *Dodenawe* cum quatuor villis II ß. hlr. molend. ibid. IX hlr. — It. molendinum in Warmershuſſen I ß. hlr. — Item II *Rygene* VI hlr. — Item II eccleſie in *Brunely* & *Veldenberge* ſunt deſolate. — Item in parrocchia *Wadenfelt* & *Eyllenhuſen* VIII hlr. — Item *Brüngſtat* XV hlr. molend. VI hlr. — Item *Duntzelnhuſen* VII hlr. molendinum VI hlr. — Item *Aldendorff ſuperior* VII hlr — Item *Heyne* VI hlr. — It. molitor in *Reugershuſen* dat I alb. de novo molendino facto — It. *Eylnhuſen* VIII hlr. — It. *Aldershuſſen* II ß. hlr. — Item *Lyſſene* XI hlr. — It. *Rendelhuſſen* VII hlr. — Item *Letter* III hlr. — Item *Altendorff inferior* VIII hlr. — Item *Battenfeldt* VII hlr.

Sedes in Rüdene.

Item *Rüdene* I ß. den. — It. *Warmshuſen* I ß. den. — It. *Wangenhuſen* I ß. — It. curia *Rodenpach* VI groſſen. — It. *Eiterdorff* I ß. den. — It. *Heſſele* VI den. — It. *Wyndershuſſen.*

CCIX.

Parochia Breytenbach incorporata monaſterio in Blanckenheim.

Nos *Hartmodus* Prepoſitus, *Gyſele* magiſtra, *Jutta* prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium in *Blanckenheym* recognoſcimus publice per preſentes, quod Moguntinis glorioſis dominis canonicis apud ſanctum *Martinum* annualiter & eterne tenemur & obligati ſumus duas libras cere de incorporatione parochie quod dicitur *Breytenbach*, quod eſt incorporatum ex gratia glorioſorum predictorum dominorum Mogunt. ut predictam ceram per proprias expenſas noſtri conventus ad fabricam feſtum beati *Martini* epiſcopi dare & preſentare debemus, in quorum certitudinem pleniorem preſentem litteram damus predictis dominis ac ipſorum ſubſequentibus noſtrum ſigillum domini *Hartmodi* Prepoſiti & conventus ſanctimonialium in *Blanckenhaym*. Dat. anno Dni M° CCC. XLII°. pridie idus Maji.

CCX.

Confirmatio altaris in Lasphe.

Albertus Dei gratia Archiep. Mog. &c. ad perpetuam rei memoriam; ad hæc nos commiſſæ ſollicitudinis cura interpellat, ut, quæ in divini cultus augmentum, animarumque ſalutem piè, ſalubriterque deſtinantur, his noſtræ auctoritatis robur accommodemus; ſane pro parte honorabilium nobis in Chriſto dilectorum *Pauli Hultzſcher* rectoris parochialis eccleſiæ in *Puderbach*, *Joannis Hommertzhuſen* Coloniæ commorantis, *Gilberti Hayn* rectoris parochialis eccleſiæ in *Elſaff*, *Hermanni Steinhuſch* primiſſarii in *Bidenkopp*, & *Philippi Arach* rectoris parochialis eccleſiæ in *Buchenaw* presbyterorum noſtræ Moguntinæ diœceſis executorum ultimæ voluntatis quondam devoti nobis in Chriſto dilecti *Eckardi Hultzſchers*, dum viveret rectoris parochialis eccleſiæ extra muros dicti oppidi *Bidenkopp* porrecta continebat petitio, quod ipſi piam & extremam dicti *Eckardi Hultzſchers* teſtatoris voluntatem rite & legitimè, ut tenerentur, exequi volentes, quoddam beneficium eccleſiaſticum ſimplex ad altare beatiſſimæ *Annae*, benedictæ matris

ac virginis Dei genitricis *Mariae* ſitum in parochiali eccleſia in *Lasphe* præfatæ noſtræ diœcœſis in dicti teſtatoris & parentum ſuorum animarum ſalutem inſtituerint, erexerint, fundaverint, & decenter pro ſuſtentatione poſſeſſorum pro tempore ejusdem altaris dotaverint, cum aſſignatione decem & octo florenorum Rhenenſium in auro cum dimidio floreno, & eorundem vero valore, ac uno denario annuæ penſionis, nec non quindecim maldrorum ſiliginis, octo aucarum & totidem gallorum & trium gallinarum, annuorum perpetuorum cenſuum ſive reddituum ad hæc per teſtatorem præfatum, dum viveret, comparatorum emptorum, ac ad uſum præfatum deſtinatorum cum reſervatione juris patronatûs dicti altaris, aliisque honeſtis modis & capitulis, & præcipue, ut poſſeſſor præfati altaris pro tempore oneratus eſſe debeat, omnibus & ſingulis ſeptimanis duabus miſſis, unam Martis pro pecatis alteram vero ſingulis Jovis diebus pro defunctis cantandæ ſive legendæ, juxta commoditatem, illo adjecto, quod ſi præfatus poſſeſſor in miſſis præfatis legendis ſive decantandis negligens repertus fuerit, totiens quotiens id ſine legitima cauſa & absque licentia ſive venia deſuper petita & obtenta contigerit, rector parochialis eccleſiæ in *Lasphe* pro tempore exiſtens, una cum magiſtris fabricæ dictæ eccleſiæ, unum thuronenſem ab eo exigant, & in uſum ſive augmentum ornamentorum ac aliorum neceſſariorum dicti altaris & non alibi convertant, prout hæc & alia in quodam inſtrumento publico de manu honorabilis nobis dilecti *Joannis Rodder* de *Hertzhuſen* tabellionis publici ac clerici ſupradicti noſtræ diœcœſis, ut apparuit, ſubſcriptio coram nobis deſuper producto plenius continetur, cujus tenor incipit in nomine Domini amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod ſub anno a nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo decimo quarto, indictione ſecunda, die verò Veneris duodecima menſis May pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini noſtri *Leonis* divina providentia Papæ *decimi* anno ſecundo &c. In calce autem dicebat: acta fuerunt hæc in oppido ſupradicto *Lasphe* Moguntinæ diocœſis inque domo ſæpedicti domini *Pauli Hubſchers* executoris ſupradictorum ſub anno, indictione, die, menſe & pontificatu, quibus ſupra præſentibus ibidem honorabilibus viris dominis *Krafftone Eckeln* capellano in *Wittigenſtein* & *Finolfo Banch* altariſta in *Lasphe* presbyteris ſæpedictæ Moguntinæ diocœſis ad præmiſſa vocatis, pariterque rogatis, unde fuit nobis pro parte ſupradictorum executorum humiliter ſupplicatum, ut dictam erectionem, fundationem ac dotationem cum omnibus reſervationibus, modis & conditionibus auctoritate noſtra ordinaria admittere & probare dignaremur; nos igitur augmento divini cultus, ſalutique animarum intendentes juſtisque votis libenter annuentes, erectionem, dotationem & fundatio-

nem

nem prædictam auctoritate noſtra ordinaria tenore præſentium admittimus, laudamus, approbamus, & confirmamus, fructus, reditus, & proventus dicti beneficii in præfato inſtrumento deſcriptos eccleſiaſticæ aſſcribentes libertati, jusque patronatus ſive præſentandi dicti altaris ſive beneficii perpetui illi vel illis, cui vel quibus in præfato dotationis inſtrumento reſervatum exiſtit, perpetuis futuris temporibus reſervamus, noſtris tamen & cujusvis alterius juribus ſemper ſalvis & illæſis manentibus. Datæ ſub ſigillo noſtro præſentibus appenſo die 14ta menſis Martii anno Domini 1516.

An. MDIX die XXVI Novembris *Uriel* Archiep. Mog. confirmat translationem juris patronatus altaris S. *Barbarae* in parochia *Goſſelden* à fratribus domus *zum Löwenbach Marburgi* exiſtentibus in Teutonicos ibidem factam. *De Gud. Tom. IV pag.* 575.

CCXI.

Dedicatio eccleſiae in Grosfelde transfertur.

Dietherus Dei gratiâ Archiep. Mog. &c. univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Nuper pro parte devotorum nobis in Chriſto dilectorum plebani in *Gosfelde* ac magiſtrorum fabricæ capellæ ſive filiæ eccleſiæ parochialis in *Gosfelde* vulgari vocabulo Sarnauw appellatæ precibus humilibus nobis ſupplicatum extitit, ut feſtum dedicationis ejusdem capellæ, quod hucusque ſolitum erat peragi Dominicæ die proximo ante *Michaelis* in diem *Cyriaci* videlicet octavum menſis Auguſti certis de cauſis coram nobis allegatum transferre dignaremur; cum igitur non debeat irreprehenſibile judicari, conſideratis loci & temporibus qualitatibus, ut ea, quæ minus providè ordinata ſunt, in melius reformentur, hujusmodi precibus annuentes, præfatum feſtum dedicationis in diem ſancti *Cyriaci* octavum ſcilicet menſis Auguſti præmiſſis & aliis certis rationabilibus cauſis id poſcentibus duximus transferendum, ſtatuentes & ordinantes authoritate noſtra ordinaria, ut ipſum feſtum dedicationis cum octavis ſuis, de cæteris divinis cum officiis & aliis ſolennitatibus debitis & conſuetis ſingulis annis in prædicto die ſancti *Cyriaci*, & conſequenter rite devoteque celebretur; cum hoc & omnes ac ſingulas indulgentias per quoscunque Archiepiſcopos & Epiſcopos Catholicos gratiam & communionem apoſtolicæ ſedis habentes, dictæ capellæ in feſto prælibatæ dedicationis conceſſas,

in

in quantum de jure poſſumus, approbamus & præſentibus confirmamus harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum *Aſchaffenburg* viceſima prima menſis Junii anno &c. LXXVIII.

An. MCCCCLXXVIII die quinta menſis Junii officialis Præpoſiti S. *Stephani* Mog. decernit proclama ad plebanos in *Rosphe* & *Beczchindorff* ac vice curatum in *Schonenſtad*, in cauſa præſentationis *Joannis de Lare* clerici Mog. dioc. ad eccleſiam paſtoralem in *Schonſtadt* S. *Martini* per obitum *Johannis Moenkorn* vacantem per *Johannem de Schönſtadt* armigerum factæ.

CCXII.

Eccleſiae in Gruſen & Lobilbach incorporatae monaſterio in Hegene.

Nos frater *Theodericus* dictus abbas totusque conventus monaſterii in *Hegene* ordinis Ciſterc. Mog. dyoc. omnibus hoc ſcriptum intuentibus ſigillorum noſtrorum appenſione recognoſcimus manifeſte, quod ratione duarum incorporationum nobis in eccleſiis noſtris videlicet in *Gruſen* & in *Lobilbach* per reverendum dominum dominum *Henricum* Archiep. Mog. & per ejusdem eccleſie capitulum ibidem quatuor libras cere in die beati *Martini* epiſcopi annis ſingulis porrigemus. Datum anno Domini M° CCC° XLI° in die beati *Medardi* Epiſcopi.

Indulgentiarum litteras à variis Archi- & Epiſcopis capellæ in *Lyſen* & eccleſiæ in *Fromeldiskirchen* conceſſas ab Archiep. Moguntino *Gerhardo* an. MCCXCVI ratificatas vide apud *Kuchenbecker anal. Haſs. coll.* 2 *pag.* 303.

CCXIII.

Proviſio de parochia in Wetter.

Jacobus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius princeps Elector honorabili *Joanni Rod* presbytero præbendato eccleſiæ beatæ *Mariae* virginis oppidi noſtri *Wetter* devoto nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Do-

Domino ſempiternam; vitæ ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales; cum itaque officium plebanatus prædictæ eccleſiæ beatiſſimæ Dei genitricis & virginis *Mariae* in *Wetter* noſtræ diœcœſis per liberam reſignationem Mengotti Gueln ultimi illius poſſeſſoris ad præſens vacet, religioſæ devotæ nobis in Chriſto dilectæ *Eliſabeth* de *Brueck* abbatiſſa, totusque conventus, & concapitulares ejusdem eccleſiæ, ad quas officii plebanatus hujusmodi electio ſive præſentatio pleno jure ſpectare & pertinere dinoſcitur, te capitulariter & concorditer in eorum & dictæ eccleſiæ plebanum elegerunt, nobisque per earum patentes litteras tanquam habilem & idoneum ad idem plebanatus officium præſentârunt, humiliter ſupplicantes, quatenus electionem hujusmodi confirmare, & te de dicto officio plebanatus inveſtire dignaremur, nos verò ſupplicationibus hujusmodi tanquam juſtis & rationabilibus annuentes, teque præmiſſorum meritorum tuorum intuitu favore proſequi volentes gratioſo, electionem ſic, ut præmittitur, de te factam ratam & gratam habentes ipſam auctoritate noſtra ordinaria præſentium tenore approbamus, & confirmamus, teque de dicto officio plebanatus cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis inveſtimus, & inſtituimus, univerſis & ſingulis presbyteris, clericis, notariis & tabellionibus publicis per civitatem & diœcœſin noſtram ubilibet conſtitutis, cæterisque, quorum intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, per hæc ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus te vel procuratorem tuum legitimum tuo nomine in & ad corporalem, realem & actualem poſſeſſionem officii plebanatus, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducant, & defendant inductum, ac te vel procuratorem tuum prædictum ad hujusmodi officium, ut moris eſt, admittant, tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integrè reſpondeant, & ab aliis, quantum in eis fuerit plenarie reſponderi faciant, contradictores quoslibet auctoritate noſtrâ per eccleſiaſticam cenſuram compeſcendo. Datæ *Aſchaffenburgi* ſub ſigillo noſtro die duodecima menſis Octobris anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto.

CCXIV.

Confirmatio beneficii in Wetter.

Bertholdus Archiep. Mog. &c. ad perpetuam rei memoriam ad hoc nos commiſſæ ſollicitudinis cura interpellat, ut, quæ in divini cultus augmentum, animarumque ſalutem pie ſalubriterque deſtinantur, his

noſtræ auctoritatis robur impartiamur; pro parte ſiquidem religioſæ abbatiſſæ, reliquarumque perſonarum utriusque ſexus eccleſiæ ſanctæ *Mariae* in oppido noſtro *Wetter* noſtræ diœceſis, ac etiam conſulum & populi ibidem nobis in Chriſto dilectorum & dilectarum fuit expoſitum quorundam Chriſti fidelium elemoſinas & donationes perpetuas pro beneficio eccleſiaſtico in dicta eccleſia exigendo & dotando factas eſſe & collatas quarum valor usque florenorum auri viginti aſcendat, præter præſentias & diſtributiones, quas presbyter inſtituendus in eadem eccleſia ſit percepturus, plura etiam presbytero poſſeſſori incumbentia onera & alia circa poſſeſſionis acquiſitionem, & divina dicenda officia & jus patronatus proviſa eſſe & ordinata juxta formam litterarum, ut apparebat, ſigillis abbatiſſæ & eccleſiæ prædictæ ac etiam oppidi noſtri prædicti munitarum, fuitque nobis humiliter ſupplicatum, ut erectionem, fundationem & donationem acceptare & in beneficium eccleſiaſticum erigere & confirmare, devotoque nobis in *Chriſto* dilecto *Joanni Ecken* presbitero pro nunc de eo providere gratioſè dignaremur; nos igitur juſtis ſupplicum votis annuere cupientes, dictam erectionem, dotationem & fundationem acceptamus, laudamus & approbamus, & in beneficium perpetuum erigimus, inſtituimus, & confirmamus, præfatoque *Joanni Ecken* presbitero de eodem providemus, eundemque inveſtimus per præſentes, volentes, ut omnia & ſingula capitula in dictis litteris præſentibus affixis contenta firmiter & inconcuſſe obſerventur, juris tamen & rationis moderatione ſemper ſalva, jus etiam patronatus beneficii prædicti præfatis perſonis in præfatis litteris expreſſis in perpetuum reſervantes, juribus noſtris & eccleſiæ noſtræ Moguntinæ ſemper ſalvis manentibus, datæ in arce noſtra *Amoeneburg* ſub ſigillo noſtro XXV. Novembris anno Domini 1493.

§. VI.

Sedes in Geysmar.

Item *Orkenn* III hlr. — It. *Heſſele* VI den. — It. *Schreüffe* VI den. — It. molendinum ibid. VI den. -- It. *Ellershuſen* VI den. — It. in *Brunckhuſen* quelibet domus I den. — It. *Eyermyn* I §. den. — It. *Saſſenberg* II §. den. — It. *Treyspach* IX hlr. tertia pars cedit plebano — It. *Geysmar* intra V hlr. — It. molendinum ibid. in der Lingele I §. hlr. — It. *Heunenhuſen* VII hlr. — It. *Burtzebach* I §. den. — It. *Haubele* I §. den.

ß. den. — It. *Deyrade* I ß. den. — It. *Aldendorff* I ß. den. — It. *Holtzhuſen* I ß. den. — It. duo molendina ibid. I ß. den. — It. *Albershuſen*. — It. *Heſſele* I ß. hlr.

Sedes in Frankennau.

Item villa *Frawennaw* III torneſs. — It. *Lolebach* I torn. molendin. I ß. raro ibi celebratur.

Sedes in Vole.

Item *Vole* VI den. — It. *Harpershuſen* III den. — It. *Bruneckshuſen* III den. molend. I ß. hlr. — It. *Borſchoiff* III den. — It. *Morbodenhain* III den. — It. *Aldenlotheym* XII hlr. — It. *Smedelotheym* III den. — It. *Eſele* X hlr. — It. *Hertigshuſen* IIII den. molendin. I ß. hlr. — It. *Auernhorſt* VI hlr.

Sedes in Fromeldeskirchen. *

Item *Ewerthuſen* IIII ſchact. — It. *Rupertshuſen* II ſchact. — It. *Eymanshuſen* I ſcheffl. — It. *Lynsphe* III ſchact. — It. *Belchershuſen* I ſchact. — It. *Fromeldeskirchen* I ſcheffel de iſtis datur plebano tertia pars.

Sedes in Gemünden.

Item *Gemünden* I ß. den. quem tollit plebanus pro jure ſuo. — It. *Josbach* II mod. avene & manent plebano propter expenſas. — It. *Moeſchydt* IX hlr. Haſſie. — It. *Moeſchydt* VI den. cum molendino. — It. *Lindenborn* V hlr. — It. der Slegernmül I ß. — It. die *Awe* mole I ß. — It. Molin vor dem heyne I ß. — It. die Walckmole vacat.

* Conf. Kuchenbecker Annal. Haſs. coll. II pag. 305.

Sedes in Gruſſenn.

Item *Senerterode* I ß. den. — It. *Albshuſen* I ß. den. — It. *Habelsdorff* VI den. — It. *Hadewergk* II ß. hlr. — It. *Winterſcheidt* XVIII hlr. — It. *Lichenſcheidt* IIII den. — It. *Heymbach* IIII den. — It. *Schonawe* I ſcheffel avene & IIII hlr. — It. *Willingshuſen* I ß. — It. *Wara* VI den. & molend. VI den. — It. *Hettingishuſen* V den. — It. *Reymershuſen* VI den. — It. *Monchuſen* VII hlr. — It. *ſuperior Holtzhuſen* VII hlr. — It. *inferior Holtzhuſen* III hlr. — It. *Treysbach* VI den. — It. *Bockendorff* IIII hlr. — It. molendinum in *Hadilngeshuſen* VI den. — It. *Dodenhuſen* IX hlr. — It. *Langendorff* VI den. — It. *Leynhuſen* V hlr. — It. *Selum* IIII den. & molend. VI den. — It. *Herboldeshuſen* IIII hlr. molend. VI den. — It. *Holtzpach* IIII hlr. — It. *Geysmar* V hlr. — It. *Daurade* VI den. — It. *Hertzhuſen* VII hlr. — It. *Herwin* VI den. — It. *Hanciils* IX hlr. — It. *Aldendorff* VI den. — It. *Schiffelbach* I ß. hlr. — It. *Lolebach* I thornes.

CCXV.

Bona quaedam in Weſede legantur ad cultum divinum.

Ad perpetue rei memoriam nos proconſul ſcabini jurati oppidi in *Frankenberg* recognoſcimus preſentibus infraſcripta eſſe acta ordinata & facta inter filios quondam Henrici *Gozonis* civis in *Franckenberg* dominum Henricum canonicum in *Wetere* dominum *Gerlacum* plebanum in *Franckenberg*. *Johannem Goz* & *Alhedim*. *Jacobum* & *Glismundim* conjuges, conjuncta manu, heredum eorum eciam conſenſu accedente. Teſtamentum domine *Alhedis* matris ipſorum, videlicet bona in *Weſede* ſicut nobis afferuerunt, de eorum bona voluntate & conſenſu tanquam in ultima voluntate pro animabus parentum ſuorum pro Deo per dominam *Alhedim* matrem ipſorum teſtamentum inter vivos quam eciam inter mortuos legata, data, aſſignata, reſignata, legitime de predictorum fratrum conſenſu. Predicti dominus *Henricus*, *Johannes*, *Alhedis*, *Jacobus*, *Glismudis* conjuges ac coheredes vendiderunt juſto titulo vendicionis unanimi conſenſu bona fide

pre-

predicto domino *Gerlaco* plebano pro octo marcis Colonienſibus denariorum. Ita quod ipſa bona ſi commode facere poſſet, pagata dicta ſumma ſaltim convertet in cultum divinum & pro animabus parentum ſuorum & fidelium defunctorum traditione & reſignatione dictorum bonorum nomine legati & teſtamenti per ipſos ac ſuos heredes legitimè ipſi plebano facta coram fide dignis, ut eſt juſtum, dictas octo marcas Colonienſes de eorum expreſſo conſenſu, & juſſu ac ſuorum heredum conſenſu coram fide dignis pagavit expeditè & preſentavit domino *Henrico* fratri ſuo canonico predicto ut ipſam ſummam utiliter & religioſè convertet pro legato & teſtamento matris & parentum & fidelium defunctorum, in eccleſiam ſancte *Eliſabet Marpurg*. Quod facere promiſit fideliter & expeditè pecunia recepta canonicus antedictus hys ritè factis dicti fratres & eorum conjuges promiſerunt nomine ſuo & heredum ſuorum omnium firmiter & bona fide omni exceptione juris & facti remota, quod ipſum plebanum in dictis bonis in *Weſede* nec in aliis bonis ſuis & rebus quibuscunque & quocunque modo queſitis aut à parentibus provenientibus ipſum unquam vellet impedire per ſe vel ſuos heredes opere, conſilio vel facto ſed diſponere deberet de eisdem ut ſibi placeret; renunciantes in hys omnibus exceptionibus juris & facti, ſupplicantes cum inſtantia per nos eidem plebano hoc conſignari ſigillo noſtre univerſitatis. Et nos proconſul & ſcabini in *Franckenherg* ad inſtanciam predictorum fratrum & facti expeditionem plenariam preſentantes literam ſigillo noſtre univerſitatis duximus ſigillandam. Actum & datum anno Domini MCC. XCIX. die . . Marcy.

CCXVI.

Venditio quaedam monaſterio S. Georgii facta ratihabetur.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Sciant preſentes & noſcant poſteri, quod ego *Rodolfus de Helpenberch* emptionem curtis celebratam in villa que dicitur *Brunicghuſen* per procuratorem domini *E.* infra *Frankenberch* eccleſie montis beati Georgi apud *Frankenberch* ex parte una & *Bertoldum Kulen* ex parte altera quod jus non modicum in dicta curte, prout à meis ſenioribus intellexeram me cognovi habuiſſe, emptionem talem verbo & facto interrupi. Poſtmodum vero ad diem amicabilem evocatus ad petitionem & conſilium fratris & comitis *Wernheri* dicti de *Wiſentfelt*, domini *Gotfridi de Hapeswelt*, domini *Godeberti de Dedenshuſen*, *Johannis de Hergoshuſen*, *Heinrici Slederonis* prefati monaſterii emptionem & ſupra dicti *B. Kulen* venditionem ſupradicte curtis quam de voluntate conjugis ſue & ſuorum puerorum ſicut multis conſtat, quod in preſentia abbatiſſe & to-

cius conventus non ſolum vendiderant, verum eciam ſicut mos eſt iisdem bonis cum omni integritate abrenunciaverant, hec omnia ratificando approbavi & pro me & ipſis ſigillo civitatis *Frankenberch* ſicut tunc placuit roboravi. Acta ſunt hec anno Domini MCCXLIX.

CCXVII.

Molendinum conventui in Hadebranzdorf venditur.

Univerſis preſentem paginam inſpecturis *G.* gogravius univerſique conſules in *Abbendecce* preſens ſcriptum in perpetuum valiturum. Noverint univerſi preſentem paginam inſpecturi, quod *Ludewicus* filius *Johannis Many* molendinum apud *Buzebach* ſitum & conventui in *Hadebranztorph* ſito ab ipſo *Johanne* venditum coram nobis aſſignavit. Et quicquid in eo habuit juris ſive poteſtatis ſive libertatis una cum prece ſuo jam dicto conventui aſſignavit. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Teſtes hujus rei ſunt *Th.* viceplebanus in *Abbendecce*. *G.* capellanus in *Waldenberg*. *G.* cappellanus in *Abbendecce*. Acta ſunt hec anno Domini MCCXLVIIII.

CCXVIII.

Quatuor jugera monaſterio S. Georgii adſignata.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti amen. Ego *Albertus Lullo* preſenti ſcripto proteſtor & declaro, quod urgente me quadam neceſſitate, viam meliorem conſequendi denarios non inveni, quam eccleſie montis beati *Georgi* apud *Frankenberch* ſupplicando & familiaritatem non modicam cum ipſis cenobitis contrahendo, qui mihi tres marcas ad triennium mutuo dederunt, quos ipſis ſolvam. Medio autem tempore fructus duorum agrorum qui habebunt IIII jugera & dimidium non in uſuram ſed in piam elemoſinam ipſis aſſignavi. His annis transactis ſi ſumma predicta non redditur habebunt plenam auctoritatem precium agrorum eſtimandi. *Henricus Kerkwidelo*. *Henricus Wriglinghus*. *Telmarus Beſelerus*. *Henricus Sledero*. *Conradus de Rudene*. *Henricus de Brunikhuſen*. *Henricus Niger*. *Wichardus de Warmheshuſen*, nec dicti cynobite minus exhibebunt, nec ego vel mei fratres qui nunc in tunc factum conſenſerunt magis extorquere valebimus. Sigillum civitatis ſuper hoc impetravimus.

CCXIX.

Curtis in Beldersberg cum attinentiis venditur monaſterio S. Georgii.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore ſolent boni in linguis teſtium & ſcripture memoria perhennari. Notum ſit igitur omnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, quod nos fratres *Albertus, Adoiſus, Hysfridus* ex communi conſenſu eccleſie montis beati *Georgii* apud *Franckenberg* curtym noſtram in *Beltersberch* pro ſumma XVI. talentorum cum lignis, agris, pratis, aquis, paſchuis & omnibus attinentiis vendidimus abſolute ſub ea forma tamen, ut dies anniverſarius patris noſtri *Conradi* & matris noſtre *Alburgis* ſingulis annis devote agatur & nos fraternitatem ancillarum Chriſti ibi morrantium conſequeremur. Verum enim ne venditionem noſtram poſtmodum impediret calumpnia noſtrorum ſucceſſorum preſentem paginam cum eorum nominibus qui venditioni cum fieret affuerunt, quorum nomina ſunt hec *Ekbertus de Franckenberch, Henricus de Rudena, Tetmarus de Battenwelt, Conradus de Rengershuſen* plebani. *Reinbodo* advocatus, *Heinricus Sledero, Conradus de Ruden* & alii quam plures. Sigillo civitatis *Franckenberg* teſtimonio impetravimus roborari. Acta ſunt hec anno Domini MCCXLIX.

CCXX.

Rubeta in monte Gasberg conferuntur monaſterio S. Georgii.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Quoniam privilegiorum atteſtationes ideo invente ſunt, ut malignantium ambiguitas decidatur & rei veritas ad ſolemnem noticiam deducatur, privilegia potius in luce quam in tenebris ſunt fabricanda. Noverint igitur ſinguli ac univerſi tam poſteri quam moderni, quod ego *Henricus de Lilienberch* propter remedium animarum meorum parentum & mee contuli omnem proprietatem quam habebam in Rubetis in monte qui dicitur *Gasberch* eccleſie S. *Mariae* virginis in monte S. *Georii* M. apud *Franckenberch*, quod cognovi preſatas cenobitas comparaſſe partem conſanguineorum meorum *Alberti, Adoiſi, Isfridi* dictorum de *Metertorp* ratificavi. Preterea ejusdem conventus emptionem in agris heredum *Sifridi* & *Ludowici* quondam wilici de *Rudene*, jus patronatus eorundem in agro callo, quod me attingebat eccleſie prefate contuli perpetuo poſſidendum. Sciant igitur univerſi quod ego *Hardradus* dictus de *Griſcebach* una cum conſenſu filii mei *Conradi*, qui ſolus habebat jus

here-

hereditatis mei, omne jus hereditatis, proprietatis, feodalis, ſive advocatie quodcunque nos attingere poterat in bonis in *Geysmar*, quod jam ſepe dicte cenobite poſſidebant ex parte profeſſionis fratris *H. W.* & *Jutte* ceterorumque coheredum ſuorum plane & abſolute contuli. In cujus rei teſtimonium hoc preſens ſcriptum munimine ſigilli domini *Gerlaci de Beidenwelt* & burgenſium in *Franckenberch* roborari fecimus. Acta ſunt hec anno Domini MCCL. preſentibus dominis *Gerlaco de Beidenwelt. Wigando Baſchar. Sifrido de Linden. Henrico* ejus fratre. *Heinrico Scedere. Henrico Frilich. Henrico Sculteto. Lodewico* & *Heinrico* fratribus *Conrado Ennere* & aliis quam pluribus tam conſulibus quam civibus in *Franckenberch.*

CCXXI.

Ex bonis in Brunſtad ſit annua conſolatio monaſterio S. Georgii.

Soror Richmudis dicta abbatiſſa montis ſancti *Georgii* apud *Franckenberg*, habitus Ciſtercienſis, ordinis & regule ſancti *Benedicti*, omnibus preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium ſalutari. Ne pietatis opera fidelium que fiunt in tempore ſucceſſione temporum a memoria hominum elabantur, cautum eſt ea preſentium memorie futurorumque notitie ſcripti permanentis indicio altius commendari. Ea propter tenore preſentium recognoſcimus & publice proteſtamur, quod elemoſynam, quam ob memoriam pie recordacionis domini *Volperti de Burcken* canonici eccleſie Fritslarienſis recepimus, pro anguſtia temporis in uſus noſtre eccleſie convertentes ordinavimus bona noſtra in *Brunſtad*, in reſtaurum bonorum, que de dicta debebant elemoſina comparari, ut de cenſu predictorum bonorum in *Brunſtad*, annuatim noſtro conventui fiat conſolatio, que ex uſu ſervicium nominatur XVII. kal. Maji in anniverſario videlicet domini V. canonici memorati, ut ejusdem recordatio apud Deum recentius ac devotius omnium noſtrum cordibus imprimatur. Ne igitur iſta aliqua temporum revolutione valeant aboleri kartulam hanc deſcribi & eccleſie noſtre ſigillo fecimus roborari. Actum pridie idus Aprilis anno Domini MCCLV.

CCXXII.

Varia bona donantur monaſterio S. Georgii.

Univerſis preſentes intuentibus *Rudolfus* miles de *Helfenberc* ſalutem in auctore ſalutis. Noverint univerſi quod *Wighardus*, uxor ſua ſe cum filia ſua juniore, & univerſis bonis ac hereditate ſua, meo accedente

cedente consensu contulerunt ecclesie & conventui montis sancti *Georgii* apud *Franckenberc* perpetuo possidenda, tali condicione apposita, ut dicti *Wighardi* frater *Timo*, vel pueri sui, quorundam bonorum in *Wermanneshusen* sitorum, que vulgariter *Wismannus Gut* nuncupantur, pro VI talentis si detinuerint & X. sol. apud dictum conventum redimant duas partes possidendas reliquam terciam partem sepedictus conventus in perpetuum possidebit. In cujus rei geste testimonium & debitam firmitatem presentes feci cum mei sigilli appensione roborari. Datum anno Domini millesimo CC LX. idus Augusti indictione VII.

CCXXIII.

Minuta decima in monte S. Georgii cedit monasterio ibid.

Cum humanæ condicionis operatio nunquam in eodem statu permanens tanquam fenum quod prius quam evallatur exaruit, evanescit, solent ea que aguntur lingue scriptureque testimonio perhennari. Nos igitur fratres dicti de *Bidenvelt Gerlacus* & *Suffridus* notum esse volumus omnibus, quibus se presens scriptum obtulerit, quod *Conradus* dictus *Neil* simulque *Lenfridus* locum & totum spacium, quod clausträles in monte sancti *Georgii* suis edificiis occuparunt, nec non plane quidquid ad suam cohabitacionem muniendo possiderunt *minuta decima*, que vulgari nuncupatione dicitur *Ochteme*, cum consensu dominorum a quibus dicta decima porrigitur jure feodali dederunt ipsis dictis clausträlibus in remissionem suorum delictorum omnimode liberam & solutam. Ne igitur inposterum contra hoc alicujus temere presumentis insurgat calumpnia volentesque ut omnimode — tum permaneat, id scriptum uno contenti sigillo donavimus roboratum. Datum anno Domini M CC. septuagesimo.

CCXXIV.

Bona in Steierweld & aliis reditus transferuntur in mon. S. Georgii.

Decursu que geruntur temporum, a memoria plerumque corruunt hominum, nisi scripti testimonio roborentur. Perlecturis igitur hanc paginam liqueat, quod ego *Rudolfus* de *Helfenberc* coadunata manu meorum filiorum *Friderici* scilicet & *Ekehardi* abrenuncians omni jure, quo relicta *Wikardi*, ad me tanquam ad suum pertinebat advocatum,

tum, eandem cum bonis ſuis mobilibus & immobilibus permiſi liberam & conſtitui, in beati *Georgii* martiris gloriam & honorem. Adjiciens inſuper, ob laudem dicti martiris venerandi, mediam marcam denariorum, quam conventus montis ſancti *Georgii* in uſus proprios de bonis quibusdam ſitis in *Steynwelt*, ſingulis annis accipiet ſeu convertet. Hujus autem ſumme quantitas ad me filiosque meos tempore oportuno cum placuerit, relabitur, duntaxat ſi per me aut per meos ſcilicet filios conferentur ſex marce, conventui prehabito, pro eadem preterea paſcua duorum pratorum in *Meyterdorf*, quoad vixero, meis deputantur uſibus, deinceps nec meorum puerorum nec aliorum ſubjicientur poſſeſſioni, verum conventus ſepe dictus hys perhenne plenius potietur. In teſtimonium quoque talium, ſigillum proprium & ſigillum civitatis in *Vrankenberg* preſentibus adtribui & adjeci. Acta ſunt anno Domini MCC ſeptuageſimo. Teſtes ſunt *Gerlacus*, *Godewertus* fratres dicti de *Didenshuſen*. *Gerlacus* dictus *Baſchart*, *Rudingus*, *Lodewicus*, *Henricus* fratres de *Monichuſen*.

CCXXV.

Monaſterio S. Georgii remittuntur annui XVII ſolidi.

Nos frater *Themarus* commendator in ordine ſancti *Johannis* & frater *Hermannus* curie in *Weſentveldt* commendator profitemur publice & recognoſcimus in hys ſcriptis, quod conventui dominarum in monte ſancti *Georgii* Deo famulantium XVII ſolidorum penſionem annuam relaxamus. Bona quoque de quibus nobis hactenus cenſum hujusmodi perſolverunt, eisdem jure proprietario conferimus abſolute & libere perpetuo poſſidenda. Ne autem heo noſtra donatio retractari valeat vel infringi hanc literam confectam exinde ſigillis noſtris appenſis firmiter communimus. Datum anno Dominice incarnationis MCCLXXXIII. VIII, kalendas Aprilis.

CCXXVI.

Translatio variarum decimarum in mon. S. Georgii confirmatur.

Gerhardus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto. Abbatiſſe & conventui monaſterii montis ſancti *Georgii* extra muros *Frankenberg*

kenberg, ordinis Ciſtercienſis, Moguntine dioc. ſalutem in Domino. Quotiens a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per noſtram ſollicitudinem ad debitum perducatur effectum. Cum igitur bone memorie olim *Cunradus* abbas totusque conventus monaſterii ſancti *Albani* in Maguntia accedente conſenſu *Godefridi* plebani de *Rudenecke* decimas in *Vrondorf*, *Rekersdorf* & *Werenbractisdorf* eccleſie de *Rudeneke* attinentes voluntate concordi & conſenſu unanimi in vos & veſtrum monaſterium transtulerint, ſub certis conditionibus prout in litteris ſuper eo confectis plenius continetur, nos veſtris ſupplicationibus benignam impertientes aſſenſum translationem hujusmodi ſicut provide facta eſt, ratam habentes & gratam, vobis & dicto monaſterio decimas hujusmodi confirmamus, preſentium teſtimonio litterarum. Datum apud *Battenburg* anno Domini milleſimo CCLXXXX. VI. kal. Febr.

CCXXVII.

Jus patr. in Frankenberg confertur monialibus ibidem.

Gerhardus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto abbatiſſæ & conventui monaſterii ſanctimonialium montis ſancti *Georgii* apud *Frankenberg* ordinis Ciſtercienſis, Maguntine dioc. ſalutem in Domino. Digne agere credimus, cum benificencie noſtre manum porrigimus in hys negotiis, in quibus pium videmus propoſitum, & cultus divini devocio provocatur. Sane, proventum monaſterii veſtri, tenuitate inſpecta, eccleſiam parochialem in *Frankenberg*, predicte noſtre dyoc. cujus jus patronatus ad vos ſpectare dinoſcitur, vobis & per vos monaſterio veſtro conferimus, & auctoritate preſencium duximus uniendam, ita, quod proventus ipſius eccleſie veſtris poſitis uſibus applicare, aſſignata presbytero, qui pro tempore officiabitur eandem, congrua de ipſius eccleſie portione, unde & honeſte ſuſtentari valeat & ſupportare onera que incumbent, noſtro, ſucceſſorum noſtrorum, archidiaconi loci & cujuslibet alterius in omnibus jure ſalvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre conceſſionis ac unionis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & noſtre perſecucionis ſentenciam ſe noverit incurſurum. Datum Maguntie apud ſanctum *Petrum* III. kal. Junii. Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo. Pontificatus vero noſtri anno tercio.

CCXXVIII.

Monaſterium S. Georgii emit bona prope Rudenehe.

Nos Abbatiſſa eccleſie in *Jurgenberg*, & *Gertrudis* de *Gesmaria*, totusque conventus ibidem, univerſis tam preſentibus, quam futuris hoc ſcriptum audituris vel viſuris notum facimus ac publice proteſtamur, quod unanimi conſenſu quedam bona ſita prope villam dictam *Rudenehe*, apud nobilem dominam . . *Comitiſſam de Battenburg*, ac heredes ipſius legittime emimus pro quadam ſumma pecunie, cujus ſumme, predicta *Gertrudis* de *Gesmaria* IIII. tal. den. noſcitur adjeciſſe, ad diſponendum de dictis bonis rationabiliter, ac ipſis quiete vite noſtre temporibus perfruendum, hoc adjecto ut quanto prememorata *G.* de *Gesmaria* decedat Domino diſponente ſupradicta bona ad eccleſiam noſtram in uſum luminarium libere redeant & ſolute. Ne autem hujusmodi ordinatio per aliquos ſucceſſores infringi valeat, preſentem litteram ſigillo noſtri conventus fideliter fecimus roborari. Datum & actum anno Domini MCCXCI. VIII. idus Junii.

CCXXIX.

Bona in Meytherdorf reſignantur monaſterio S. Georgii.

Quoniam ea que fiunt in tempore, volubili proceſſu temporis à memoria hominum frequentius elabuntur, cautum eſt ut geſta quelibet ob noticiam futurorum ſcriptis autenticis inſerantur. Noverint igitur univerſi auditores preſencium vel inſpectores, quod ego *Heinricus* dictus *de Munechuſen*, magiſter civium in *Frankenberg*, zelo karitatis accenſus bona voluntate & unanimi conſenſu omnium heredum meorum, quedam bona adjacentia villule dicte *Meytherdorf*, annuatim ſolvencia in redditibus pecunie, ſex ſolidos & dimidium denariorum Marburgenſium, cum omni jure, utilitate, libertate, ſicut ego habui usque modo, libere preſentibus reſigno, & do abſolute conventui ſanctimonialium in *Jurgenberg*, pro remiſſione meorum peccaminum, & in recompenſam gravaminum ex parte *Alheydis filie mee* dicto conventui illatorum, ſine contradictione qualibet quiete & pacifice perpetuo poſſidenda. Acta ſunt hec preſentibus teſtibus ſubnotatis videlicet *Geberhardo* Prepoſito in *Frankenberg*, *Ludewico* ſeniore, *Conrado* fratre ſuo, *Ludewico* juniore, filio ſuo, dictis *de Munechuſen*, *Heinrico* dicto nigro, & *Craſthone* filio *Rudingi* ac pluribus aliis fide dignis. In quorum teſtimonium & firmiorum certitudinem præſens ſcriptum ſigillo opidi *Frankenbergenſis* duximus roborandum. Actum & datum anno Domini MCCXCIII. VII. kal. Aprilis.

CCXXX.

Bona in Vronendorf venduntur monaſterio S. Georgii.

Ne quod inter præſentes agitur oblivionis macula detergatur, cautum eſt ut ſcriptis & idoneis teſtibus deducatur ad notitiam futurorum. Noverint igitur univerſi auditores preſencium vel inſpectores, quod ego *Conradus* dictus de *Berchoben* ac *Lukardis* mea conjux, deliberato animo, bona voluntate, communicata manu & unanimi conſenſu omnium puerorum noſtrorum ſeu heredum, omnia bona noſtra ſita in *Vronendorf*, juxta curiam dictam *Badenbach* ac in terminis ejusdem curie, in pratis, paſcuis, agris cultis & incultis, in redditibus pecunie & annone cum omnibus pertinentiis ac juribus, pleno jure, libertate, conſuetudine pariter & honore, ſicut ipſam habuimus ac poſſedimus usque modo, pro quadam certa ſumma pecunie vendidimus, dedimus & contulimus conventui ſanctimonialium in monte beati *Georii* apud *Frankenberg*, titulo proprietatis, ſine contradictione qualibet, quiete & pacifice perpetuo poſſidenda. Reſignantes eadem bona in manus dicti conventus & abrenunciantes in eisdem omni juri & proprietati, quam vel quod in ipſis habere hactenus videbamur, promittentes nihilominus bona fide, quod ſepe dictum conventum in poſſeſſione eorundem bonorum nunquam impediemus verbo vel opere, nutibus aut ſignis, directe vel indirecte, ſed in quantum poterimus ſemper ſtudebimus promovere. Acta ſunt hec preſentibus teſtibus ſubnotatis videlicet *Herbordo* dicto *Ruhe*, *Johanne* magiſtro burgenſium dicto *Goldere*, *Conrado de Weyſenbach*, *Hermanno de Redenehuſen*, *Johanne* dicto *Betinch*, civibus in *Batthenberg*, *Craſtone Rudingi*, *Heinrico Clinchardi*, *Eberhardo de Munechuſen*, *Oyzperto* concivibus in *Frankenberg* ac pluribus aliis fide dignis. In quorum teſtimonium ac roboris firmitatem ſigillum opidi *Batthenburgenſis* preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M. CC. XCVII. In octava *Johannis Baptiſte*.

CCXXXI.

Recognitio ob parochiam in Frankenberg monaſterio S. Georgii incorporatam.

Nos *Criſtina* abbatiſſa, *Truda* prioriſſa totusque conventus eccleſie ſancti *Georgii* extra muros oppidi *Frankinberg* Mog. dyoc. ordinis Cyſterc. preſentibus publice profitemur, quod dabimus & ſingulis annis dare promittimus duas libras cere ſancte Magunt. eccleſie pro incorporatione noſtre eccleſie *Franckinberg* in feſto beati *Martini* hye-

mali ipſi eccleſie quovis anno ſub noſtris expenſis transmittendo ceram prenotatam, quo feſto elapſo ſi in ſolutione predicte cere negligentes inventi fuerimus quod abſit, ex tunc uno menſe elapſo, ſi procuratores dicte eccleſie nuntium ſuum ad nos miſerint, illi omni dilatione poſtpoſita dabimus ceram predictam omnibus cum expenſis. In cujus rei firmum teſtimonium nos abbatiſſa predicta noſtrum ſigillum una cum ſigillo noſtri conventus appoſuimus huic ſcripto in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum anno Dni M° CCC° XXXVII° XIIII kalen. Apr.

An. MCCCXCII ſabbatho proximo ante diem conceptionis B. virginis *Mariae Hermannus* landgravius Haſſiæ parochiam in *Franckenberg* conceſſit fratribus ordinis S. *Joannis* in *Wieſenfeld*. *Kuchenbecker anal. Haſs. coll. V pag. 214.*

§. VII.

Sedes in Rumlangen.

Item *Gerhartigeshuſen* Ij mlr. avene & molend. VI hlr. vacat. — It. *Wingeſteshuſen* II mlr. & molend. in Cappel VI hlr. — It. parrochia *Schonlare* II mlr. — It. *Wydenhuſen* I mlr. — It. *Adenborne* quod eſt civitas tenetur dare II mlr. — It. *Buckenbach* & *Birgensfelder*, *Conthenmeyd* & *Braidenbach* deſolati quondam dederunt II mlr. ſed jam nullus moratur ibi. — It. molendinum in *Menkelnshuſen* I ß. — It. *parrochia Rumeland* dabit plebano partem ſuam videlicet IIII mlr. — It. *Berckhuſen* dabit I mlr. molend. I ß. — It. molend. in *Berleberg* I ß.

Sedes in Fodungen.

Item *Banephe* XXI hlr. — It. *Yrmegartebrucke* XXI hlr. vacat. — It. molend. ibid. VIII hlr. — It. communitas in *Holtzhuſen* XXI hlr. — It. comm. in *Veydingen* XXI hlr. — It. molendinum ibidem I ß.

Sedes

Sedes in Fromeldiskirchen in Siegen.

Item *Crumbach* IIII hlr. plebano. Caſa ibidem III hlr. — It. *Buckenbach* IIIj hlr. — It. *Litphe* VI hlr. — It. communitas in *Vysphe* XX hlr. plebano — It. *Stentenbach* IIII hlr. — It parrochia *Ferrentreff* communitas ibid. IIII hlr. Ibidem cedunt quatuor pulli cum dimidio, maldrum avene ad pabulandum equos domini Prepoſiti. — It. communitas in *Velleckhuſen* IIIj hlr. — It. comm. in *Müſſen* IIII hlr. — It. caſa in *Neckelenhuſen* vacat. Sub hac ſede omnes dant aliquando amplius. — It. parrochia *Fiusphe* cum molendino XII hlr. — It. parrochia *Holtzela* VII hlr. cum molendino — It. communitas in *Büſch* IIII hlr. — It. communitas in *Rade* I ℔. molend. II den. hujus monete. Caſa III den. — It. communitas in *Dyspe* IIII den. molend. in *Willinsdorff* III hlr. — It. de parrochia *Sygen* extra Clafeld IIII hlr. — It. communitas in *Hambach* III hlr. deſolata eſt — It. communitas in *Wydenaw* IIII hlr. — It. *Heydenricus Zütz* IIII hlr. — It. communitas in *Cane* IIIj hlr. — It. comm. in *Iſſenfelde* IIIj hlr. — It. civitas *Sygen* III ſolid. hujus monete. Item tertia pars ab omnibus preſcriptis remanet plebanis ſedium predictarum — It. die *loëmole* II hlr. — It. *Heyne Eppichhuſſen loëmole* II hlr. — It. Johannis *Godenbyn loëmole* II hlr. — It. in parrochia *Sygen Drupach* IIII hlr. — It. quatuor caſe in *Wydeno* in parrochia Sygen.

Sedes in Netphe.

Item primo parrochia *Irmengarten eichen* VI den. — It. *Netphe* VI hlr. & molend. IIII hlr. — It. in parrochia *Netphe* communitas in *Affholdernbach* VI den. — It. *Rindenſtorff* & *Gernſtorff* VI hlr. — It. *Bruerſtorff* VI hlr. — It. communitas *Setze* VI hlr. — It. communitas in *Neynherſtorff* VI den. & mo-

molendinum IIII hlr. — It. communitas in *Vedeckelshuſſen* vel *Eckmashuſen* VI den. — It. *Hertzhuſen* molendinum IIII hlr. — It. communitas in *Cuntzenbach* IIII den. & duo maldra avene. — It. molendinum in *Obirna* VI den. — It. communitas in *Drisphe* IIII hlr. — It. molendinum ibidem IIII hlr. — It. communitas in *Atzhuſen* VI hlr. — It. molendinum ibid. II den. — It. communitas in parrochia *Helchenbach* II ß. — It. *Dutze* IIII hlr. molendinum VI hlr.

Summa XXXII den. VI ß. hlr.

CCXXXII.

Indultum conſecrandi eccleſias &c. in Gerhartichuſen & Wandirdihuſen quibuscunque epiſcopis ab Archiep. Mog. datum.

G. Dei gratia . . . e Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto in *Gerhartichuſen* & in *Wandirdihuſen* plebanis Magunt. dioc. ſalutem in Domino. Ut a quocunque Archiepiſcopo vel epiſcopo gratiam ſedis apoſtolice & executionem ſui officii obtinente eccleſias veſtras predictas, altaria in eisdem ac cymiteria earundem conſecrare ſeu reconciliare faciatis, vobis preſentibus indulgemus. Datum *Ameneburg* anno Domini MCCC tertio. XII. kalend. Februarii.

CCXXXIII.

Indulgentiae eccleſiae in Gerhartinchuſen conceſſae à variis epiſcopis.

Univerſis ſancte matris eccleſie filiis ad quos preſentes litere pervenerint.

Nos miſeratione divina *Guilhelmus* Antibarenſis Archiepiſcopus, *Gregorius* Feltrenſis & Belvenſis epiſcopus, *Guilhelmus* Caſtellanæ epiſcopus, *Arnoldus* epiſcopus Trojani, *Jordanus* Acernenſis epiſcopus, *Heinricus* Lubicenſis epiſcopus, *Franciſcus* Peruſini epiſcopus, *Groſogonus* Libenicenſis epiſcopus, *Venutus* Catacenſis epiſcopus, *Robertus* Clonfertenſis epiſcopus, *Johannes* Roskildenſis epiſcopus, *Stephanus* Bracienſis epiſcopus, *Mathias* Berrenſis epiſcopus, *Thomas* . . & *Rogerus* Roſenſis epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam.

Serena

Serena virgo mater plena deliciis, dulcis Deï genitrix Salvatoris, humanarum laudum preconiis digne meruit venerari, que ſolem juſtitie, Dominum noſtrum Jheſum Chriſtum mundo edidit Salvatorem, de cujus uberum dulcedine egris medicina, languentibus ſolamen, reis culpe remiſſio, cunctis ipſius auxilium implorantibus, auxilium miſericordie rivulus noſcitur emanare.

Cupientes igitur ut eccleſia parochialis beate Marie virginis in *Gerhartinchuſii* Maguntinenſis dioceſis congruis honoribus frequentetur & a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad eandem eccleſiam in omnibus & ſingulis feſtis beate *Marie* virginis & in aliis feſtivitatibus infra ſcriptis, videlicet nativitatis Domini noſtri *Jheſu Chriſti*, circumciſionis, epiphanie, paraſceves, paſchæ, aſcenſionis, penthecoſtes, Trinitatis, corporis Chriſti, beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & omnium aliorum ſanctorum apoſtolorum & evangeliſtarum, ſancti *Michaelis* archangeli, inventionis & exaltationis ſanctæ crucis & in commemoratione omnium ſanctorum & animarum, nativitatis & decollationis ſancti *Joannis Baptiſte*, *ſanctorum Laurentii*, *Stephani*, *Franciſci*, *Blaſii*, *Martini*, *Nicolai*, *Mariae Magdalenae*, *Catharinae*, *Margarethae*, *Luciae*, *Agnetis*, *Agathae*, *Cecilie*, *Gertrudis*, *Barbare*, undecim millium virginum, & dedicatione ejusdem eccleſiæ & per octavas dictarum feſtivitatum octavas habentium, cauſa devotionis, orationis aut peregrinationis acceſſerint vel qui miſſis prædicationibus, matutinis, veſperis aut quibuscunque aliis divinis officiis ibidem interfuerint, ſeu qui corpus Chriſti aut oleum ſacrum, dum infirmis portent, (portantur) ſecuti fuerint, aut in ſerotina pulſatione ſecundum modum curiæ Romanæ flexis genibus ter *Ave Maria* dixerint, nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta aut quævis alia dictæ eccleſiæ neceſſaria, manus porrexerint adjutrices, vel qui in eorum teſtamentis aut extra aurum, argentum, veſtimenta aut aliqua alia caritativa ſubſidia donaverint ſeu legaverint eidem eccleſiæ, ſeu donari vel legari procuraverint, quotiescunque quandocunque & ubicunque præmiſſa vel aliquod præmiſſorum devote fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli eorum auctoritate confiſi, ſinguli noſtrum quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioceſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras juſſimus ſigillorum noſtrorum appenſione muniri. Datum *Avinione* ultimo die menſis Maji anno Domini M° CCC XXV° & pontificatus domini Johannis Papæ anno nono.

Et nos *Mathias* Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam cancellarius omnes indulgentias prænotatas ratas habentes & gratas, eas prout præmiſſæ ſunt in nomine Do-

mini tenore & auctoritate præsentium confirmamus, adjicientes secundum modum præscriptum quadraginta &c.

CCXXXIV.

Praesentatus ad ecclesiam Gerhartighusen proclamatur.

Officialis præpositure ecclesie sancti *Stephani* Moguntinensis plebano in *Dydenhusen* salutem in Domino. Veniens ad nos *Heinricus* sacerdos de *Rynthene* ad ecclesiam parochialem in *Gerhartighusen* vacantem ad presens ex morte domini *Wyperti* quondam rectoris ejusdem ecclesie nobis per universitatem seu villanos parrochialium ibidem tanquam per veros ejusdem ecclesie patronos canonice presentatus humiliter supplicavit, ut ipsum de dicta ecclesia investire curaremus, nos tamen secundum doctrinam apostoli nemini citò manum imponere volentes discretioni vestre presentibus committimus & mandamus, quatenus villam *Gerhartighusen* predictam accedentes, in ecclesia ibidem proclamationis edictum publice facientes citetis peremptorie omnes & singulos, ut si qui sint, qui sua de dicta ecclesia crediderint interesse, feria sexta prima ante festum purificationis beate Virginis hora prima precise compareant coram nobis *Ameneburgi* de suo jure & interesse quod sibi in dicta ecclesia competit ostensuri, alioquin cum dicta ecclesia circa dictum presentatum prout justum fuerit & ad nostrum spectat officium, faciemus. Reddite litteras &c. Datum anno Domini M° CCC° XXX° VIII° XIX° kalend. Februarii.

CCXXXV.

Executio proclamatis.

Noveritis reverende domine domine officialis prepositure ecclesie S. *Stephani* Mogunt., quod ego *Thylemannus* plebanus ecclesie in *Dydenhusen* mandatum vestrum, cui presens cedula est transfixa, die Dominica, qua cantatur: omnis terra adoret te, que fuit ipso die *Prisce* virginis . : . in ecclesia in Gerhardincusen fideliter & diligenter sum executus & hoc vobis & omnibus quorum interest, sub sigillo decanatus *Darenvelde*, quia proprio sigillo ad presens careo, presentibus appenso duxi significandum. Et ego *Heinricus* decanus sedis Darenvelde recognosco quod ad precationem *Thylemanni* plebani ecclesie in *Dydenhusen* predicti sigillum decanatus sedis *Darenvelde* presentibus est appensum. Datum die Dominico quo supra, Anno Domini M° CCC° trigesimo octavo.

An.

An. M° quadringetiſimo, ipſa die Aegidii frater *Heinrinus* Epiſcopus Tauriſienſis vicarius in pontificalibus Rmi Dni *Johannis* Archiepiſcopi Mog. cimiterium parrochialis eccleſiæ in *Gerhardishuſen* adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis reconciliavit & XL. dierum indulgentias conceſſit.

An. M° . . . XXIX. quarta feria ante feſtum *Thomae* apoſtoli *Wilhelmus de Sein* comes in *Wittgenſteyn* & dominus in *Homburgk* officiali Præpoſiti S. *Stephani* ad eccleſiam parrochialem S. *Lamperti in Irmgarprucken* per reſignationem *Adami Plocher* de Banſſe vacantem præſentavit Servatium Mergentail proclamandum & inveſtiendum. Litteræ datæ ſunt ex caſtro *Witgenſtein*.

CCXXXVI.

Altare prope Siegen &c. incorporatur monialibus in Keppel.

Bertholdus Achiep. Mog. &c. ad perpetuam rei memoriam. Non inofficioſum, quin imo ſecundum Deum eſſe credimus, ſi ea, quæ in Dei laudem inſtituta ſunt, ex cauſis ad id rationabilibus moventibus veriſimiliter in meliora reformemus; ſane cum monaſterium monialium in *Keppel* ordinis Præmonſtratenſis noſtræ diœcœſis circa regularem obſervantiam nonnulis reformationibus & proviſionibus indigere videatur, quas religioſo nobis in Chriſto dilecto abbati monaſterii in *Arnſtein* dicti ordinis diœcœſis Trevirenſis ordinandas & faciendas ſpecialibus commiſſionis litteris commiſimus; cum etiam pro conſervatione vitæ regularis multum conducere videatur, ut circa divina miſſarum officia in dicto monaſterio peragenda, confeſſionesque audiendas non niſi perſonæ dicti ordinis presbiteri honeſtæ vitæ & converſationis in perpetuum deputentur & pro eorum ac monialium commodiori ſuſtentatione beneficium altaris ſancti *Auguſtini* in dicto monaſterio, quod de jure patronatus nobilis cognati nobis dilecti *Joannis* comitis de *Naſſau*, *Viande* & *Dietz* exiſtere dicitur, extinguatur, ita ut poſt mortem poſſeſſoris moderni dictus titulus & beneficium cenſeatur extinctum, finitum & fructus ipſius ipſo monaſterio prædicto deinceps cedant in perpetuum, eo ſalvo, quod officia divina, quæ hactenus presbiteri poſ-

ſeſſores pro tempore peragere tenebantur, per presbiteros ordinis deinceps perſolvantur, præterea utilitati etiam dicti negotii aliquid adjicere, ſi beneficium, quod hactenus in antiqua ac collapſa quadam eccleſia prope oppidum *Siegen* noſtræ diœcœſis ſita manet, & de ejusdem agnati noſtri jure patronatus aſſeritur, ſimiliter extinguatur, & poſt mortem poſſeſſoris præſentis fructus dicto monaſterio uniantur, incorporentur, peractione tamen divinorum officiorum per presbyteros ordinis in dicto monaſterio perpetuo ſalva manente, fuitque nobis humiliter ſupplicatum, ut dicta beneficia ut ſupra dicto monaſterio perpetuo unire, fructus eidem poſt mortem poſſeſſorum modernorum deputare, ac titulos ex tunc extinguere dignaremur; Nos itaque juſtis ſupplicationibus & cauſis nos moventibus permoti præfata beneficia, eorumque titulos poſt mortem poſſeſſorum ex tunc prout ex nunc, & contra ex nunc prout ex tunc extinguimus, abolemus, ita ut mortuis poſſeſſoribus vel voluntarie ad utilitatem dicti monaſterii cedentibus, fructus eorundem beneficiorum dicto monaſterio ejusque utilitati in perpetuum cedere debeant, hoc ſalvo, quod miſſarum officia, aliaque officia divina, quæ poſſeſſoribus peragenda incumbebant, deinceps in perpetuum per presbyteros dicti ordinis in dicto monaſterio peragantur, ne hoc prætextu fideles animæ debitis ſuffragiis defraudentur, denique cum eccleſia Sti *Joannis* prædicta collapſa ſit, & nemo circa eam habitet, aut verisimiliter ibidem ſit manſurus, & tempore hoſtilitatis aut obſidionis dicto oppido maximum præjudicium ex ea afferri poſſet, dicto comiti *Joanni* cognato noſtro inſtanti & poſtulandi, ut eandem demolire & ſolo æquare poſſit & valeat, tenore præſentium licentiam concedimus & facultatem, ita tamen ut presbytero vel presbyteris adhibitis reliquiæ & tabulæ altarium inde reverenter tollantur, & in ſacratum reponantur locum, ac pro materia dictus cognatus noſter congruentem eccleſiis aliis recompenſam faciat, aut ab his, qui in ſuos uſus convertunt, fieri procuret, ubi ſuam conſcientiam oneramus, poſtremo cum jura eccleſiæ noſtræ debita illæſa conſervare teneantur, volumus, ut quando & quocienscunque abbatiſſa dicti monaſterii pro tempore deceſſerit, quod ex tunc dictum monaſterium nobis teneatur reſpondere de fertone ſive legitima epiſcopali, quod nobis per obitum poſſeſſoris dictorum duorum beneficiorum ceſſiſſet, ſi incorporatio facta non fuiſſet, quam tamen reſpectu amborum beneficiorum non niſi ad 3 fl. Rhenenſes totiens, quotiens taxatam eſſe volumus, aliis præterea juribus omnibus ut puta ſynodalibus cathedraticis nobis ſucceſſoribusque noſtris per omnia ſalvis ſemper manentibus, quibus non intendimus, neque debemus in aliquo derogare. Datum *Mechliniae* noſtro ſub ſigillo die ſecunda menſis Octobris anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto.

CCXXXVII.

CCXXXVII.

Facultas Archiep. Colonienſi data conſecrandi altare in Siegen.

Albertus Archiep. Mog. reverendiſſimo in Chriſto patri domino *Hermanno* Archiepiſcopo Colonienſi Principi Electori amico noſtro chariſſimo vel ejus in pontificalibus vicario generali gratum faciendi affectum pro parte generoſi *Wilhelmi* ex comitibus de *Naſſau*, *Katzenelenbogen*, *Vilanden* & *Dietz*, fuit nobis expoſitum, quo pacto incolæ oppidi ſui Siegen noſtræ Moguntinæ diœcœſis ſingulari devotionis zelo moti altare in eccleſia ſancti *Martini*, ibidem in honorem & ſub titulo ſanctæ crucis conſtrui fecerint; cupiens igitur in conſecrationem ejusdem ſumptibus inutilibus parcere, nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus munus conſecrationis ejusdem, dilectioni veſtræ vel ejus in pontificalibus vicario generali committere ſeu indulgere dignaremur; nos itaque ſupplicationi memorati comitis inclinati, ut dilectio veſtra vel ejus vicarius in ſpiritualibus dictum altare in honorem ſanctæ crucis rite conſecrare poſſit & valeat, dilectioni veſtræ vel memorato ejus vicario de certa noſtra ſcientia committimus, datum noſtro ſub ſecreto præſentibus tergetenus impreſſo die penultimo menſis Januarii anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo octavo.

CCXXXVIII.

Indulgentiae in dedicatione eccleſiae in Keppel conceſſae.

Bonitate divinâ frater *Johannes* Lettovienſis Epiſcopus ordinis divi *Auguſtini*. Omnibus Chriſti fidelibus hanc litteram viſuris ſalutem & benedictionem à Domino Jeſu Chriſto. Deum in ſanctis ſuis honorare precipimur, & ei reverencias debitas exhibere, ut per illorum merita inclita gaudia procul dubio aſſequamur. Inde eſt, quod pia mater eccleſia ſtatuit, ut domini Epiſcopi quibusdam eccleſiis ſuas relinquant indulgentias, & ut fideles Chriſti in humilitate ſemper, ibidem accedentes delictorum ſuorum veniam conſequantur: Nos vero licet indigni ſanctorum patrum ſtatuta imitari volentes, ut devotus populus a nobis gratiam Domini conſequatur, omnibus vere contritis & confeſſis, qui monaſterium ſanctimonialium in *Keppele* ordinis ſancti *Auguſtini* Magunt. diocœſis, quod adjuvante Deo propriis dedicavimus manibus in primo anno dedicationis ejusdem, quoſcieuscunque ibidem dedicatio & debito celebratur, & in annua revolutione in perpetuum cauſa devotionis acceſſerint, & ad reparationem ædificiorum, & aliorum neceſſa-

riorum, quæ multiplex eſt, ſicut patet ad oculum, de facultatibus ſibi à Deo collatis ſive in loco perſonaliter, ſive foris per earum erogationem manum porrexerint adjutricem, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus, nec non glorioſæ virginis Mariæ ibidem patrocinantium meritis & auctoritate confiſi, & in quatuor ſollempnitatibus majoribus glorioſæ virginis *Mariae*, & in die beati *Johannis Evangeliſtae* cuſtodis ejus XL. dies de injuncta eis penitentia, & unam karenam in nomine Domini miſericorditer relaxamus, inſuper vota fracta, ſi ad ea redierint, peccata oblita, offenſas patrum & matrum ſine injectione manum juramenta temeraria, quæ ſiunt ex levitate ſine tactu reliquiarum, ſimiliter relaxamus. Ceterum relatione & inſtructione totius conventus ejusdem loci proteſtamur, quod Dominus . . . Epiſcopus dedicator duorum altarium in abſidibus ejusdem monaſterii benefactoribus eccleſiæ pro quolibet altare XL. dies indulgentiæ contulit, quas dedicationes totius monaſterii & omnium altarium univimus, & in Dominicam proximam poſt Petri & Pauli ſingulis annis celebres & ſolempnes duximus tranſponendas. Datum & actum in eodem loco anno Domini MCCLXXV Dominicà proximà ante *Mariae Magdalenae.*

CCXXXIX.

Varii Epiſcopi concedunt indulgentias eccleſiae in Netphe & capellis in Keppele & Irmegartheichen.

Univerſis ſancte matris eccleſiæ filiis ad quos preſentes littere pervenerint. Nos miſeratione divina Guillielmus Antibarenſis Archiepiſcopus, *Gregorius* Feltrenſis & Belvenſis epiſcopus, *Thomas* Agienſis epiſcopus. *Rogerus* Roſenſis epiſcopus. Mathias Beritenſis epiſcopus. *Franciſcus* Peruſini epiſcopus. *Stephanus* Bracienſis epiſcopus, *Robertus* Clonfertenſis epiſcopus *Guillielmus* civitatis caſtellane epiſcopus *Arnaldus* Troiani epiſcopus *Jordanus* Acernenſis epiſcopus. Johannes Roskildenſis epiſcopus. *Venutus* Catacenſis epiſcopus *Greſogonus* Sibenicenſis epiſcopus & *Heinricus* Lubicenſis epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam. Pia mater eccleſia de animarum ſalute ſolicita devotionem fidelium per quedam munera ſpiritualia remiſſiones videlicet & indulgentias invitare conſuevit ad debitum famulatus honorem Deo & ſacris edibus impendendum ut quando crebrius & devocius illuc confluit populus Chriſtianus aſſiduis Salvatoris gratiam precibus implorando tanto delictorum ſuorum veniam & gloriam regni celeſtis conſequi mereatur eternam. Cupientes igitur ut eccleſia parochialis ſancti *Martini* in *Netphe* & due capelle eidem eccleſie ſubjecte videlicet capella ſancti *Johannis Evangeliſte* in *Keppele* & capella ſancte eccle-

ſie

ſie virginis in *Irmegartheichen* Maguntinenſis dioceſ. congruis honoribus frequententur & a Chriſti fidelibus jugiter venerentur, omnibus vere penitentibus & confeſſis qui ad dictam eccleſiam ſive ad dictas capellas vel ad unam earundem in omnibus & ſingulis feſtis earundem eccleſie & capellarum & in aliis feſtivitatibus infraſcriptis videlicet nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti. circumciſionis. epiphanie. paraſcheves. reſurrectionis Domini & aſcenſionis ejusdem, pentecoſtes corporis Chriſti, inventionis & exaltationis ſancte crucis, in omnibus & ſingulis feſtis beate *Marie* virginis. nativitatis & decollationis beati *Johannis Baptiſte* beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum & omnium aliorum ſanctorum apoſtolorum & evangeliſtarum ſancti *Michaelis* archangeli & beatorum *Stephani Laurentii Georgii* & *Clementis* martyrum ſanctorum *Nicolai* & *Auguſtini* confeſſorum & beatorum *Marie Magdalene Katerine Margarete Lucie Barbare Gertrudis* undecim millium virginum in commemoratione omnium ſanctorum & animarum & per octavas dictarum feſtivitatum, octavas habentium ſingulisque diebus Dominicis adventus Domini & quadrageſime cauſa devotionis orationis aut peregrinationis acceſſerint, ſeu miſſis prædicationibus matutinis veſperis aut aliis quibuscumque divinis officiis ibidem interfuerint ſeu qui corpus Chriſti aut oleum ſacrum dum infirmis portentur ſecuti fuerint, vel in ſerotina pulſatione flexis genibus ter ave Maria dixerint, ſive cimiterium dicte eccleſie ſive dictarum capellarum pro animabus corporum inibi jacentium exorando circumierint, nec non qui ad fabricam luminaria ornamenta aut quevis alia dictis eccleſie & capellis neceſſaria manus porrexerint, adjutrices vel qui in eorum teſtamentis aut extra aurum argentum veſtimenta aut aliqua alia caritativa ſubſidia eisdem eccleſie & capellis vel uni earum donaverint legaverint aut donari vel legari procuraverint quotiescunque quandocumque & ubicumque premiſſa vel aliquid premiſſorum devote fecerint de omnipentis Dei miſericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſinguli noſtrum quadraginta dies indulgentiarum de incunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Dummodo dioceſani voluntas ad id acceſſit, & conſenſus. In cujus rei teſtimonium preſentes literas ſigillorum noſtrorum juſſimus appenſione muniri. Datum *Avinione* X. die menſis Junnii anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto, & pontificatus ſanctiſſimi patris domini *Johannis* Papæ XXII, anno nono.

CCXL.

CCXL.

Eccleſia in Netphe traditur monaſterio in Kepple.

Reverendis ac dilectis in Chriſto Prepoſito, decano, totique capitulo Maguntinenſi magiſtra & conventus eccleſie ſancte *Marie* in *Kepple* ordinis Præmonſtratenſis dyoc. Mog. devotas orationes in Chriſto. Quia parochialis eccleſia de *Netphe* à venerabili patre domino *Gerhardo* Archiepiſcopo Mog. & vobis auctoribus noſtris communibus uſibus & donata perpetualiter optinenda, nos in recognitionem hujus gratie vobis liberaliter promittimus & nos teſtimonio ſcripti hujus vobis firmiter obligamus quod ſingulis annis in feſto annunciationis ſancte *Marie* virginis dabimus in perpetuum tres libras cere ſuper altare veſtrum ad tres candelas inde parandas que in ipſo feſto ad honorem Dei & beatiſſime matris ejus cum candelis reliquis incendantur ; ſubjicimus etiam nos jurisdictioni judicum ſancte Mogunt. ſedis ut ſi defecerimus, quod avertat Dominus in ſolvenda cera prefata ipſi nos ad ſolucionem per cenſuram eccleſiaſticam compellant, ad majorem autem hujus rei firmitatem & evidentiam dedimus ſcriptum iſtud ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum anno Domini M° CC° LVII°. XVI. kalend. Decembris.

CCXLI.

Recognitio ob eccleſiam in Netphe conventui in Keppele incorporatam.

A. miſeratione divina magiſtra totusque conventus eccleſie de *Keppele* ſanctimonialium Premonſtratenſis ordinis dyoceſis Maguntine univerſis Chriſti fidelibus tanquam noſtris conmembris pietatis opera que poſſumus exhibere debemus ſed ſpecialiter illis & precipue grata debemus viciſſitudine reſpondere quos in noſtram & eccleſie noſtre promocionem efficaces ſenſimus & benignos. Quia vero donacioni quam in parochiali eccleſia *Netphe* & in capella tali dependente ab ipſa venerabilis pater dominus *Gerhardus* Archiepiſcopus Magunt. pie nobis & eccleſie noſtre fecit *W.* Prepoſitus Johannes decanus totumque capitulum Magunt. liberaliter conſenſerant, ex quo conſenſu dicta donacio ſecuta eſt debitam firmitatem, nos in recognitionem & perpetuam memoriam tanti beneficii capitulo prelibato ſingulis annis tres libras dare promittimus bone cere ad feſtum annuntiationis beate *Marie* virginis ſolempnius celebrandum & nos ac noſtram eccleſiam ad id perpetuo obligamus, ad majorem autem firmitatem & evidentiam hujus rei dedimus ſcriptum iſtud ipſius noſtri conventus ſigillo munitum. Datum anno Domini M° CC° LVII. XI. kal. Octobris.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM

DE ARCHIDIACONATU ECCLESIAE COLLEGIATAE S. JOANNIS BAPT. MOGUNT. (a)

Ingredimur nunc archidiaconatum Præpoſiti eccleſiæ collegiatæ S. *Joannis Baptiſt.* (b) Mog. cujus limites in commentationis hujus limine paucis delineavimus; Quamvis autem hunc tractum absque ullo comite ingrediamur, certa tamen viæ hinc inde tritæ tenentes veſtigia tutò procedimus (c).

Eccleſiæ huic archidiaconatui à meridia conterminæ ſunt: *Grüningen*, (d) *Lich*, (e) capella in *Huſen* (f) (huic proxima eſt eccleſia in *Schiffenberg* diœceſis Trevirenſis (g)) *Ulff*, (h) *Schotten*, (i) *Bruningeshacho* (Breungeshain) cum appertinentibus (k) *Gedern*, (l) *Wenings* &c. (m) eccleſia in *Salmünſter* cum ampla terminatione ſua (n) quæ tangit ſcaturiginem Fuldæ amnis & diœceſin Herbipolenſem (o). In deſcenſu Fuldæ amnis, qui ab Oriente limes eſt, offendes ad Aquilonem ſedem *Ottera* archidiaconatui Frideslarienſis eccleſiæ adſcriptam (p), cui & ſibi invicem ad Occidentem usque adhærent ſedes archipresbyterales in *Alsfeldt* (q), *Kirchdorff* (r), *Uffleiden* (s), *Amena* (t), *Londorff* (u), *Windenrade* (x) & *Buſſecken* (y), quibus terminis clauditur noſter archidiaconatus, in quo præter multas alias ſitæ ſunt eccleſiæ in *Grünberg* (z), *Bobenhauſen* (aa), *Ulrichſtein* (bb), *Velle* (cc), *Eychen* (dd) &c. *Amena* ſuperior (ee) &c.

(a) De antiquitate & prærogativâ eccleſiæ S. Joannis varia dedimus anecdota in *comment. hiſtorico-liturgica de baptiſterio in Moguntino pag.* 34. &c. 36. &c.

(b) Præpoſitus hujus eccleſiæ natus & perpetuus eſt cuſtos metropolitanæ Moguntinæ ab anno Dni MCLXXXIX. id. Martii usque in præſens. Tabulas hac ſuper re à *Conrado* Sabinenſi epiſcopo S. Maguntinæ ſedis Archiepiſcopo datas exhibet *Joannis Tom. II. rer. Mog. pag.* 522. *&* 694.

(c) Regiſtrum quidem archidiaconale omnes & ſingulas hujus tractus noviter detecti eccleſias continens reperire necdum licuit, attamen filium, ne aberrare poſſimus, nobis documenta præbent.

(d) *Grüningen* vid. commentationis VIII. §. V.

(e) *Lich* vid. comment. cit. §. VI.

(f) *Huſen* vid. loc. cit. §. VI.

(g) *Schiffenberg* diœceſis Trevirenſis eſt; id quod ſolidè comprobatur in deductione ordinis Teutonici cui titulus: *Hiſtoriſch-diplomatiſcher unterricht beylag. Nro.* 64. 65. 66. *ſq.*

(h) *Ulff* vid. comment. cit. §. VII.

(i) *Schotten.* vid. comment. cit. §. VII.

(k) Vid. loc. cit. §. VII. in fine.

(l) *Gedern* loc. cit. §. XIIII.

(m) *Wenings* loc. cit. §. XIII.

(n) Loc. cit. §. XIII.

(o) Huic eccleſiæ proximè adjacet eccleſia in *Schlüchtern* ad ſedem archipresbiteralem *Carlſtat* diœceſis Herbipolenſis pertinens.

(p) Vid. commentationis decimæ §us.

(q) Vid. commendationis hujus nonæ §. II.

(r) *Kirchdorff* vid. comment. cit. §. III.

(t) *Ame-*

(t) *Amena* comment. cit. §. III.

(u) *Londorff* comment. cit. §. III.

(x) *Winderade* vid. comment. cit. §. III.

(y) *Buſſecken* vid. comment. cit. §. III.

(z) An. MCCCLVI. XVI. kal. Junii *Gerlacus* Archiepiſcopus Moguntinus erectionem duorum beneficiorum altaris dicti *Miſericordia Domini* in parochiali eccleſia *Grünenberg* per Magiſtrum *Petrum Schwab* factam dummodo ſine rectoris eccleſiæ præjudicio fieri poſſit, ratam habet & gratam. *Kuchenbecker anal. Haſſ. coll.* 7. *pag.* 82. *Conf. Caſſelana deduct. contra ord. Teut. Beylag. Nro.* 19.

Hujus eccleſiæ parochialis rector *Rudolphus* ac ſacerdotes altariſtæ ibidem pro laude Dei & remedio animarum fidelium fraternitatem inîêre cum iis, qui ipſis plebano & altariſtis ſuam ſubventionem fecerint. Litteræ deſuper datæ ſunt an. MCCC LIII. feria tertia proxima poſt feſtum ſanctæ Trinitatis. *Kuchenbecker loc. cit. pag.* 79.

An. MCCC XCIII. feria tertia poſt diem beatæ *Luciae* virginis Hermannus *Haſſiae* Landgravius officiali præpoſituræ S. *Johannis* Moguntinenſis ad capellam hoſpitalis ſancti *Nicolai* extra muros *Grünenberg* ex libera reſignatione *Wigandi* de *Hachen* vacantem Fredebertum dictum Gefuge præſentat cum omnibus ſolemnibus ad hæc debitis & requiſitis inveſtiendum.

Fundationes in eccleſia parochiali & in monaſteriis ibidem factas vide apud *Kuchenbecker loc. cit. pag.* 82. *ſq.* Confer. etiam *ejusdem collect. IV. pag.* 309. *ſq.* de hoc oppido conferantur *Joann. rer. Mog. T. I. pag.* 616. *Hert. opuſc. vol. I.*

T. II. pag. 463. *Gud. ſyllog. dipl. pag.* 589. *Lünig corp. jur. feud. T. II. pag.* 1673.

(aa) *Bobenhauſen*, quæ villa uno milliari à caſtro *Moleſtein* ſive *Ulrichſtein* diſtat.

Anno MCCCXXXV. in craſtino beati Georii martiris *Meyngotus de Cronenberg* armiger, *Heinricus Angeli* de *Saſſin* ſcabinus in *Frideberg* & *Fridebertus de Saſſin* ſcabinus in *Grünenberg Alberto de Rumerode* Archipresbytero ſedis in *Luderubach* * ad eccleſiam parochialem villæ *Babinhuſen* per mortem *Heinrici* camerarii vacantem præſentant *Nycolaum Frideberti* de *Saſſin* ſupradicti filium de eadem eccleſia inveſtiendum, curam animarum & cuſtodiam reliquiarum ſibi committendo adhibitis circa hoc ſollempnitatibus debitis & conſuetis.

An. MCCCCXXXV. ipſa die ſancti *Willebordi Joachim de Saſſen* Præpoſito eccleſie ſancti *Johannis* Mogunt. aut ejus officiali ad altare b. virginis *Mariae* ſitum in eccleſia parochiali villae *Babinhuſen* per liberam reſignationem *Henrici de Gleen* vacans *Joannem Snollen* præſentat inſtituendum.

An. MCCCCLX. die ultima menſis Maji officialis præpoſituræ eccleſiæ ſancti *Johannis* Mogunt. plebano in *Ulrichſteyn* committit *Johannem de Saſſen* ad eccleſiam parochialem ſancti *Eyngolfi* in *Babinhuſen* per obitum *Johannis Rychen* vacantem à *Joachimo* & *Tylmanno de Saſſen* opidanos in *Grünberg* præſentatum præmiſſis præmittendis inveſtiendum.

(bb) Exo-

* Lauterbach *Joann. T. I. pag. 742, 771. Schannat. Client. Fuld. pag. 227. Nro. 210, pag. 324. nr. 416.*

(bb) Executio facta eſt per *Rupertum Fröſche* plebanum ſeu rectorem divinorum in *Ulrichſtein* ipſo die S. *Bonifacii* Epiſcopi.

An. MCCCCLXXXIX. decima octava die menſis Julii domino *Roperto* comiti in *Solms* & *Myntzenberg* Præpoſito S. *Stephani* Moguntin. ſeu ejus officiali aut alteri ad hoc qualitercunque auctoritatem facultatem aut poteſtatem habenti (*haec ultima verba indigitant factum erroneum; cum praeſentatio fieri debuiſſet Praepoſito S. Johannis*) *Thyllemannus Nicolaus* & *Johannes* de *Saſſen* ad eccleſiam parochialem in *Bobenhuſen* per reſignationem *Henrici Piſtoris* alias *Cratz* vacantem præſentarunt *Henricum Bonecker*.

Anno ſequente iidem præſentarunt *Johannem Goldenſtoeffe*.

Anno MDIII. die duodecima menſis Octobris *Johannes* & *Ludovicus* de *Saſſen* officiali præpoſituræ eccleſiæ S. *Johannis* Magunt. ad altare B. *Mariae* V. ſitum in parochiali eccleſia *Bobenhuſen* per obitum *Ludovici Gotze* vacans *Petrum Hattenrat* præſentavit inveſtiendum.

An. MDXXII. die decima nona Decembris officialis venerabilis & generoſi Domini *Thomae* ex comitibus in *Ryeneck* cuſtodis & canonici majoris & collegiate ſancti *Johannis* Mag. eccleſiarum Praepoſiti ad præſentationem *Johannis Schmerer* per providum *Sebaſtianum* ſeniorem de *Saſſen* ad eccleſiam parochialem in *Babenhuſen* ex reſignatione *Wilhelmi Gerwick* vacantem factam decernit proclama, ut omnes ſua intereſſe putantes in ambitu eccleſiæ ſancti *Johannis* feria quarta proxima poſt feſtum Epiphaniæ ad excipiendum compareant &c.

Executio hujus mandati facta eſt à *Joanne Paulo* plebano in *Oehmen ſuperiori* anno à nativitate Chriſti MDXXII in profeſto nativitatis ejusdem. Vid. *Retter Heſſiſche nachrichten erſte ſammlung à pag.* 11. *ad* 18 *ſq.*

CCXLII.

Inveſtitura eccleſiae in Vellen pertinet ad Praepoſitum S. Johannis.

(cc) In nomine ſancte & individue Trinitatis *Bernhelmus* Dei gratia eccleſie ſancte Marie in *Werbere* Prepoſitus. Conſideracione juſta ducitur qui ad litis cujuslibet deciſionem laborat, deciſam commemorat & poſteris ſcriptorum ſtabilitate commemorandam transmittit quare tam preſentis etatis quam future poſteritatis fidelibus dignum duximus ſignificandum quod convicaneus noſter dominus *Eberhardus* de *Merlouwe* bona ſancti *Johannis* Baptiſte in *Moguntia* circa domum ipſius ſita temere invaſit & cum fuiſſet usque ad ſua tempora ſine advocato, advocaticum fecit & quendam militem *Wernherum Hoſechin* tam iniqua advocacia inbeneficiavit. Præterea inveſtituram eccleſie in *Vellen* ad ſolos Prepoſitos ſancti Johannis ſpectantem ſibi uſurpavit, cui violencie Prepoſitus cum capitulo ſancti *Johannis* coram domino noſtro archiepiſcopo reclamantes in jus eum vocari fecerunt & ſecundum ſententiam pro eis datam ſexaginta retroactorum annorum ſpatio & amplius eccleſiam ſancti *Johannis* dicta bona cum eccleſia in *Velle* ſine interruptione & ſine advocati dominio quiete poſſediſſe probaverunt; commonitus itaque dictus *Eberhardus* à domino noſtro Archiepiſcopo & univerſa eccleſia Moguntina ab incepta ceſſare violentia non ceſſavit, lectis vocatus citationibus & non veniens nec per ſe quemquam mittens per ſententiam excommunicatus eſt, ſed necdum reſipiſcens *in generali Moguntina ſynodo* epiſcopis abbatibus Prepoſitis clericis & laycis datam in eum ſententiam approbantibus extinctis candelis anathematizatus eſt & ſic nullam exhibens leſis canonicis ſatisfactionem mortuus eſt, allatus verò ad noſtram eccleſiam ſepeliendus, qui ſignum ſancte crucis ſibi affixerant putantes eum cum bonis fideliter converſatum inter fideles nimirum eum ſepelivimus, leſi ab ipſo ſancti Johannis canonici nichil injurias ſuas proſequentes diſtricte juris in forma nos eum a cemiterio noſtro ejicere coegerunt. Promiſſa poſt hoc ab amicis ejecti pro ipſo ſatisfactione canonicis indulgente domino Archiepiſcopo & conſenſu actorum iterum eum inter fideles ſepultos locavimus, exſpectantibus canonicis promiſſe ſatisfactionis prefixum terminum nichil eis ſolutum

eſt,

eſt, quare actionem ſuam reſumentes auctoritate apoſtolici & domini noſtri Archiepiſcopi nos à divinis ceſſare fecerunt usque quo dictus Eberhardus ſepulchro eſt ejectus, eadem quoque auctoritate vidua ipſius *Adelheidis* cum filio ipſius ſimulque *Wernherus Hoſechin* eo quod ei in eadem ſucceſſerunt injuria excommunicati ſunt, nunc tandem heredes & amici ipſius *Eberhardi* tam miſerabili miſerantes ejectioni certum compaſſionis ei exhibuerunt ſignum ad paſſas ab eo injurias devote venientes ablatorum reſtitutionem cum condigna ſatisfactione obtulerunt & ſecundum formam à judicibus eis preſcriptam perſolverunt. Convocatis namque in ipſo territorio quo dicta bona ſita ſunt clericis & laycis in convicino morantibus quorum nomina ſubſcripta ſunt vidua *Eberhardi* cum filio ſuo reſignante *Wernhero* injuſtè ab eis acceptam eorundem bonorum advocaciam manibus & calamis dictis ſancti Johannis bonis pro ſe ſuisque coheredibus & ſubditis coram omnibus renuntiarunt Wernhero in ſacroſanctis reliquiis juraverunt ſe nunquam deinceps ad eadem bona ſine dicti capituli conſenſu acceſſuros nec alicui guarandiam eorum daturos, idem & vidua & filius ipſius promiſerunt ad hoc etiam promiſſum eſt, ſi quod abſit aliquis ſupra nominatorum vel aliqui occaſione ſententie auctoritate ipſorum dicta bona invaſerint & hoc in ipſos probatum fuerit ipſi eccleſie ſancti *Johannis* in XXVI. marcis teneantur; tali accepta ſecuritate & ſatisfactione cantor dicte ſancti *Johannis* eccleſie Sigewinus litteras protulit delegatorum judicum ſedis Moguntine continentes nobis ipſorum auctoritate eſſe indultum ut ipſum *Eberhardum* excommunicatione prius abſolutum intra fidelium ſepulturam reciperemus, utque viduam ipſius & filium & complices ipſorum abſolutionem petentes abſolveremus quod & fecimus & per omnia tenore mandati ſervato *Eberhardum* infra ambitum eccleſie locavimus. Hoc autem ut ſine oblivionis obfuſcatione memoriter poſſit teneri, conſcripſimus & ſigillo eccleſie noſtre roboravimus teſtium nomina adnotantes que ſunt hec: *Wygandus* & Orto canonici in *Werberg*. *Hartmannus* in *Wymdrim*. *Wetzel* plebanus in *Amene*. *Conradus* in *Bucheſecken*. *Wilboto* ſacerdos. Layci cyngravius in *Merlouwe*, cingravius in *Quecbornen*. *Guntramus* advocatus gener dicte *Alheidis*. *Gerlacus* advocatus. *Theodoricus* de *Ermgeshuſen* & *Conradus* frater ſuus. *Hermann Jeboſe*. *Conrad Wieſegakel*. *Rudolf Genemunt*. Acta anno incarnationis Dominice MCXC. in cimiterio in Merlouwe kalendis Auguſti.

CCXLIII.

Uſurpatores bonorum eccleſiae coèrcentur.

Celeſtinus * Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis ſancti *Albani* abbati cantori & ſcholaſtico Mogunt. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius Prepoſitus & fratres ſancti *Johannis* in Moguntia nobis humiliter ſunt conqueſti, quod cum olim *Eberhardus* de *Merlouwe* quia res eccleſie eorum contra juſtitiam uſurpando ipſis dampnum ſedecim marcarum intulerat, vinculo fuiſſet excommunicationis aſtrictus ipſe in obſtinatione decedens inter fideles obtinuit ſepulturam; cum igitur id ſacris ſit canonibus inimicum, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiratis ſuper premiſſis diligentius veritatem & ſi rem noveritis ita eſſe corpus excommunicati ipſius a cemiterio Chriſtianorum noſtra autoritate ſuffulti ejici faciatis donec memoratis canonicis ſuper injuriis & dampnis illatis fuerit ſatisfactum; filium ejusdem defuncti Mog. dioc. ſi paterni fuerit celeris imitator cenſura eccleſiaſtica nichilominus percellentes; quodſi omnes hys exequendis nequiveritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur. Datum *Laterani* XI. kal. Maji pontificatus noſtri anno ſeptimo.

CCXLIV.

Jus patr. eccleſiae in Vellen donatur collegio S. Johannis.

Judices ſancte Mogunt. ſedis recognoſcentes litteras infra ſcriptas vidiſſe & de verbo ad verbum legiſſe non cancellatas non abolitas non abraſas nec in aliqua ſui parte viciatas & cum veris ſigillis. *Godefridus* de *Eppinſtein* Dei gracia cuſtos majoris & Prepoſitus ſancti Johannis eccleſiarum Mogunt. dilectis ſibi decano totique capitulo eccleſie ſancti *Johannis* predicte ſalutem cum ſincera in Domino caritate. Cupientes honorem & decorem eccleſie ſancti *Johannis* predicte quantum in nobis eſt uberiorem efficere ut eorum qui in eadem divini nominis cultui frequenter aſſiſtunt multiplicata ſtipendia temporalibus incrementis ipſos ad eundem cultum obligatiores efficiant & ad ſerviendum Domino prompciores, eccleſiam in *Vellen* Mog. dioc. cujus collacio ratione dicte prepoſiture ad nos pertinere dinoſcitur, vobis donavimus & conferimus prebendarum dicte veſtre eccleſie canonicalium in aucmentum, volentes ut quotienscunque eandem

---

* *Caeleſtinus* III. PP. ab anno MCXCI. ad an. MCXCVIII 8. Januarii univerſali præerat eccleſiæ.

dem eccleſiam *Vellen* vacare contigerit, vos ſibi poſſitis & debeatis de officiatore ydoneo providere conſtituta ſibi per vos prebenda pro ſuis neceſſitatibus competenti; jure tamen dyoceſani & parochiali ipſius eccleſie quod debitis divinorum obſequiis defraudari non convenit ac hoſpitalitatis debito in eadem non permittendo, in omnibus ſemper ſalvo. In cujus donacionis & collacionis teſtimonium preſentes noſtras litteras vobis damus noſtri ſigilli munimine roboratas. Datum & actum *Moguncie* anno Domini MCCC quarto VI. kal. Martii.

CCXLV.

Auctoritate archiepiſcopali incorporatur.

Gerhardus Dei gracia ſancte Mog. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto decano & capitulo eccleſie ſancti *Johannis in Moguntia* ſalutem in Domino. Cupientes honorem & decorem eccleſie ſancti *Johannis* predicte uberiorem efficere ut perſone ibidem divino cultui deputate propter commodum rerum temporalium ad ſerviendum Altiſſimo efficiantur cum benevolentia promptiores, veſtris devotis ſupplicationibus favorabiliter inclinati inſpecta veſtrorum reddituum paucitate eccleſiam parochialem in *Vellen* noſtre dyoc. cujus jus patronatus ſive collatio & Prepoſitum veſtre eccleſie dinoſcitur pertinere de ipſius voluntate & conſenſu prefate veſtre eccleſie incorporavimus cum omnibus ſuis redditibus & proventibus in nomine Domini per preſentes, ita tamen quod vos eandem poſt obitum ſeu ceſſionem *Jacobi de Litwilre* rectoris ejusdem procuretis in divinis officiis debitis & conſuetis gubernari per vicarium perpetuum & ydoneum ſacerdotem, cui ante omnia tantum de ipſius eccleſie redditibus & proventibus in certis redditibus volumus deputari ut honeſtam ſuſtentationem habere valeat hoſpitalitatem ſervare, jura epiſcopalia perſolvere & alia facere que incumbunt, reſiduum autem in utilitatem jam dicte veſtre eccleſie applicandum noſtro tamen ſucceſſorum noſtrorum ac cujuslibet alterius in omnibus jure ſalvo. Datum *Rudinsheim* anno Domini MCCC quarto VIII. idus Aprilis.

CCXLVI.

Accedit conſenſus capituli Metropol.

Otto Dei gracia decanus totumque capitulum eccleſie Moguntine dilectis in Chriſto decano totique capitulo eccleſie ſancti *Johannis* Ma-

gunt. ſalutem cum ſincere in Domino caritate. Cupientes honorem utilitatem & decorem eccleſie ſancti *Johannis* predicte quantum in nobis eſt uberiorem efficere ut eorum qui in eâdem divini nominis cultui frequenter aſſiſtunt multiplicata ſtipendia temporalibus incrementis ipſos ad eundem cultum obligatiores efficiant & ad ſerviendum Domino prompciores, hinc eſt quod donacionem, ceſſionem, unionem & incorporacionem eccleſie parochialis in *Vellen* in qua Prepoſitus veſtre eccleſie jus patronatus hactenus habuit factas vobis tam à reverendo Patre ac domino noſtro *Gerhardo* Dei gracia Archiepiſcopo Mog. quam à Godefrido veſtro Prepoſito ratas habemus & gratas & in ipſas prout ex parte veſtra coram nobis ſuppliciter eſt propoſitum & petitum ſano & maturo conſilio prehabito voluntariè conſentimus ut juxta donationis, conceſſionis & incorporationis predictarum formam & continenciam pro veſtris neceſſitatibus relevandis decedente ipſius eccleſie rectore poſſeſſionem ejusdem ingredi libere valeatis, bona ſide firmiter promittentes, quod contra donacionem, conceſſionem ac unionem hujus nunquam veniemus per nos vel interpoſitas perſonas verbo vel opere tacitè vel expreſsè. In cujus noſtri conſenſus fidem & ratificationem ſigillum noſtri capituli ad cauſas preſentibus apponi juſſimus in teſtimonium veritatis. Actum & datum anno Domini MCCC quarto in craſtino aſcenſionis Domini.

CCXLVII.

Capitulum S. Johannis immittitur in poſſeſſionem dicti juris.

Gotfridus Dei gracia cuſtos majoris eccleſie Moguntine & Prepoſitus eccleſie ſancti *Johannis* ibidem plebanis in *Grunenberg* & in *Monſtere* ſalutem in Domino. Cum nos viris diſcretis decano & capitulo dicte noſtre eccleſie ſancti *Johannis* in Moguntia eccleſiam parochialem in *Vellen*, cujus collatio ſeu jus patronatus nec non inſtitutio rectoris ad eandem ratione dicte prepoſiture ſancti *Johannis* ad nos pertinuit pleno jure contulerimus dictis canonicis cum omni jure integraliter quod Prepoſito competebat in eadem pure & ſimpliciter propter Deum, quam eccleſiam reverendus pater & dominus *G.* Dei gratia Archiepiſcopus Moguntinus incorporavit eccleſie ſepedicte, mandamus vobis quatenus ſindicum eccleſie ſancti Johannis predicte nomine ipſius eccleſie in poſſeſſionem eccleſie Vellen immitatis corporalem facientes ipſis tanquam veris patronis ibidem à plebe exhiberi debitam reverenciam & honorem, in hys, exequentis alter alterum non exſpectet. Da-

tum

tum anno Domini MCCC quarto feria quarta proxima poſt Dominicam cantate.

CCXLVIII.

Reſignatur eccleſia in Vellen.

Nos *Eckelo* canonicus eccleſie ſancti Petri Magunt. ac *Norpertus* vicarius dicte eccleſie ſancti *Petri* & ſancti *Johannis* eccleſiarum Magunt. officiales deputati à reverendo domino *G.* cuſtode eccleſie Mag. recognoſcimus & omnibus ad quos præſentes littere pervenerint cupimus fore notum quod *Jacobus de Litwilre* olim rector parochialis eccleſie in *Vellen* ſite *in terminis prepoſiture ſancti Johannis* predicte coram nobis tanquam ſuis officialibus reſignavit pure & ſimpliciter propter Deum. In cujus reſignationis teſtimonium nos ſigillum officialitatis ſancti *Petri* preſentibus duximus apponendum. Actum & datum anno Domini MCCCVII. feria quinta proxima poſt epiphaniam Domini.

CCXLIX.

Ob eccleſiam in Vellen incorporatam collegiata S. Joannis duas libras cerae annuatim dat metropolitanae.

Johannes decanus totumque capitulum eccleſie ſancti *Johannis* Mogunt omnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, cupimus fore notum, quod nos ad recognitionem beneficii nobis facti per reverendos dominos noſtros decanum & capitulum majoris eccleſie Magunt. de eorum conſenſu habito ſuper eccleſia in *Vellin* nobis incorporata per Rdum patrem & Dnum Archiepiſcopum Mogunt. obligamus ad dandas ſingulis annis duas libras cere in feſto beati Martini hyemalis ipſis noſtris predictis. In cujus rei evidenciam ſigillum noſtri capituli duximus preſentibus apponendum. Datum anno Dni M° CCC° IIII°. ſabbatho proximo poſt aſcenſionem Domini.

An. MCCCIX. VI. kal. Decembris *Johannes* decanus totumque capitulum S. *Johannis* recognoſcit, quod ſingulis annis diſtribuantur in præſentiis tam canonicis quam ſociis X. & VIII. ſolidi denar. Colon. de eccleſia in *Vellen* in anniverſario *Gotfridi de Eppinſtein* & *Mechtildis* uxoris ſuæ in vi-

gilia exaltationis ſ. *crucis* celebrando dimidia marca. Item quarta die poſt feſtum beati *Martini* dimidia marca &c. &c. eſt derſervienda. *Vid. de Guden. Tom. III. pag.* 886.

An. MDXX. die viceſima octava menſis Martii *Albertus* Archiepiſcopus Mog. eccleſiam parochialem in *Vellen* per obitum *Caroliſtein* diu vacantem ex jure devoluto contulit *Eraſmo Sparr* presbytero.

(dd) *Eychen.* An. MCCCVII. kal. Decembris coram judicibus ſanctæ ſedis Mogunt. *Godefridus de Geſthoffen* canonicus eccleſiæ S. *Stephani* rector eccleſiæ parochialis in *Eychen* confeſſus eſt, ſibi ab abbate *Gotſchalko* S. *Jacobi* dictam eccleſiam collatam & à ſe quinquaginta circiter annis quietè poſſeſſam eſſe.

An. MCCCXXII. in vigilia S. *Thomae* apoſtoli *Wernherus* abbas S. *Jacobi* Præpoſito S. Johannis Mogunt. ad eccleſiam parochialem in *Eychen* ex reſignatione *Nicolai de Müntzeche* vacantem *Petrum* . . in corporalem dicta parochiæ poſſeſſionem inducendum. Præpoſitus modò dictus decernit proclama, ut ſua intereſſe putantes compareant feria quinta proxima poſt *converſionem beati Pauli* apoſtoli. Litteræ datæ ſunt V. kal. Febr. MCCCXXIII.

An. MDVI. die XXX. Aprilis *Jacobus* Archiep. Mog. beneficium altaris beatæ *Mariae* virginis in Eycha per obitum *Cunradi Remſtorff* vacans ex jure devoluto contulit *Petro Fabri.*

(ee) Qua-

(ee) Qualem ſententiam ſuper jure patronatus eccleſiæ in *Amena ſuperiori* tulerit archidiaconus vid. ap. *de Gud. T. I. pag.* 491.

Specificatio bonorum noſtrorum in Felle

Item ſpecificacio ſeu conſulcacio bonorum noſtrorum in *Ffelle* & in villis circumjacentibus, & primo in *Ffelle* tria jugera gein gerſtinrade an *Henckiln Croll.* Item quinque jugera uff der Droggenae und ſtoſſet uff das gemeyne wyde. Item uffwert quatuor jugera terre arabilis & nemoris und ſtoſſet uff ſtum prachſcroders felt. Item duo jugera under dem ſlinsberge und roledrn und uff hultzin wecke. Item unum jugerum uffwert auch uff hultzinwecke. Item in alio campo verſus Flauch verſus patibulum duo jugera cum dimidio und ſtoſſen uff Zilburner Felt. Item unum jugerum cum dimio unter dem galgen und ſtoſſent uff Griuls lantd von Zilburne. Item tria jugera die ſtoſſen an das rode ſtucke und uff den langen Heinrichen. Item quatuor jugera uff der herlbach an hulzenwecke. Item unum jugerum nederwert an Hencken Bledern. Item duo jugera cum dimidio hinder dem zune an ſparwaſſere. Item unum juger cum dimidio hindene uff der wedeme. Item tria jugera uff Henckiln Crolle. Item unum juger da by an Ruelen Gruele. Item in tercio campo qui dicitur gein ſteyne duo jugera apud villam und ſtoſſen uff die pingiſtweyde. Item tria jugera gein Keſterich und ſtoſſent uff hern Frederiche den Rither von Winthuſen. Item unum juger da by an Eghard Heſelin. Item ſex jugera triſſes & terre arabilis an jungern Schurpâche von Dutenrode. Item tria jugera uff der heyde an Ekeharden Buſſinhener. Item duo jugera an Henckiln Ortwine. Item duo jugera auch uff Henckiln demſelbin. Item unum juger an Henckiln doychter. Item unum juger vel parum minus an Eremare. Item duo jugera pratorum in villa Felle an dem Langgreven von Heſſen. Item gein Irmenrode duo jugera cum dimidio pratorum an der ſpecken. Item curiam in villa Felle ſitam. Item ibidem in Felle ſyplo dictus hultzenwecke de manſo ane de Engilnhus qui manſus continet XXIIIIor jugera & de curia apud viale by dem ſtege tres ſolidos denariorum cum dimidio monete Haſſie ſolvit.

Specificatio bonorum noſtrorum in Zilburn.

Item ſpecificatio bonorum noſtrorum in Zileborne que Hermannus Kagehartd habet & poſſidet, inprimis in campo verſus Salpach octo ju-

gera an Lutzen Stigeler. Item uffwert an dem wege ſael duo jugera zuſſen Diderich Hanman. Item in campo verſus Felle duo jugera an dem breyden triſſe und Hanman Thiderich nyden dran eyn clein ſtucke. Item duo jugera an Heintzen Derren. Item in tercio campo verſus gerſtrode ſex jugera an Friderichen & Lutzen Stiegeler. Item duo jugera verſus Felle by der kircken wege an Thederich Belſtroſter. Item duo jugera an Heinrich Buſſinhayn. Item duo jugera retro curiam quondam Conradi Kagehartes an Thiderich Belſtorfer. Item duo jugera verſus Felle und geen uber den kirchen weg Item duo jugera in campo ville Felle by Wedecken molen an Ruell Heſeler. Item duo jugera by dem odilsberge an Kukiln Stigeler. Item unum juger pratorum apud curiam noſtram Conradi dicti Kageharts. Item duo jugera hinder der Elleſtrut an Kuckeln Stigeler. Item pars minus quam juger pratorum uff Albrecht Stiegeler. Item unum juger pratorum retro curiam noſtram quam *Albertus Stiegeler* in Zileburn poſſidet. Item bonam curiam cum orto de quibus omnibus ſolvit ſingulis annis unum maldrum avene & duas libras hellen pro dimidio mald. caſeorum duobus pullis duobus aucis & uno ſolido denariorum viſibili in die beati Stephani & ultra illa etiam ſolvit pullum carnis privium in ſignum optimalis. Item unam libram cere quam Moguntie præſentari ſingulis annis procurabit, & ſi bona meliora fuerint inventa quam nunc ſunt, plus dabit ſecundum gratiam Dnorum decani & capituli eccleſie ſancti *Johannis* & ſi dictum Johannem premori matrem ſuam contigerit, optimale ſolvet ut mater. Actum in ſtupa *Dylonis* decani eccleſie noſtre anno Dni milleſimo CCC^{mo} LVI° preſentibus *Voltzone Bumilman Johanne de Hoveheym* procuratoribus ſedis ſancte Mogunt. & *Heinrico* filio quondam *Scarcradi* de *Stupenrode*.

Specificacio bonorum in Zilburn.

Item ſpecificacio bonorum noſtrorum in *Zilburn* que poſſidet *Conradus* dictus *Sprenge* in primis in campo verſus gerſtenrode duo jugera an Veller felt an Heintzen Derren. Item in alio campo verſus Fellen duo jugera in duobus fruſtris und ligent beyde an Conrad Kageharden. Item duo jugera an Dideriche Hamanne. Item unum juger auch an demſelben Dyderich Hamanne. Item uff dem Wolffsangle tria jugera. Item duo jugera an Conrad Kageharte. Item duo jugera an Dyderichen Belſtorfer. Item an gerſtrode duo jugera an Diderichen Hamanne. Item duo jugera an der dorfmarcke an Kunckiln Stigeler. Item duo jugera an Heinrich Buſſinheim. Item unum juger cum dimidio pratorum in tribus fruſtris unum fruſtum an Wolfsangel, unum an Conrad

Kage-

Kagehard tertium am gude das unſer iſt. Item bonam curiam ibidem in villa Zilburn. De hys omnibus ſolvit annuatim dimidiam marcam denariorum maldrum avene unam aucam duos pullos pullum carnis privialem & duos ſolidos denariorum viſibiles ſeu demonſtrabiles in die ſancti Stephani ſed cenſus augmentatus eſt ultra cenſum predictum in duodecim ſolidis hellen. ſingulis annis ut ſupra.

In Bedlershayn ſpecificacio.

Item in Bedlershayn ſpecificacio bonorum noſtrorum que Conradus dictus Ffalkinſteyn poſſidet in primis XXVIII. jugera in uno ſulco an Conrade den man heyſſet Waltir de his bonis ſolvitur ſolidus denariorum.

Item in Keſterich Johannes dictus Kume de manſo ſuo ibidem ſolid. den.

In Keſterich ſpecificatio.

Item in Keſterich ſpecificatio bonorum noſtrorum que Cunradus dictus Derre poſſidebat nunc autem . . . Faber poſſidet in primis im ſcheide by hern Frideriche dem ritter von Winthuſen dimidium juger. Item an ſenges eyn rude by herren Frideriche vorgenant Walde. Item quatuor jugera pratorum uff der roſebach unter Lodewige Derren. Item unum juger hinder uſme hove uff Gerlach Beumunge. Item uff herrn Friderich von Windhuſen unum juger. Item unum juger ſtoſſet an Ditzen Zippen. Item unum juger gyt uff Fritzen von Winthuſen. Item dimidium juger dar an Hemme von Keſtrich ſtoſſet dran. Item duo jugera uff Volperte von Keſterich. Item unum magnum juger an Bertolde von Winthuſen. Item daſelbs tria jugera an Bertulfe und windet uff in. Item duo jugera zuſſen Breydenbach und Guntzilsdorff uff Helwige von Winthuſen. Item dimidium juger prati uff Engiln Zune. Item bona curia cum ortis adjacentibus. Scripta ſunt hec anno Dni milleſimo trecenteſimo quadrigeſimo feria ſexta poſt aſſumpcionem beate Marie virginis.

In Ruſſelshain Specificacio.

Item in Ruſſelshayn ſpecificacio bonorum noſtrorum que poſſidet Henkelo filius Hartmundi. In primis duo jugera uff der Gaſſen an Gerhard Hailganſe. Item unum juger da by in hern Wernhers roſte von Winthuſe ſtucke. Item uff herrn Wernhers itzuntgenant ſtucke. Item an dem Volckelins berge octo jugera an hern roſte egenant. Item quatuor

tuor jugera die liegen in hern Roſtes lande egenant. Item una area in villa Ruſſelshayn predicta. De hys bonis ſolvuntur tres ſolidi denariorum alias quinque ſolidi denariorum, modo ſyplo heylonis & ſervit in Ulrichſteyn dem blydemeiſter qui vendidit bona Conradi Pefferſagk.

In Stockhuſen ſpecificacio.

Item in Stockhuſen ſpecificacio bonorum noſtrorum, in primis nemus dictum Dydenbuſch quod continet quatuor jugera vel plus. Item octo jugera terre arrabilis die ſtoſſen uff denſelben walt ſeu buchs. Item quatuor jugera die ſtoſſen auch uff denſelben buchſs an Heinrich Schonnut. Item curia in villa Stockhuſen & retro eandem curiam Dunco quadraginta jugera. Item neden an der bach viginti jugera terre arabilis und en wenig me dann ein morgen dazuſchen an hernHeinrichSchonunge und Johann Nyderlender und Conrad Melinge. Item tria jugera uff Fenfinger felde an frauwen der rodewerten ſon und an Emmerchen.

In Ittingeshuſen ſpecificacio.

Item in Ittingeshuſen ſpecificacio bonorum noſtrorum. In primis tria jugera terre arabilis zu Entersburne. Item unum juger an Sichelinge an Heintzen baumgerter am Sichelinge. Item tria jugera terre arabilis . . Item curia ibidem in Ittingeshuſen de quibus dabuntur ſeptem ſolidi denariorum duas aucas duos pullos & unum pullum carnis privialem.

Item ibidem ſpecificacio bonorum noſtrorum & primo duo jugera uff dem felde zur brucken an dyſſenbecher wege an Conrads Becker. Item uffem andern felde gein Munſter tria jugera terre arabilis an Eckeln Hirczen. Item ein vierteyl an Henczchin Gelemanne. Item ein viertei an Conrad Burnmanne. Item quartale an Peder Gyſeler. Item unum juger zuſchen den zweyen wegen am holtzwege und am licherwege an Heinrich Baumgerter. Item dimidium an lyecher wege an Conrad Becker Heinrich Gelemans ſone. Item dimidium juger am clengerwege an Conrad Becker. Item unum juger an ſteynrocken wege und wendit droffe. Item unum juger uff der alden weyde und ſtoſſet droff. Item curia in eadem villa & vocantur preſcripta bona bona under der linden de quibus quidem bonis Gerlacus de Lyndena & Metza modo Zyſa filia relicta dicti Marſtellers ſolvunt octo ß. den. demonſtrabiles in die beati Stephani & unum pullum in carnis privio.

In Reynhartishayn ſpecificacio.

Item in Reynhartishayn ſpecificacio bonorum noſtrorum in primis imme ſengis XXX jugera ſilve. Item duodecim jugera terre arabilis an

Stru-

Struchen an Gerhard Wymer und an Conrad Bumanne. Item pratum zum Spaybuſche zuſſen den monchen und an Gerharden Wymer de Reynharteshayn. De hys bonis hoppele Rothane & hoſpitale in Grunenberg ſolvunt duos current. &c.

In Sangenrode ſpecificacio.

Item ſpecificacio bonorum noſtrorum in Sangenrode in primis unum juger pratorum in Eckeharde nele und anderſyt der wyſen lint funff morgen dy ſin auch unſere. Item ein ſtucke by dem dorffe daſs helt wol XII. morgen und ligent an Heylman ſcheffir und zihent gein Beldersheym. Item Ij juger in dem lummer grunde an Sypeln Eppen. Item duo jugera dicta die ſtoreck ecker an Kuntzen ſcheuer und an Eppen Gerlach. De hys bonis ſolvuntur IIII ſolidi den. & maldrum avene Wedeche ſolvit modo Heinricus dictus burger.

In Eyches ſpecificacio.

Item ſpecificacio bonorum noſtrorum in Eyches in primis XXXta jugera in ſylva & arabilia quorum decem jacent inculta an heyde & curia ſeu area ſita in ſuperiori parte ville ante ſalices de quibus bonis Meckela filia doleatoris ſolvit ſingulis annis ſex ſolidos denar. & pullum carnis privialem & nota quod ſilva vocatur mirtinſtrut ſita an Zigeneke und an dem grydele und lyt da zuſchen.

In Dutenrode ſpecificacio.

Item ſpecificacio bonorum noſtrorum in Dutenroden in primis in campo dicto dy heyde verſus Schelmenhuſen octo jugera in uno ſulco an Schelmershuſer wege an der heyde an Conrad Nuemanne. Item uff dem Heintzenberge ſex jugera an Conrad Schallan. Item in alio campo dicto Wydenſehe ſex jugera an junchern Schurpache der hat yweder ſyt dran. Item quinque jugera uff dem Eltfelder wege uff gemyne wyden der von Dutenrode. Item in tercio campo dicto an Dutenroder berge octo jugera an junchern Rorbach. Item in Colheym tria jugera an Johann Zecken. Item unum juger pratorum by den dicken buſchen an Conrad Schalle. Item unum juger cum dimidio pratorum uff unſerm hove daſelbes. Item curia bona & dictus Zecke habet medietatem horum bonorum. De hys bonis ſolvuntur nobis ſingulis annis IX ſolidi den. monete currentis unum maldrum avene duo pulli & pullum carniſpr. quia ſolvitur optimale defuncto bona poſſidente videlicet tantum quantum ſolvitur pro cenſu ut litere noſtre deſuper tradite dicunt.

Holtzhuſen.

Item nota quod ſeptem bona ſita in Holtzhuſen ſolvent nobis viginti tres ſolidos hlls. unum maldrum avene menſura ibidem currente vel Marpurgenſ. in die beati Michaelis & ſi eodem die ſole lucente cenſus non fuerit perſolutus tunc aliis omnibus diebus ſequentibus quousque cenſus fuerit perſolutus noſtro nuncio in expenſis providebitur.

Decima in Felle.

Item nota quod habemus totam decimam in villa Felle in omnibus preter fenum quod non decimat ut ruſtici ibidem dicunt, & quelibet domus ibidem dat unum pullum in autumpno pro decimo pullorum. Item nota quod equi juvenes non dantur pro decima ſed tres hallenſes pro quolibet dabuntur. Item nota quod pro capra juveni datur quadrans loco decime ſed alia omnia recipiuntur & dantur prout occurrerit. Item in eodem modo habemus decimam in villa Zillburn. Item nota quando decima in Felle locatur, conductor dabit pro vinicopio unam marcam denariorum monete uſualis duas minas id eſt meſten papaveris; ſed Zilburn dabit medietatem horum. Item ceram debitam & conſuetam hoc ſunt quatuor libre cere ut in libris noſtris & regiſtris antiquis continetur. Item conductor decime in Felle dabit maldrum caſeorum & in Zilburn medium maldrum. Item habemus partem decime in Keſterich retro ſilvam & juxta verſus Keſterich & vocatur imme Wolfisloch que ad majus valet quatuor maldra ſiliginis & ſex maldra avene & ſex ſolidi den. dantur ſemper pro vinicopio. Item in Stumprachtesrode habemus decimam de certis bonisStarckeradi & ſunt inter duas ſilvas & ante ſita que valet ad majus IIIIor maldra ſiliginis & IIIIor avene nec augmentetur & ſex ſolidi den. ſemper dantur pro vinicopio. Item nota quod quilibet habens ortum quem fodit & non arat dat pullum pro decima ſed ſi arat tunc decimam dabit ſicut de aliis bonis ſitis extra ſepes. Item nota quod maldrum caſeorum cenſu alium nobis ibidem in villis aliis in terminis illis valeret XVIII. ſolidis den. ſi recipere vellemus ab hominibus ut ego Conradus a domino Heinrico plebano quondam ibidem in Velle audivi ſed idem D. plebanus adjecit quod hoc nimis odioſum eſſet & hominibus oneroſum. Item nota quod omnis bona noſtra poſſidens & pullum carnis priv. ſolvens eo mortuo uxor ſua ſolvit optimale ergo nullo modo fiat remiſſio pullorum carnis privialium quia optimalia ab eisdem dependet & nota quod ſi defunctus optimale ſolvens filias filiasve ſeu heredes alios bona que a nobis poſſedit defunctus inter ſe diviſerint tunc quolibet dividentium defuncto ſolvit optimale. Item nota quod molendinum an der Erlbach inter Holtzhuſen

& Copper duos ſolidos den. ſolvit ut dicitur. Item nota quod pater Conradi dicti Derre de Keſterich legavit unam libram cere eccleſie in Felle pro ſalute anime ſue ſuper pecia una curie noſtre ibidem in Keſterich contigua que pecia fuit patris dicti Conradi hoc fatebatur Conradus Derre predictus preſentibus ſculteto Heinrico de Hadenfeld fratre ipſius Conrado Gyppoſo Heinrico plebano quondam in Fellen Eckardo dicto Greben Gerhardo opilione ibidem & ludegero bodello.

Item nota quod decima in ſelle quando campus eſt in bono ſtatu niſi augmentaretur ſed poteſt augmentari valet ſingulis annis decem & novem maldra ſiliginis & viginti duo maldra avene menſure Grunenbergenſis & alia ſupra ſcripta ſunt anno Dni milleſimo tricenteſimo quadrageſimo primo.

Item decima in Zilburn valet duodecim maldra ſiliginis & tredecim avene quando campus eſt in bono ſtatu menſure ut ſupra cum aliis ſupra ſcriptis anno Dni mileſimo trecenteſimo quadrageſimo primo anno vero Dni MCCCXLII. pro XII. maldris ſiliginis & quatuordecim avene.

Cenſus in Grunenberg.

Item nota quod hys ſunt cenſus quos habet eccleſia ſancti Johannis Mogunt. in Grunenberg & villis aliis in Haſſia ſitis. In primis in Grunenberg Ditzo filius Thilmanni unum ſolidum denar. de prato ſito by dem Egilsſehe Syplo Crumpecher de Queckborn ſolvit modo Heinricus filius Sypelonis. Item Syfridus oleator unum ſolidum denar. de uno agro Johannes dictus Dubenkunig ſolvit & dicta die Seltzern. Item pueri der Fincken & Heinricus in curia Dnorum de Arnsburg novem denar. de agris ſitis apud Schurgesmelen Bertoldus Welcker ſolvit. Item de bono Thilmanni de tilia dabit magiſter ad ſanctum Petrum ſex ſolidos den. Item bona dicte Lentzen que Hermannus dictus Kopper certo octo ſolidos den. & duo maldra avene & optimale Henricus von hove zu groſſen Buchiſecken hoſpitale in Grunenberg. Item in Hattenrode duos ſolidos den. de hoc cenſu eſt dubium nobis an debeatur vel nou Item in Lutter Thylmann. Heinr. quinque ſolid. den. unam aucam & unum pullum cenſualem Conrad. filius Eckeln ſolvit. Item heredes Dni Wenzelonis de Engilnhuſen maldrum ſiliginis in villa Quecborn. Item in majori Ittingeshuſen dy Gyſelern undecim ſolidos den. pro omnibus videlicet aucis & pullis. Item ibidem filius Conradi Piſtoris octo ſolidos den. duos denarios demonſtrabiles & pullum carnispr. Gerlacus de Hinderna & Metza uxor ejus legitima ſolvunt modo Ziſa filia dictorum conjugum relicta Marſtellers. Item in Reynhartshayn de quodam bono XVIII. den. & duos pullos pro quibus dabit duos turonenſes Rothan

han & hoſpitale ſolvunt. Item in Lumme qui dicuntur die Sarworten IIIIor ſolidos den. & maldrum avene. Item ibidem in Lumme Conradus dictus Kale octo denarios de agris ſuis. Item in Stangenrode Wiedeche IIII. ſolidos denar. & maldrum avene Heinricus Burger ſolvit hunc cenſum. Item in Lenheym IIIIor ſolid. den. & octale avene immo duo maldra & XIII. ſolid. den. duos pullos & pullum carnis priv. & optimale ut in antiquo regiſtro habetur Conradus dictus Sure ſolvit hunc cenſum. Item in Stockhuſen Eckehardus Blumchin quatuor ſolidos den. videlicet duo maldra avene duos pullos & unum pullum carnispr. de duobus bonis. Item in Holtzhuſen apud montem dictum Schineberg viginti tres ſolidos hlln. maldrum avene menſure ville vel Marpurgenſ. de omnibus bonis & cedunt in die beati Michahelis ſole ſplendente & ſi non fuerit illo die cenſus perſolutus tunc quamdiu nuncius noſter ibidem manſerit cenſu non perſoluto in expenſis ſolventes cenſum providebunt nuncio. Idem in Felle Gerhardus opilio de curia noſtra dicta Fronhove & bonis ad hanc ſpectantibus ſupra ſpecificatis triginta ſolidos den. levium & pullum carnispriv. modo Bombach. Item ibidem de bono juxta tibam IIIj. ſolidos den. Heinricus dictus Dirulff modo Petrus Schelter ſolvit cenſum ſingulis annis ut ſupra ſcriptum.

Item Ludewicus Dumeheymer & Syfridus Sandurn quilibet undecim ſol. den. maldrum avene maldrum caſeorum & duas libras cere in Hadenfelt. Item ibidem Heinricus ſcultetus ſeptem ſolid. den. & ſeptem ſolidos pro optimali cum pullo carnispr. & pro optimali dabit tantum quantum pro cenſu modo Heinricus Heymport dabit ſingulis annis.

Item zum Eychesmeckela filia doleatoris ſex ſolid. den. & pullum carnispr. modo Heinricus Uſenner. Item in Ruſſelnhayn Henckelo Hartungi quinque ſolid. den. de quodam bono Rothayn de Babinhuſen modo Ditz Crudergin . . .

Item in Bedlershayn Franckenſteyn unum ſolid. den.

Item in Zilburn Ludewicus Stigeler viginti novem ſolid. helln. duos pullos cenſuales & pullum carnispr. Albertus filius ſuus poſſidet modo Culmannus de Stumprachtrode. Item ibidem dictus Sprenge de bono quondam Conradi dimidiam marcam unum maldrum avene unam aucam duos pullos & unum pullum carnispr. & duos ſolid. den. demonſtrabiles in die beati Stephani & ultra predictum cenſum dabit unum ſolid. hellenſ. modo Conradus phroſ. Item ibidem in Zilburn Conradus Kagehart Hermannus filius ſuus de bonis noſtris octo ß. den. unum maldrum ſiliginis dimidium maldrum caſeorum duas aucas duos pullos & pullum carnispr. & unum ſolidum den. demonſtrabilem in die beati Stephano & credo quod adhuc ultra cenſum ſolvere debeat XI. ſolidos modo Rudegerus modo plebanus in Felle VIII. gr. ad placitum Dnorum.

Item

Item in Keſterich Conradus dictus Derre quatuor ſolid. den. dimidium maldrum caſeorum & pullum carnispr. & ultra cenſum jam dictum ſolvere debet octo ß. helln. modo Johannes Faber ibidem & det unam libram helln. & unum pullum carnispr. ſingulis annis ut ſupra. Item ibidem Johan Kume de manſo ſuo ſolidum den. & Heinricus Loher.

Item ſumma cenſuum talis eſt circa viginti libr. den. Haſſ. & XVIII. ß. den. Haſſ.

Item ſumma avene XIIj. maldra & unum maldrum Haſſ. menſure.

Item ſuma aucarum IIIIor & viginti quatuor pulli preter pullos in villa Felle de ſingulis domibus cedentibus ſcilicet de quolibet domo unum pullum ut ſupra.

Item ſumma viginti quinque librar. helln.

Item ſumma caſeorum IIIj. maldra ſupra ſcriptam.

Item Furhur II. marcas.

Item nota quantum & quid dominus Johannes de Valkenberg nunc Dnus Johannes dictus Gruſſing filius ſuus & dominus Conradus Hebolde frater dicti Dni ſenioris habeant & poſſideant ab eccleſia ſancti Johannis Mogunt. In primis in villa dicta Naſſenerfurte & villa Tweſten viginti octo maldra avene menſure ibidem uſualis. Item in Hockenrode quod deſcriptum eſt cum omnibus ſuis pertinentiis. Item in Gerhartshuſen & Odershuſen in ambabus villis ſpectat jus patronatus ad noſtram eccleſiam, in locatione enim facta predictis Dnis jus patronatus eſt exceptum. Item nota ſpecialiter de jure bonorum noſtrorum ſitorum in terminis ville Gerhartshuſen, que vulgariter dicuntur Feytgut advocatus noſter id eſt iſte qui noſtra bona ibidem habet & poſſidet, habet ſuo equo videlicet runcino menſuram avene que dicitur eyn lymnez, ſed equo ſuo ambulatori mediam equo vero ſervi ſui etiam dimidiam lymnez, advocatus habebit etiam ſtupam vini & villani qui cum advocato illo die ſunt unam amam cereviſie & utrum ad nos ſpectent predicta ignorare dicebant, credebat tamen firmiter ut dominus Johannes Buſchinberg quondam decanus eccleſie S. Johannis Mog. aſſeruit & Dni ſupradicti ſolvunt tres marcas in partibus illis in feſto S. Lucie.

Item nota quod Dnus Johannes de Valkenberg pater domini Johannis Gruſſers & Dni Ottonis canonici eccleſie Fritzlarienſis ſcripſit nobis hec que ſubſequuntur ſuo ſub ſigillo in hec verba: Reverendis Dnis decano & capitulo eccleſie S. Johannis in Moguntia Johannes de Valkenberg miles ſuum benivolum ſervitium in omnibus ſemper promptum. Noveritis mei Dni reverendi quod Conradus de Hebilde miles meus Germanus tenet & poſſidet mediam partem in ſilvis & in pratis in Gerharthuſen. Item ibidem totam avenam que cedit de manſis. Item

ibidem tenet Hermannus de Swynsberg aliqua & ſi ipſum citare voluerit ſcripto ſcribatis citationem plebano in Urſe. Item Conradus predictus meus Germanus tenet & habet advocacionem ſolus in villa Tweſten ad illam eccleſiam nos decanus & capitulum habemus preſentare. Item Conradus predictus habet dimidiam partem bonorum in villa Naſſenerfurte aliam partem mediam ego Johannes ſupradictus obligavi Heinrico de Urſe militi & de hoc facere volo ſicut à vobis receſſi & ſi aliqua plura percepero ut ſpero vobis tranſcribere non tardabo, latorem etiam ſemper percipiatis. Pro primo utor ſigillo. Hec miſſiva ſcripta fuit poſt confeſſionem per dictum dominum Johannem propriam factam.

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA.

COMMENTATIO
DECIMA
DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIAE COLLEGIATAE
AD S. PETRUM FRIDESLARIAE,
ET VICINA PRAEPOSITURA
GEISMARIENSI
IN
HASSIA INFERIORE
E
DOCUMENTIS ORIGINALIBUS ET AUTHENTICIS
ERUTA
A
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.

MANNHEMII
TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXXVII.

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA

COMMENTATIO
DECIMA.

Eccleſia Frideslarienſis *) Haſſiæ inferioris antiquiſſima **) & inſignibus privilegiis ornata eſt (a). Ejusdem Præpoſitus novem ſedes archipresbyterales & in iis quam plurimas numerat eccleſias jurisdictioni ſuæ archidiaconali ſubjectas b) ab oriente diœceſi Herbipolenſi (c), archidiaconatibus Thuringiæ Gothano & Eichfeldiæ ſuperioris Heiligenſtadiano; à ſeptentrione archidiaconatui eccleſiæ Northunenſis & diœceſi Hildeſienſi, ab occidente Paderbornenſi, à meridie verò archidiaconatui Haſſiæ ſuperioris S. Stephani vicinas (d). Numeroſus iſtius & Geismarienſis (e) præpoſiturarum clerus ſancto fœdere unitus (f) commiſſario tandem archiepiſcopali, qui Frideslariæ eſt, paruit (g).

*) Frideslar, *Fridislar* in vita Bonifacii à Wilibaldo conſcripta, in annal. Loiſelianis ad an. 774. *Fridislare* in vita Bernwardi epiſc. Hildeſ. c. 30 & vita Meinwerci ep. Paderb. pag. 562. *Fridisleri* à Withikindo lib. III c. 16. *Fredislar* in annal. Bertinian. ad an. 774. *Fredeslare* ab Eginharto in ep. 37. *Friteslar* à Lupo in vita S. Wigberti c. 5. annal. Fuldenſ. ad an. 774. Mariano Scoto ad an. 905. *Friteslari* à Dithmaro lib. 1. *Fritislari* in vita Mathildis reginæ, hodie plerumque *Frizlaria, Frizlar* ſcribitur. Confer. Schminckii antiquitates Friteslarienſes, de quibus diſſeruit Marburgi cattorum anno MDCCXV.

**) Eccleſia hæc S. Bonifacio Germaniæ apoſtolo ſuam debet originem, qui notante Othlono cap. XXXIII in copioſa meſſe apoſtolica per Haſſonum terras undequaque colligenda occupatus duas ibi eccleſias Domino conſtruxit, unam quidem in *Frideslar* quam in honore principis apoſtolorum S. Petri conſecravit, alteram in Hamanaburch, vid. quæ ſupra de Amenaburg annotavimus. Traditio antiquiſſima Baſilicæ huic verba, quæ ſequuntur, inſcripſit: *S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus anno Domini DCCXL hanc Baſilicam exſtruxit, gentem Cattorum ad Chriſtianam fidem convertit.* Et: *S. Wigbertus ex Anglica gente natus, ex miraculis clarus, eccleſiae primus Magiſter & Praepoſitus exſtitit.* Legi præterea merentur quæ Serarius ex annalibus Francorum Lamberto Schaffnaburgenſi, Reginone & aliis de hac eccleſia ab incendio mirabiliter ſervata collegit pag. 494 & ſeq. Magnum chronicon Belg: *Anno Caroli ſexto Carolo rege abſente, Saxones rupto pacis foedere Francorum fines premunt igne & coede, ut tamen eccleſiam in Fritislar incendere non poſſent, quam ſanctus Bonifacius benedixit igneque nunquam cremandam praedixit.* Servata tunc licet fuiſſet eccleſia, monaſterium tamen & clauſtrum cum primævis hujus incliti loci documentis penitus deſtructum & exuſtum ſuo tempore reperit Wecelo Archiepiſcopus Mog. teſte charta originali ab antiquitate veneranda.

CCL.

Variorum bonorum partitio Praepoſitum inter & fratres eccleſiae Frideslarienſis.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Wecelo gratia Dei Mogontine ſedis Archiepiſcopus innoteſcere deſiderio quibuscunque Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus quod cum veniſſem in locum qui dicitur Frideslar. Monaſterium a Saxonibus combuſtum reperi, Clau-

Clauſtrum penitus deſtructum inveni. Totum fere locum a neſandis predonibus incendio & cede confuſum conſpexi. Inſuper fratres noſtri qui ibi Deo ſanctisque Dei militant inter plurimaque pertulerunt adverſa hoc unum pre omnibus lacrimabiliter conqueſti ſunt, ſcilicet privilegium ab anteceſſore meo Sigifrido illis datum & confirmatum a prefatis Saxonibus cum ceteris eccleſie bonis eſſe concrematum. Tunc vero nos ſuper his miſericordia moti. Deſtinavimus vel hanc ſolam querimoniam hoc modo conſolari. Profecto jubentes, idem privilegium quod perditum doluerant, eadem ſententia, eisdem verbis, ut antea velut infra cernitur reſcribi. Enim vero anteceſſor meus conſilio primatum ſuorum tam laicorum quam clericorum nec non rogatu & conſenſu, tam Prepoſiti Adelberonis quam fratrum ita conſtituerat & confirmaverat, ut has tres matres eccleſias que ſic vocantur: Frideslar, Genſinge, Scuziberc, cum omnibus decimationibus his tribus eccleſiis adherentibus cumque omni utilitate in illarum terminacionibus exiſtente, dico que ad prepoſituram pertinent, canonici ſibimet ad victum & ad veſtitum libero & privato jure ſemper obtineant. Prepoſitus autem has duas matres eccleſias ſic vocatas Urpha, Bercheim, iterum cum omni decimacione has aſſequente ceteraque utilitate inibi exiſtente ipſe ſibi in ſua privatim colligat. Ceterum manſuum usquequaque ſive in his ſive in illis terminis jacencium tripartita particione diligenter examinata duplum fratribus contingat, pars tercia Prepoſito remaneat, ſimiliter & de pertinenciis defunctorum quod optimum caput vel veſtimentum optimum vocant & de his ſimilibus precedente trina diviſione fiat. Hanc igitur ut diximus conſtitutionem anteceſſor noſter Sigifridus precepto, ſcriptis, ſigillo, poſtremo anathemate, toto niſu omnique diligencia confirmaverat. Nihilominus quoque nos iſta ſigilli noſtri impreſſione inſigniri precipimus & auctoritate ſancti Petri, ſancti Martini, omniumque Sanctorum noſtraque, quicumque hec eadem diſſipet, ipſum perpetuo anathemate obligamus. Acta ſunt hec anno ab incarnatione Domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo LXXXXV. indictione VIII. IIII. kal. Novembris. Data Denisburc feliciter amen.

CCLI.

Varia bona redeunt ad eccleſiam Frideslar.

In nomine ſancte Trinitatis & individue Unitatis ſicut ab exordio vocacionis ſuæ eccleſia Dei ſemper quod juſtum fuit defenſare conabatur, ita in miſericordia Dei ſperantes ſumus quod future fraternitatis ſucceſſio equitatem & juſticiam Dei ad ſe transmiſſam infatigabiliter ſectando amplectatur. Hujus rei gracia omnes catholicam religio-

nem

nem & veritatis normam illuminata desursum mente sectantes nosse optamus, quod Ruodhardus Moguntine ecclesiae Archiepiscopus destructa reedificans & confusa reordinans, post mortem Gerlahi militis bona Frideslarienfis ecclesiæ scilicet decimaciones ceterasque utilitates quæ potestative tam ipse quam pater ejus Hugo plurimo tempore summo animarum suarum periculo subtraxerunt, Dei misericordia ammonitus benigno restituit, eo scilicet tenore, quo ad restauracionem prefate ecclesiæ que cede & incendio à nefandis predonibus destructa fuerat & necessitatibus fratrum tantum deservirent. Constituit eciam idem venerandus Pontifex pro impensæ karitatis beneficio anni cujusque revolucione dum vita presens eum vegetaret, in die ordinacionis suæ preces cum missarum solemniis pro eo à predictis fratribus fierent, postea vero deposita carnis sarcina in die decessionis ejus annuatim memoriam ejus missa ac precibus congruis Deo commendandam devote instituit, nil vero ut pius pastor in hac re, quod utilitati conduceret pretermittens, hanc ut dictum est constitucionem scriptis sygilli impressione confirmavit, postremo banno Dei omnipotentis, qui est origo & princeps omnis justicie & banno beati Petri apostoli & sancti Martini confirmavit atque omnium sacerdotalium virorum deinde ex auctoritate proprii officii sui quicunque hec eadem dissipet, ipsum obligavit & cum Juda proditore perpetuo anathemate damnavit. Acta sunt autem hæc anno Dominice incarnacionis millesimo C° III° indictione XI. regnante Heinricho imperatore quarto, Ruothardo predicto Moguntine sedis Archiepiscopo Werenhario comite advocato. Aderant eciam in hac causa de clero viri religiosi. Godebolt Prepositus. Adelgerus. Hertuuin. Rueger. Ordo. Anuilin. Reginhart. Gumbb. Wigo.

Preterea ex familia beati Martini viri nominati: Uodelrih. Dido. Werenhere. Emicho. Adelhelm. Huuc. Wido. Ribraht. Wolfganc. Hamuart. Bernhart. qui omnes omnium supradictarum rerum testes sunt.

CCLII.

Urbanus V. PP. confirmat privilegia ecclesiae Frideslarienfis.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano & capitulo ecclesie Fritzlarienfis Magunt. dioc. salutem & apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis & honestis petencium precibus favorem benevolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates & immunitates à predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia vel alias indulgentias vobis & dicte ecclesie vestre concessas nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à re-

regibus & principibus & aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & dicte ecclesie vestre indultas sicut eas juste & pacifice obtinetis vobis & per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione VII. kal. Marcii pontificatus nostri anno secundo.

Anno MCCCLXXXVII. Urbanus VI. PP. ejusdem tenoris confirmationem dedit. Janue II kal. Maji pontificatus nostri anno nono.

Anno MDIX. Julius II. PP. eandem dedit Rome apud S. Petrum pridie kal. Augusti pontificatus anno sexto.

CCLIII.

Bonifacius IX. PP. confirmat immunitatem ecclesiae Frideslariensis.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis beate Marie Erfordensis & sancti Martini Heilgenstadensis Maguntin. dioc. ac beate Marie ad gradus Maguntin. ecclesiarum decanis salutem & apostolicam benedictionem. Justis & honestis supplicum votis libenter annuimus illaque prosequimur favoribus oportunis. Dudum siquidem felicis recordationis Honorius PP. III. predecessor noster attente considerans, quod clare memorie Fridericus II Imperator Romanorum semper Augustus ad laudem Romane ecclesie & sacri decus imperii cupiens ut expurgatis quorundam erroribus & iniquis statutis penitus destitutis de cetero ecclesia & ecclesiastice persone plena vigerent quiete & secura libertate gauderent ac pie & juste attendens quod quorundam perversorum iniquitas adeo abundaverat ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros canones statuta confingere adversus ecclesiasticas personas & ecclesiasticam libertatem edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat & preceperat irrita nuntiari & omnia statuta & consuetudines que civitates & loca potestates vel consules aut quecunque alie persone contra libertatem ecclesie vel personas ecclesiasticas edere vel servare tentarent contra canonicas vel

imperiales ſanctiones de ipſorum capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus aboleri, & ſi de cetero talia attentarent ipſo jure decreverat eſſe nulla & eos ſua jurisdictione privatos, nec non locum ubi talia deinceps preſumpta fuiſſent banno mille marcharum auri preceperat ſubjacere, poteſtates vero conſules ſtatutarii & ſcriptores ſtatutorum predictorum nec non conſiliarii locorum ipſorum qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memoratas judicarent, ex tunc eſſent ipſo jure infames quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliquatenus non tenere. Quodque ſi per annum prefate conſtitutionis fuiſſent inventi contemptores bona eorum per totum ſuum imperium mandavit impune ab omnibus occupari ſalvis nichilominus aliis penis contra tales in generali concilio promulgatis ; & inſuper voluerat idem Imperator quod nulla communitas vel perſona publica vel privata collectas ſeu exactiones angarias vel perangarias eccleſiis vel aliis piis locis aut eccleſiaſticis perſonis imponerent aut invadere eccleſiaſtica bona preſumerent, quod ſi ſecus facerent & requiſiti ab eccleſia vel imperio emendare contempnerent, triplum refunderent & nichilominus banno imperiali ſubjacerent quod absque ſatisfactione debita nullatenus remitteretur, ſtatuerat inſuper quod quecunque communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem eccleſie violatam perſiſterent, ipſo jure banno imperiali ſubjacerent, a quo nullatenus extraherentur niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Inſuper ordinaverat ut nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali queſtione vel civili trahere ad judicium ſeculare preſumeret contra canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales, quodſi ſecus facerent actor a jure ſuo caderet, judicatum non teneret & judex foret ex tunc judicandi auctoritate privatus. Quodque judices temporales qui clericis vel perſonis eccleſiaſticis juſtitiam denegare preſumerent tertio requiſiti ſuam jurisdictionem amitterent prout in dicta imperiali conſtitutione plenius continetur, dictus inquam predeceſſor conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſancte Romane eccleſie cardinalium apoſtolica auctoritate approbans & confirmans ipſam mandavit inviolabiliter obſervari, nec non ſtatutarios & ſcriptores ac violatores predictos excommunicatos apoſtolica auctoritate predicta publice nuntiari. Et deinde ad audientiam dive memorie Caroli IIII. etiam Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deducto quod nonnulli ſeculares in poteſtatibus & officiis publicis conſtituti videlicet duces comites barones & alii domini temporales nec non conſules civitatum opidorum villarum & locorum rectores in nonnullis provinciis conſtituti Dei timore poſtpoſito ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra perſonas eccleſiaſticas eccleſiarum libertates & earum privilegia condiderant eisque de facto & publice inſiſtere preſumpſerant

contra

contra canonicas & legitimas ſanctiones utpote quod nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam transferrentur neve clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus & maxime in piis cauſis aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati laici & publice denuntiati in civili foro minime repellerentur & inſuper cum predicti domini temporales conſules & rectores per ſecularem poteſtatem res & bona clericorum occuparent arreſtarent ac oblationes Chriſti fidelium diminuerent & reſtringerent exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus eccleſiarum exigerent & extorquerent poſſeſſiones eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatum villarum & locorum predictorum inſcribere & ſigillare recuſarent, donata & legata ad fabricas & ad eccleſiarum ſtructuras contra prelatorum voluntatem ac aliorum quorum intererat contra juſtitiam uſurpare preſumerent & in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus clericorum que non cauſa negotiationis ſed pro eorum propriis uſibus per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant theolonium exigere & recipere non verebantur & confugientes ad eccleſias & earum cimiteria inde extrahere contra ſanctiones imperiales preſumpſerant, Idem Carolus Imperator tanquam chriſtianiſſimus princeps volens in premiſſis providere remedio ſalutari etiam de principum ducum comitum baronum fideliumque aliorum ſacri imperii conſilio & auctoritate imperiali quecunque ſtatuta & conſuetudines predicta tanquam per canonicas & civiles ſanctiones expreſſe reprobata caſſavit irritavit & annullavit ac caſſa & irrita nulliusque roboris eſſe voluit penitus vel momenti precipiens ſub indignatione imperialis banni univerſis & ſingulis principibus ac dominis temporalibus conſulibus poteſtatibus & aliis in officiis publicis conſtitutis quatinus ex tunc ipſorum ſtatuta & ordinationes ſicut in prejudicium eccleſiaſtice libertatis edita fuerant omnino revocarent & de luce tollerent, quodque ſecundum ea non judicarent amplius nec ſententias dictarent aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro ſe & contra eccleſiaſticam libertatem potirentur. Pronuntiavit inſuper & eadem imperiali decrevit auctoritate, quod quicunque laicus cujuscunque ſtatus vel conditionis exiſteret auſu ſacrilego & proprie temeritatis audacia ſacerdotem vel clericum ſecularem aut religioſum diffidaret proſcriberet captivaret ſpoliaret occideret mutilaret aut in carcere detineret ac hujusmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret vel favorem eis preſtaret preter penas a ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus ei inflictas eo ipſo redderetur infamis ac omni honore privatus nec ad placita vel conſilia nobilium admitteretur quovis modo, hortans inſuper in Domino & requirens prelatos in illis partibus conſtitutos ut legem imperialem hujusmodi per eorum eccleſias

& ſynodos publicarent ne transgreſſores hujusmodi per ſimulatam ignorantiam ſuas valerent malitias excuſare prout in edictali lege predicta plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prepoſiti decani & capituli ac clericorum perpetuorum beneficiatorum in eccleſia ſancti Peter Fritzlarienſis Magunt. dioc. & prelatorum tam ſecularium quam regularium ac cleri conſiſtentium infra limites prepoſiture ejusdem eccleſie petitio continebat, adeo quorundam laicorum & dominorum temporalium in opido Fritzlarienſi dicte dioceſis & infra eosdem limites ac etiam Fritzlarienſibus locis circum vicinis malitia inoleverit quod hujusmodi imperiales ſanctiones transgredi non verentur & eccleſiaſticas libertates violare preſumunt pro parte prepoſiti decani capituli prelatorum & cleri predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum ut providere eis ſuper premiſſis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur veſtigiis prefati predeceſſoris inherentes hujusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios conſtitutiones predictas in prefato opido & aliis locis circumvicinis auctoritate noſtra faciatis inviolabiliter obſervari, transgreſſores ac violatores & contemptores ac ſacrilegos predictos nec non contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim a ſede apoſtolica ſit indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Rome apud ſanctum Petrum VI. kal. Novembris pontificatus noſtri anno quarto.

CCLIV.

Paulus II. PP. confirmat privilegia eccleſiae Fritzlarienſis.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis decano & capitulo eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Maguntine dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & imunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſive per privilegia vel alia indulta vobis & eccleſie veſtre conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus aut aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem

ec-

eccleſie rationabiliter indultas, ſpecialiter autem decimas, primitias, cenſus, fructus, redditus, terras, ortos, campos, agros, prata, paſcua, poſſeſſiones, jura, jurisdictiones, aliaque mobilia & immobilia bona ad menſam capitularem predicte eccleſie legitime ſpectantia ſicut ea omnia juſte & pacifice poſſidetis vobis & per vos eisdem eccleſie & menſe auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus ſalva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis & communitionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, ſexto nonas Maji, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

CCLV.

Conſervator privilegiorum ſuo fungitur officio.

Johannes Enolff de Lonſteyn decretorum doctor decanus eccleſie Wormatienſis judex & conſervator jurium & privilegiorum libertatum rerum & bonorum venerabilium virorum dominorum Prepoſiti decani capituli canonicorum nec non ſingularum perſonarum & univerſarum vicariorum altariſtarum & officiatorum eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Magunt. dioc. una cum certis noſtris in hac parte collegis cum illa clauſula quatenus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios &c. in forma militantis eccleſie a ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Dno Dno Sixto Divina providentia Papa quarto ſpecialiter deputatus venerabilibus & circumſpectis viris Dnis beate Marie & ſancti Severi Erffordenſis ſancti Martini Heilgenſtadenſis ſancti Johannis baptiſte Ameneburgenſis beate Marie Lichenſis Maguntine ac ejusdem beate Marie Wetzlarienſis Treverenſis dioc. ac ſanctorum Petri & Andree Paderbornenſis eccleſiarum collegiatarum prepoſitis decanis ſcholaſticis & cantoribus ac univerſis & ſingulis predictarum eccleſiarum prelatis dignitates & perſonatus obtinentibus ad quem vel ad quos preſentes littere noſtre pervenerint ſeu qui pro preſencium execucione requiſiti fuerint ſalutem in Domino ac debitam diligenciam in commiſſis adhibere noſtrisque hujusmodi ymo verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteras prefati ſanctiſſimi Dni noſtri Pape ejus vera bulla plumbea in cordula canapis more Romane curie impendente bullatas ſanas integras non viciatas non cancellatas ſed omni prorſus vicio ac ſuſpicione carentes nobis pro parte prefatorum dominorum Prepoſiti de-

cani capituli canonicorum vicariorum altariſtarum & officiatorum eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis coram notario & teſtibus infra ſcriptis preſentatas nos cum ea qua decuit reverentia recepiſſe noveritis hujusmodi ſub tenore: Sixtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Wormatienſis & ſancti Victorii extra muros Maguntin. ac ſancti Bartholomei Franckfordenſis Magunt. dioc. eccleſiarum decanis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Militanti eccleſie licet inmeriti diſponente Domino preſidentes circa curam eccleſiarum omni ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti ut juxta debitum paſtoralis officii earum occurramus diſpendiis & profectibus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus; Sane dilectorum filiorum Prepoſiti decani & capituli eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Magunt. dioc. nec non ſingularum perſonarum ac univerſorum vicariorum altariſtarum ac officiatorum in eadem conqueſtione percepimus quod nonnulli Archiepiſcopi Epiſcopi aliique eccleſiarum prelati & clerici ac eccleſiaſtice perſone tam religioſe quam ſeculares nec non duces marchiones comites barones nobiles milites & layci communia civitatum univerſitates opidorum caſtrorum villarum & aliorum locorum & alie ſingulares perſone civitatum & dioceſ. & aliarum partium diverſarum occuparunt & occupari fecerunt caſtra villas & alia loca terras domos poſſeſſiones jura & jurisdictiones nec non fructus cenſus redditus proventus & communes preſencias dicte eccleſie & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ſpiritualia & temporalia ad eccleſiam Prepoſitum & decanum capitulum perſonas vicarios altariſtas & officiatos predictos communiter vel diviſim ſpectantia & ea indebite detinent occupata ſeu ea detinentibus preſtant auxilium conſilium vel favorem, nonnulli eciam civitatum dioceſum & partium predictarum qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant eisdem Prepoſito decano capitulo perſonis vicariis altariſtis & officiatis ſuper predictis caſtris villis & locis aliis terris domibus poſſeſſionibus juribus & jurisdictionibus fructibus cenſibus redditibus proventibus & communi preſentie earundem & quibuscunque aliis bonis mobilibus & inmobilibus ſpiritualibus & temporalibus & aliis rebus ad eorundem Prepoſitum decanum capitulum eccleſiam perſonas vicarios altariſtas & officiatos communiter vel diviſim ſpectantibus multiplices moleſtias & injurias inferunt & jacturas, quare dicti Prepoſitus decanus capitulum perſone vicarii altariſte & officiati nobis humiliter ſupplicarunt ut cum eisdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum providere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus; Nos igitur adverſus occupatores detentores preſumptores moleſtatores & injuriatores hujusmodi illo volentes eisdem Prepoſito decano capitulo perſonis vicariis altariſtis & officiatis remedio ſubvenire per quod eorum compeſcatur temeritas & aliis aditus committendi ſimilia pre-

clu-

cludatur diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis conſervatores & judices preſatis Prepoſito decano capitulo perſonis vicariis altariſtis & officiatis efficaciter defenſionis preſidio aſſiſtentes non permittatis eosdem ſuper hiis & quibusvis aliis bonis & juribus ad Prepoſitum decanum capitulum eccleſiam perſonas! vicarios altariſtas & officiatos predictos communiter vel diviſim ut prefertur ſpectantibus ab eisdem vel quibusvis aliis indebite moleſtari vel eis gravamina ſeu dampna vel injurias irrogari facturi dictis Prepoſito decano capitulo perſonis vicariis altariſtis & officiatis cum ab eis vel procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fueritis requiſiti de predictis & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione hujusmodi caſtrorum villarum terrarum & aliorum locorum jurisdictionum jurium & bonorum mobilium & inmobilium reddituum quoque & proventuum ac communium preſenciarum & aliorum quorumcunque bonorum nec non de quibuslibet moleſtiis injuriis atque dampnis preſentibus & futuris in illis videlicet que judicialem requirunt indaginem ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii in aliis vero prout qualitas eorum exegerit juſtitie complementum occupatores ſeu detentores preſumptores moleſtatores & injuriatores hujusmodi nec non contradictores quoslibet & rebelles cujuscunque dignitatis ſtatus gradus ordinis vel conditionis extiterint quandocunque & quotienscunque expedierit auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo invocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii PP. octavi predeceſſoris noſtri in quibus cavetur ne aliquis extra civitatem ſuam & dioceſin niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam a fine dioceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices & conſervatores a ſede deputati predicta extra civitatem & dioceſin in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere ſive alii vel aliis vices ſuas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine dioceſis eorundem trahere preſumant dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate preſentium non trahatur, ſeu quod de aliis quam de manifeſtis injuriis & violentiis & aliis que judicialem requirunt indaginem penas in eos ſi ſecus exegerint & in id procurantes adjectas conſervatores nullatenus ſe intromittant, quam aliis quibuscunque conſtitutionibus a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tam de judicibus delegatis & conſervatoribus quam perſonis ultra numerum ad judicium non vocandis aut aliis edictis que noſtris poſſent in hac parte jurisdictioni aut poteſtati ejusque libero exercitio quomodolibet obviare ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a predicta ſit ſede indultum quod excommunicari ſuſpendi vel interdici ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras apoſtolicas

licas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi & eorum perſonis locis ordinibus & nominibus mentionem & qualibet alia indulgentia dicte ſedis generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam veſtre jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri & de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Ceterum volumus & auctoritate apoſtolica decernimus quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus quodque a data preſentium ſit vobis & unicuique veſtrum in premiſſis omnibus & eorum ſingulis ceptis & non ceptis preſentibus & futuris perpetuata poteſtas & jurisdictio attributa ut eo vigore eaque firmitate poſſitis in premiſſis omnibus ceptis & non ceptis preſentibus & futuris & pro predictis procedere ac ſi predicta omnia & ſingula coram nobis cepta fuiſſent & jurisdictio veſtra & cujuslibet veſtrum in predictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata fuiſſet, conſtitutione predicta ſuper conſervatoribus & alia qualibet in contrarium edita non obſtante preſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo quinto idus Marcii pontificatus noſtri anno octavo. Et quia diverſis noſtris arduis & eccleſie Wormatienſis negociis multipliciter prepediti ſumus quod commoditatibus & defenſionibus cauſarumque cognitionibus & deciſionibus preſatorum dominorum Prepoſiti decani capituli canonicorum vicariorum altariſtarum & officiatorum eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis juxta & ſecundum tenorem litterarum apoſtolicarum predictarum circa eorum neceſſitates prout pro parte eorundem Prepoſiti decani capituli canonicorum vicariorum altariſtarum & officiatorum per premiſſas litteras apoſtolicas requiſiti fuerimus ad preſens intendere & perſonaliter intereſſe non valemus, unde de veſtris legalitatibus & induſtriis ad plenum confiſi vobis & cuilibet veſtrum in ſolidum in premiſſis vices noſtras quoadusque eas ad nos duxerimus revocandas committendas duximus & committimus per preſentes vos & quemlibet veſtrum hortando requirimus & in virtute ſancte obediente diſtricte precipiendo mandamus, quatenus vos aut unus veſtrum prout fueritis requiſiti ſeu requiſitus fuerit commoditatibus jurisdictioni judiciis utilitatibus & defenſionibus dominorum ſupra nominatorum juxta naturam & continentiam litterarum apoſtolicarum predictarum inſiſtatis ac manſuete & benivole eis oſtendatis & exhibeatis ſecundum omnem juris formam alter alterum non expectando vel ad eum remittendo, & ſi nos in premiſſis vel aliquo premiſſorum procedere contingat cauſis & nego-

negotiis ac impedimentis noſtris predictis ceſſantibus, de quo nobis poteſtatem reſervamus, non intendimus propter ea ſubdelegationem noſtram hujusmodi in aliquo revocare niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris litteris fecerimus mentionem, per proceſſum autem noſtrum hujusmodi nolumus neque intendimus noſtris in hac parte prejudicare collegis, quo minus ipſi aut eorum alter in & ſuper premiſſis juxta vim formam & tenorem litterarum apoſtolicarum predictarum procedere poſſint & valeant poſſit & valeat, volumus & has noſtras ſubdelegationis litteras penes & apud predictos dominos & perſonas remanere & non per vos vel aliquem veſtrum ipſis invicem quomodolibet detineri. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras noſtras ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi ſubdelegationem in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per notarium publicum noſtrumque ſcribam infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum Wormatie in curia habitationis noſtre ſolite reſidentie ſub anno à nativitate Dni milleſimo quadringenteſimo octuageſimo indictione tertia decima die vero Martis prima menſis Februarii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Dni noſtri Dni Sixti divina providentia Pape quarti anno nono preſentibus ibidem honorabilibus & providis viris magiſtro Balthaſare Marckart curie cauſarum Wormatienſ. procuratore jurato & Johanne Gregorio Weſsler vicario eccleſie S. Martini Wormat. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego Johannes Erlewyn de Heylpronn clericus Herbipolenſ. dioc. publicus ſacra imperiali auctoritate notarius curieque cauſarum Wormat. juratus nec non coram prefato ven. & circumſpecto viro Dno Johanne Enolff doctore decano judice & conſervatore in hujusmodi cauſa & coram eo ſcriba quia preinſertarum litterarum apoſtolicarum preſentacioni receptioni requiſitioni ſubdelegationi & ſubdeputationi omnibusque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi idcirco hoc preſens publicum inſtrumentum alterius, me interim aliis prepedito negotiis, fideliter ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli dicti Dni judicis & conſervatoris conſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum rogatus & requiſitus.

(b) Sedes hujus archidiaconatus & ecclesias e registro originali à capite I. usque ad II. octo paragraphis distincto perspicies, quibus documenta quædam de Præposito duximus præmittenda. (b)

CCLVI.

De juramento Praepositi.

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indiccione quarta, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Urbani divina providencia Pape quinti anno quarto, mensis Junii die secunda hora terciarum vel quasi in mei notarii publici ac testium subscriptorum presencia constitutus honorabilis vir dominus Hermannus de Dalwig decanus ecclesie Fritzlariensis Magunt. dioc. quandam infra scripti tenoris litteram sigillo ecclesie Fritzlariensis predicte in pressula de pergameno pendenti, prout in ymagini sancti Petri dicte ecclesie patroni ipsi sigillo insculpta & litteris circumferentialibus hjis videlicet: Fritzlarie Petrus huic noscitur esse patronus, diligenter perspexi & perlegi sigillatam non abolitam, non cancellatam sed prorsus omni vicio & suspicione carentem manibus suis tenuit eamque eciam notario infrascripto ad copiandum exhibuit & tradidit rogans me nichilominus & requirens ut ipsam totaliter manu publica & auttentica transscriberem, cujus tenor à prima diccione usque ad ultimam & de verbo ad verbum noscitur esse talis: Nos decanus .. scolasticus .. cantor totumque capitulum ecclesie Fritzlariensis publice profitemur, quod anno nativitatis Domini MCCCLVIII. feria sexta proxima post festum Michahelis tempore capituli nostri generalis in loco capitulari nostre ecclesie capitulariter congregati tractantes & considerantes ea que ecclesie nostre antedicte pro statu suo laudabili & utilitate ipsius tam pro personarum statu quam bonorum ecclesie nostre conservacione observanda expediunt ac expedire poterunt in futurum, ordinavimus & pro statuto laudabili de cetero in nostra ecclesia sub nostris juramentis ecclesie nostre antedicte prestitis inviolabiliter observando statuimus, quod quilibet Prepositus de novo per decanum & capitulum ecclesie Fritzlariensis in Prepositum ipsius ecclesie Fritzlariensis assumendus ante omnia juret & jurare ad sancta Dei evangelia debebit servare statuta observancias & consuetudines ipsius ecclesie Fritzlariensis, & quod ecclesiam Fritzlariensem, bona, fructus, redditus & proventus ymmo & personas ecclesie Fritzlariensis suis libertatibus juribus & honoribus foveat & pro posse conservet, nec ea nec eos infringat

gat quovis modo, & quod officialem alium non conſtituat in ipſa prepoſitura Fritzlarienſi quam canonicum eccleſie Fritzlarienſis videlicet capitularem prebendatum, ſed ſi nullus de capitulo officialitatem aſſumere vellet, ex tunc alium beneficiatum in ipſa eccleſia Fritzlarienſi, ſi inveniri poſſit, in officialem recipere debebit, qui ſi inveniri non poſſit ſaltem ydoneus, ex tunc alium extra eccleſiam libere recipere poſſet, & quod cuſtodiam eccleſie noſtre dum & quociens ipſam vacare contingerit, nulli niſi uni de canonicis eccleſie noſtre prebendato conferat & aſſignet. In cujus conſtitucionis & ſtatuti evidens teſtimonium perpetuum ſigillum eccleſie noſtre majus appoſuimus huic ſcripto, anno & die quibus ſupra. Et iſte eſt totus tenor libere ſupradicte. Acta ſunt hec in oppido Fritzlarienſi Magunt. dioc. in curia habitacionis honorabilis viri domini Hermanni decani ſupradicti anno Domini, indiccione, pontificatu, menſe, die & hora prenotatis, preſentibus diſcretis viris dominis Hartlybo dicto Lendeman, Johanne Budenbant presbiteris altariſtis eccleſie Fritzlarienſis predicte & Conrado de Wolfhain clerico domini decani ſupradicti teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Volpertus Helwici de Spangenberg clericus Magunt. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius, quia literam preſcriptam de manibus domini decani predicti recepi & ad ipſius requiſicionem eam totaliter de verbo ad verbum nichil addendo, minuendo vel tranſponendo ſed ſimpliciter prout in ea conſcriptum inveni, tranſcripſi & copiavi, auſcultacionem diligentem feci, ideo hoc preſens publicum inſtrumentum exinde confeci, propria manu ſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium premiſſorum.

CCLVII.

Immutatum Praepoſiti juramentum ad primaevum ſtatum reducitur.

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo decimo nono, indictione ſeptima, die vero decima ſexta menſis Aprilis, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Leonis divina providentia Pape decimi anno ſeptimo, inque mei notarii publici teſtiumque infraſcriptorum preſencia perſonaliter conſtituti venerabiles viri domini decanus & capitulum eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Mag. dioc. in ſtuba eorum capitulari ad premiſſa capitulariter congregati & capitulum hac vice repreſentantes principales principaliter pro ſe ipſis per organum ipſius venerabilis domini Werneri de

Bueren decani quandam proteſtationem emiſerunt & fecerunt prout in quadam papiri cedula quam idem dominus decanus ſuis in manibus tenens in medium exhibuit ac de verbo ad verbum publica alta & intelligibili voce perlegit profitens & proteſtans aliasque & alia faciendo prout in eadem cedula continetur; cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: Nos Wernerus de Bueren decanus, Daniel de Bueren ſenior, Wulff de Harthuſen, Henricus Schrendiſſen, Reinhardus Wildungen, Conradus de Steinheim, Hermannus de Lewenſtein, Philippus Katzmann, Conradus Schrindiſen doctor, Johannes Katzmann, Sifridus Wildungen, Conradus Steinwart, Caſparus de Hoenfels, Caſparus de Wildungen, Caſparus de Mansbach, Engelhardus de Niehuſen & Conradus Yringk canonici capitulares eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Magunt. dioc. capitulariter congregati & capitulum ea vice facientes & repreſentantes coram vobis notario publico & teſtibus infraſcriptis aſtantes preſentium tenore profitemur & proteſtamur, quod cum alias ſuperioribus annis pro honore pace concordia & comoditate ſeu tranquillitate eccleſie noſtre ut nobis qui tunc de capitulari gremio eramus & aliis predeceſſoribus noſtris interea defunctis pro tunc videbatur expedire juramentum ab antiquo per quemlibet Prepoſitum pro tempore exiſtentem in primeva ipſius receptione preſtari ſolitum extendimus & extenderunt aliquas clauſulas prout ex tunc expedire videbantur ſuper addendo nichil tamen novi inſoliti ſeu inconſulti indicendo ſed duntaxat ea que honeſta ac ex ſtatutis & conſuetudinibus hucusque in eccleſia noſtra ſervanda erant in ſcriptis redacta ſuperaddidimus & ſuperaddiderunt, verum cùm ſtatuta quandoque pro temporum qualitate expedit immutare & ſuper premiſſis deliberati mature non vi, dolo, fraude, metu ſed ſponte & ex certa ſcientia juramentum predictum quo venerabilis & egregius vir dominus Borghardus Haltupderheide canonicus venerabilis & egregii viri domini Johannis Haltupderheide moderni eccleſie noſtre Prepoſiti in ipſa prepoſitura coadjutor ſe ac ipſum dominum Johannem Prepoſitum ſuosque in eadem prepoſitura ſucceſſores aliqualiter leſos ac gravatos pretendebat & aſſerebat ac ad evitandas lites & differentias, que veriſimiliter inter nos ex una & dictum dominum Burchardum coadjutorem ex altera partibus oriri formidabantur domino Prepoſito preſato & ejus ſucceſſoribus penitus & totaliter relaxavimus revocavimus & caſſavimus ac relaxamus, caſſamus & revocamus omnibus quibus poſſumus & debemus via jure forma & modo melioribus ac ad tenorem antiqui juramenti per Dnos Prepoſitos qui pro tempore fuerunt præſtari ſolitum reduximus & moderavimus ac reducimus & moderamus ita videlicet & taliter, quod venerabiles Dni Johannes Haltupderheide modernus noſter Prepoſitus ex juramento per ipſum in ipſius primeva receptione preſtito non aliter aſtrictus ſit vel

eſſe

esse debeat quam ejus predecessores fuerunt obligati & astricti prout ex tenore juramenti antiquitus per Prepositos prestari soliti latius apparet & promittimus bona fide quod nos & nostri successores de cetero non aliud juramentum à successoribus moderni Dni nostri Prepositi exigant aut exigere debeant neque velint in futurum nisi illud quod antecessores ipsius Prepositi in primeva ipsorum receptione antiquitus prestare solebant, in quo & nos & successores nostri erimus & erunt contenti. Tenor vero antiqui juramenti hujus quem pariter per manus dicti domini decani in quodam libro statutorum in medium exhibuerunt volueruntque ad perpetuam hujus rei memoriam in presenti publico instrumento de verbo ad verbum inseri, sequitur & est talis: Ego N. Prepositus juro quod privatum commodum non queram in communibus bonis ecclesie hujus, nec dignitatem meam sine consensu capituli permutabo neque me contra capitulum partem constituam sed consuetudines & statuta intuitu fructuum dignitatem meam concernentes & concernentia rationales & rationalia fideliter observabo, sic me Deus adjuvet & conditores sanctorum Evangeliorum.

CCLVIII.

Bona praepositurae vindicantur.

Johannes Polcken utriusque juris . . Prepositus ecclesie sancti Georii Colonienſis judex & conservator jurium & privilegiorum ac rerum & bonorum venerabilis & egregii viri domini & magistri Johannis Haltupderheide Prepositi ecclesie sancti Petri Fritzlarienſis Maguntinenſis dioceſis una cum nonnullis nostris in hac parte collegis cum illa clausula, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios &c. à sancta sede apostolica specialiter deputatus universis & singulis dominis abbatibus, prioribus &c. Plebanis viceplebanis, capellanis curatis & non curatis vicariis perpetuis altaristis ceterisque presbiteris, clericis notariis & tabellionibus publicis quibuscunque per civitates & dioceses Colonienſem & Maguntinenſem ac alias ubilibet constitutis sancte sedi apostolice subjectis salutem in Domino & nostris ymmo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Litteras apostolicas conservatoriales quodam felicis recordacionis domini Julii dum viveret Pape secundi ejus vera bulla plumbea in cardula canapis more Romane curie subimpendente bullatas sanas quidem & integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua earundem parte suspectas sed omni prorsus vicio & suspicione, ut prima facie apparuit carentes nobis pro parte supra dicti domini Johannis Haltupderheide Prepositi presentatas, nos cum ea qua decuit, reverencia recepisse noveritis hujusmodi sub tenore:

Julius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Prepoſito ſancti Georgii Colonienſis & Osnabrugenſ. ac ſancti Mauricii extra muros Monaſterienſ. decanis eccleſiarum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Militanti eccleſie licet &c. ut ad longum in originalibus continetur. Poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum conſervatorialium preinſertarum præſentacionem & recepcionem nobis & per nos ut premittitur factas querelam gravem pro parte ſupra dicti domini Joannis Haltupderheide Prepoſiti inter alia in effectu continentem recepimus, quod licet in certis diſtrictibus & locis videlicet Odershuſen in Aureff & Dorffweldingen ac Huddingen fuerunt & ſunt certi agri, decime prata, paſcua, nemora, piſcine aliaque jura vulgariter pfundt nuncupata tempore ſuo lacius quatenus opus fuerit, ſpecificanda, qui & que ad Prepoſitum Fritzlarienſem pro tempore racione dicte ſue prepoſiture jure veri ac directi dominii ſpectaverunt & pertinuerunt ſpectent & pertineant dictique pro tempore Prepoſiti hujusmodi agros, decimas, paſcua, nemora, prata, piſcinas aliaque jura predicta quibusdam de familia ſive proſapia Bechelingen appellata & ſuis heredibus maſculis predirectam lineam maſculinam ab eisdem deſcendentibus certis modis & formis in feudum conceſſerunt, dictusque Dominus conquerens dudum ante plures annos fuerit & de preſenti ſit Prepoſitus dicte eccleſie Fritzlarienſis proque tali & ut talis habitus, tentus, nominatus & reputatus habeatur, teneatur, nominetur & reputetur de preſenti ac interea quidam Philippus de Bechelingen de proſapia predicta, qui ut aſſeritur ſupradictos agros, decimas, paſcua, nemora, piſcinas aliaque jura pretacta hucusque occuparet & detinuerit diem ſuum clauſerit extremum nullo alio herede maſculo de directa linea maſculina procreato qui racione dicte conceſſionis ſibi aliquod jus ad pretacta bona competere jure poſſit pretendere, ſuperſtite remanente, dictusque Philippus eciam à prenominato domino Prepoſito moderno conquerente licet ab eodem ſepius ad id monitus & interpellatus extiterit nunquam inveſtituram quoad dicta bona petierit neque petere voluit ita quod diverſis reſpectibus hujusmodi bona ad dictam prepoſituram ſive Prepoſitum pro tempore pleno jure fuerunt & ſunt reverſa ut ipſe dominus Prepoſitus conquerens de eisdem rebus & bonis pro utilitate dicte eccleſie & ſue Prepoſiture libere diſponere poſſit & valeat adeo quod non licuerit nec liceat alicui ſe de dictis rebus & bonis citra ac preter conſenſum dicti domini conquerentis intromittere ſive illas & illa detinere & occupare, nichilominus tamen premiſſis non attentis quidam Henricus de Swalbach, Conradus de Rehen, Eberhardus de Rodenhuſen ac nonnulli alii coloni eorum complices in dictis diſtrictibus & locis commemorantes, quo ſpiritu ducti, neſcitur niſi perverſo, quibus etiam nullum jus ad dicta bona compeciit ſive competit dicto domino Prepoſito conquerente & renitente ſe de dictis bonis

&

& rebus intromittere & eadem occupare ac detinere velle jactitant aliaque facere presumunt, quo minus idem dominus Prepositus conquerens dictis bonis & rebus uti frui & gaudere possit aut valeat tenere quidem & de facto cum id de jure non possiunt, in animarum suarum grave periculum ac dicti domini conquerentis & sue Prepositure damnum permaximum; Fuimus igitur pro parte ejusdem domini Johannis Prepositi conquerentis principalis instanter requisiti, quatenus sibi inde & super premissis de oportuno juris remedio providere atque monicionem & inhibicionem penale mandatum una cum citacione annexa contra & adversus prenominatos Henricum de Swalbach Conradum de Rehen Everhardum Rodehuysen eorum in hac parte complices reos ex adverso principales ac omnes & singulos in premissis culpabiles suaque communiter vel divisim interesse putantes decernere & concedere vellemus atque dignaremur; Nos igitur Johannes Prepositus judex & conservator prefatus attendentes requisicionem hujusmodi fore justam & consonam racioni & quod justa petenti non sit denegandus assensus monicionem & inhibicionem penale mandatum una cum citacione annexa prepetitum in forma prepetita ac alias solita & consueta decernimus & concessimus prout decrevimus & concedimus per presentes. Quo circa vobis omnibus & singulis supradictis & vestrum cuilibet in solidum in virtute sancte obediencie & sub excommunicacionis pena quam in vos & vestrum quemlibet canonica monicione premissa ferimus in his scriptis que vobis in hac parte committimus & mandamus districte precipiendo mandantes; quatenus statim visis & receptis presentibus ac dum quociens & quando pro parte supradicti domini Johannis Prepositi conquerentis principalis vigore presencium fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus, moneatis & requiratis antedictos Henricum Swalbach, Conradum de Rehen, Everhardum de Rodehusen & eorum complices omnesque alios & singulos in premissis culpabiles & sua communiter vel divisim interesse putantes tempore execucionis presencium vobis nominatum & in specie nominandos in eorum propriis personis si ipsorum presencias commode habere poteritis, alioquin in hospitiis habitacionum suarum si ad ea vobis tutus pateat accessus & ab inde recessus, sin autem per affixionem presencium copiarumque earundem dimissionem valvis seu portis parochialis seu parrochialium ecclesiarum sub qua vel quibus degunt & morantur ac alias ubi id tucius & commodius fieri poterit sub testimonio competenti prout nos eosdem & eorum quemlibet sub excommunicacionis majoris nec non duorum millium florenorum aureorum Renensis auri in auro pro una camere apostolice & ejus fisco ac pro reliqua medietatibus dicto domino conquerenti si commissa fuerit, irremissibiliter applicandorum penis auctoritate nostra ymmo verius apostolica pretacta tenore presencium requirimus & monemus, quatenus infra sex dierum spacium

post

poſt publicacionem & execucionem preſencium noſtrarum litterarum modo & forma premiſſis factis proxime & immediate ſequentium, quorum quidem ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo & reliquos duos dies ipſis & eorum cuilibet pro tercio & peremptorio termino ac monicione canonica prefigatis & aſſignetis prout & ſic nos prefigimus & aſſignamus eisdem ab occupacione detencione & intromiſſione dictorum bonorum rerum ad dictum dominum conquerentem & ejus præpoſituram ut promittitur ſpectantium & pertinencium deſinant, ceſſent & deſiſtant ſe de illis non intromittendo ita & taliter, quod idem dominus conquerens dictis bonis & rebus libere pacifice & quiete uti, frui & gaudere poſſit & valeat, nosque de reali paricione omnium & ſingulorum infra eundem preexpreſſum terminum certificent ac certificari faciant & procurent realiter & cum effectu; inhibentes eciam eisdem monitis & requiſitis & eorum cuilibet ſub ſimilibus ſentenciis, cenſuris & penis modo premiſſo applicandis, ne ipſi ſeu eorum aliquis ſe de dictis bonis & rebus intromittere ſive dicto domini conquerenti deſuper impedimentum aliquod preſtare quo minus eisdem bonis & rebus ſuis libere pacifice & quiete uti frui & gaudere poſſit & valeat, ſive quicquid aliud quod in ejusdem domini conquerentis damnum diſpendium & jacturam ac vilipendium enervacionem & contemtum premiſſorum privilegiorum apoſtolicorum quomodolibet tendat ſeu vergat aut tendere ſive vergere poſſit & valeat facientes & exercentes attemptare audeant ſive preſumant aut aliquis eorum audeat ſive preſumat per ſe vel alium ſeu alios publice vel occulte directe vel indirecte quovis ad hoc queſito colore vel ingenio, alioquin contra ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes & hujusmodi noſtro mandato non parentes ad pretactarum cenſurarum declaracionem & pene pecuniarie ſive mulcte exaccionem arctius quo de jure poterimus procedemus & procedi faciemus juſticia mediante niſi ſaltem medio tempore cauſas coram nobis allegaverint ſufficientes & in jure relevantes, quare præmiſſa per nos fieri non debeant & ipſi reſpectivè ad ea non teneantur predicto domino conquerenti legitime ad hoc vocato vel citato; Citantes inſuper modo & forma premiſſis peremptorie coram nobis in & ad domum ſive curiam prepoſiture dicte eccleſie ſancti Georii prefatos monitos & inhibitos & eorum quemlibet ad ſupradicti domini conquerentis principalis inſtanciam ad duodecimam diem curſum ſive terminum dicte noſtre monicionis proxime ſequentem ſi juridica fuerit & nos pro tribunali ſederemus, alioquin ad proximam diem juridicam ex tunc immediate ſubſecuturam & ad horam primam poſt meridiem judicii ſive audiencie cauſarum coram nobis conſuetam ad docendum & fidem legittimam nobis faciendum ſeſe & eorum quemlibet hujusmodi noſtro monicionis & inhibicionis mandato realiter & cum effectu ac in omnibus per omnia paruiſſe & obediviſſe

viſſe alioquin ad videndum & audiendum ipſos & eorum quemlibet penas ſentencias & cenſuras inibi contentas & comminatas damnabiliter incidiſſe & incurriſſe per nos declarari litterasque declaratorias deſuper neceſſarias & oportunas per nos decerni & concedi vel dicendum & cauſas ſi quas habeant racionabiles & in jure relevantes coram nobis allegandum quare ad premiſſa non teneantur & ea per nos fieri non debeant parte altera ad hoc legittime vocata cum inſinuacione debita & conſueta. Certificantes preterea eosdém monitos, inhibitos & citatos quod ſi hujusmodi noſtro monicionis mandato non paruerint realiter & cum effectu ac alias in dicte citacionis noſtre termino comparere curaverint ſive non nos nihilominus ad partis comparentis & cauſam ſeu cauſas hujusmodi proſequi curantis inſtanciam ad premiſſa omnia & ſingula illorumque continuacionem ulteriorem contra eosdem eciam usque ad pretactarum cenſurarum declaracionem, illarumque aggravacionem, reaggravacionem interdicti poſicionem & brachii ſecularis invocacionem ſervatis de jure ſervandis in valvis majoris eccleſie & aule archiepiſcopalis Colonienſis procedemus & procedi faciemus juſticia mediante, eorum abſencia ſive contumacia in aliquo non obſtante. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum preſentes noſtras litteras exinde fieri & per notarium publicum ſubſcribi mandavimus ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum Colonie ſub anno à nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono die Martis duodecima menſis Julii.

De mandato & ex ſpeciali commiſſione ſupradicti venerabilis Domini Johannis Prepoſiti judicis & conſervatoris Henricus Hohuiſſ de Hannoue notarius publicus ſcripſit.

CCLIX.

Ordinatio circa interdicta.

Datum per copiam ſub ſigillo officialis prepoſiture Fritzlar. Mathias von Gods gnaden und des heylgen Babiſtes des heylgen ſtules zu Mentz erwelet und geheyliget des heilgen Romſchen riches in Dutſchin landen Ertzcanceller. Wir han verſtanden daz etwilliche interdicti oder dy zu banne ſint oder dy ſache des bannes oder virbodes und nidder legende ſint godesdinſt und Godes vorte nicht achten und hinderlegen und in unſer ſtad Fritzlar ſtedeliches gen und darynne wonen und von prieſtern und leygen wiſſintliche yngenomen werden dar ſelbis darumme deme volke daz unſchuldig iſt, godlich ubunge gnomen und undergezogen wirt und die milden werk der ynnekeit gemynnert wer-

den des wollen wir der ſuchede mit eyner bequemelichen artzedige vor ſyn und han gefaſt daz nymant der uz der gemeynſchafft geworffen iſt oder der offintliche genannt oder gekundiget iſt zu banne oder Godes recht virboden iſt, daz men in des keynwortikeit und nach ſiner uzfart zwene tage oder lenger von godlichen ampten laſſin ſal nach der offinbarunge diſs keynwortigen geſetzis und wollen daz daz in der kirchen Fritzlar vor der phaffheit und der ſammenunge des volkes herliche geoffinbaret werde, daz her von phaffen oder anderm volke keyner handewis yngnomen werde darſelbis und iſt es lichte daz der etzwilchir von eygeme vorebele dar yn queme oder vor ſich neme daryn czu komende, darnach als her eyns gemanet worde, daz he nicht wider dy keynwortigen geſetze yn die ſtad oder parre kommen ſolde, ſo ſolde her dar ſelbis behaldin werden alſo lange, were he edele oder eyn gud man biz daz he czehin mark ſilbirs oder wer he eyn gemeyne man oder von gemeynem volke czehin phund phennynge fritzlarer in eyme namen eyner buſſe oder pyne beczalete und dy buſſe oder pyne ſolde daz halbe teil gefallen zu den offintlichen buwen derſelbin ſtad und wollen daz daz anderhalbe teyl unſerm amptmanne dy czu cziden wer gefallen ſolde, wer auch daz etwillich phaffe oder leyge der vorgenanten ſtad widder dy vorgenante unſer ordenunge oder geſetze alſulche lude czu iren herbergen wiſſintliche zulieſſen oder nemen oder beſorgete dy czu behaldene und were daz eyn leyge der ſolde von unſerm amptmanne mit der vorgenanten pene gepiniget werden und in den vorgenanten nutz gentzliche gekart werden. Wers abir ein priſter wan daz geſche ſo ſolde he abegeworffin ſyn von deme yngange der kirchen eynen mand, iſt aber daz he gulde oder notz von ſyme lehen in unſer ſtad vorgnant had oder beheldet, und he uz der kirchen nicht gewiſet enworde ſo ſolde men dy czid dy gulde nemen und keren czu dem buwe der kirchen Fritzlar, ouch han wir zugetan odir wollin daz willich burger dy dy ſache der vorſwygunge tede oder gebe oder des bannes yn ſache werden ſolde men von der ſtad und der parre unſer ſtad vorgnant besliffin alſo lange biz daz he widder abſolviret oder uz dem banne geloſt worde und enwolde he nicht uz gen wan he darume gemanet worde, ſo ſolde he gepyniget werden mit der vorgenanten pene des geldts, wir bevelhen ouch dem Techene der kirchen Fritzlar vorgnant daz he dy pene von der phaffheit dy widder dy vorgnant geſetze tun wolden oder vor ſich nemen der widder zu kommende von uns gewalt ſal nemen und dy keren oder wenden in notz des buwes als vorgeſchriben iſt des ſelbin glich wollin wir ouch daz unſir amptman in Heſſen lande dy pene von den leygen uz trede odir uz mane und dy neme und wende in nutz des buwes der ſtad und ouch ſiner als vorgeſchrieben oder uz gewiſet iſt. Datum Fritzlar IX. kal. Septembris anno Dni M°CCC°XXIII°.

CCLX.

CCLX.

Capitulum reſiſtit publicato interdicto a Praepoſito.

In nomine Domini amen. Univerſis hoc preſens publicum inſtrumentum viſuris & audituris pateat manifeſte, quod anno a nativitate ejusdem M° CCC° XXXV° in die beati Petri ad vincula que fuit prima dies menſis Auguſti hora ſexta vel quaſi in eccleſia Fritslarienſi Moguntine dyoc. in loco capitulari ejusdem eccleſie ſolito indictione tercia, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini domini Benedicti Pape duodecimi anno primo conſtituti in mei publici notarii infraſcripti & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum preſencia honorabiles viri domini Hermannus decanus, Heinricus ſcolaſticus, Ludewicus de Meckebach, Hermannus de Valkinberg, Godebertus de Rumerode, Theodericus de Hardinberg, Albertus de Rumerode, Johannes dictus de Itere, Walpertus de Franckinberg, Otto de Valkinberg & Hermannus de Talwig canonici dicte eccleſie Fritslarienſis tunc preſentes & capitulum facientes appellacionem infraſcripti tenoris interpoſuerunt in hec verba: Cum reverendi viri domini judices ſancte Moguntine ſedis quoddam generale mandatum emiſerint & plebanis ſeu eorum vices gerentibus direxerint per prepoſituram Fritslarienſem conſtitutis, quod inter alia continebat, quod ipſi plebani vel eorum vices gerentes monerent omnes per prepoſituram Fritslarienſem conſtitutos, quod quando Prepoſitus eccleſie Fritslarienſis vel ejus officialis in parochialibus eccleſiis ponerent ceſſacionem divinorum vel eciam interdictum, omnes tunc conſtituti in terminis parochiarum ſic a divinis ſuſpenſarum vel eciam interdicto ſuppoſitarum tenerentur ad obſervacionem hujusmodi ſuſpenſionis & eciam interdicti ſub pena excommunicacionis late ſententie, volentes hujusmodi generali mandato nos decanum & capitulum noſtre eccleſie Fritslarienſis, que principalis & matrix eccleſia exiſtit, aſtringere ut quando Prepoſitus noſtre eccleſie predicte vel ejus officialis ponerent in parochia Fritslarienſi hujusmodi ceſſacionem ſeu interdictum, ad obſervationem eorundem, cum tamen idem Prepoſitus noſtre eccleſie vel ejus officialis ex antiqua & approbata conſuetudine tanto tempore in noſtra eccleſia obſervata, cujus contrarii memoria non exiſtit, nullam jurisdictionem in nos & eccleſiam noſtram habeant vel debeant penitus exercere; Nos igitur decanus totumque capitulum eccleſie Fritslarienſis Moguntine dyoc. ſencientes nos & noſtram eccleſiam exinde gravari & gravatos eſſe ac poſſe inpoſterum aggravari, maxime ne nobis tempus propter brevitatem termini in dictis literis contenti currat, appellamus ſedem apoſtolicam in hiis ſcriptis pro nobis, nobis adherentibus & adherere volentibus in futu-

rum & apoſtolos primo ſecundo & tercio inſtanter inſtancius inſtantiſſime petimus, ſi ſit qui eos dare velit ſive poſſit, ſubjicientes nos eccleſiam noſtram bona noſtra & ipſius eccleſie noſtre ac ſtatum preſentis cauſe protectioni ſedis apoſtolice antedicte, proteſtamur eciam quod dictam appellacionem innovare eamque iterato interponere ac emendare in quantum hoc de jure fieri poterit intendimus, ubi & quando fuerit oportunum, invocantes ſuper dicta appellacione & apoſtolorum peticione & aliis premiſſis teſtimonium tui Heinrici imperiali auctoritate publici notarii & aliarum omnium aſtancium perſonarum rogantes & requirentes te ut premiſſa omnia & ſingula in publicam formam redigas & tuo ſigno conſueto conſignes, ſervatis que in talibus tuum officium exigit & requirit. Acta ſunt hec anno, menſe, die, hora, loco, indictione & pontificatu ſupradictis. Preſentibus viris diſcretis Conrado de Urphe & Johanne dicto Schilling vicariis nec non magiſtro Heinrico de Lucowe ſuccentore, Conrado de Waldecken, Friderico de Kirchain, Johanne de Alsfeldia, Heinrico de Gudinsberg, Gerhardo de Korbach, Johanne dicto Babiſt, Tylemanno de Vœle, Syfrido de Kirchberg, Johanne de Kirchain, Tylemanno Molendinarii, Conrado Bodinbant, Conrado dicto Jetze & Johanne de Eymbecke ſacerdotibus altariſtis in eadem eccleſia Fritslarienſi & aliis quam pluribus fide dignis pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Heinricus Gerberti de Gudinsberg clericus Mogunt. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius premiſſe appellacionis interpoſicioni & aliis premiſſis una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, propria manu conſcripſi & in hanc publicam formam redegi meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus in evidens teſtimonium omnium premiſſorum.

CCLXI.

Ordinatio judicialis praepoſiturae.

In dem namen Gots amen. Wir officiall der probſtey zu Frizlar allen lieben in Chriſto geiſtlichen und weltlichen dieſer probſtey underworffen und beſondern denen die dieſe nachbeſchriben belangen mogen, heyl und wolfart zu deme der allen warhafftige heyl iſt. Damyt die krigende unnd gerechtlichhendeler vor unſs zu gerichte der probſtey zu Fritzlar durch advocaten notarien procuratoren und unſern notarien und ſigiler mehr dan geburlich nicht beſwert in maſſen daſs myt clegelichen anbringenn heimlichen und offenbaren manigfeltiglich durch glaubwirdige ann unſs getragen, und wie woll wir gentzlich

nit

nit glauben, daſs ſolichs ſo geſchwinde gehandelt, doch damyt den anbringern genuckgeſchehe, unnſs unſeren bevohelen ampte derhalbenn myt nöitturfftiger arzney deſto vollenkommentlicher verſehenn, alſs wir zuthun ſchuldig haben wyr myt zedigen rathe und flifftiger betrachtung vor daſs gemeyne guth ehre und nutzigkeyt unſer und aller vorbenampten auch alle dero jhene ſo in gerichtshendeln ſein oder vor uns und unſere nachkommen gerichtlich zu handeln gemeint geſatzt und ſetzen hiemyt in crafft diſs briefs, ya bey trawen eyden und gelobdenn ſo unſs darober durch den ſigeler und notarien der probſtey jn zeidenn ſeinde gethan ſollen werden zu halten gepietenn und wollen daſs ſolichs ſtetlich vollenzogene. daſs wedder der ſygeler, noch der notarius zu zeiden ſeind etwelchem parthey vor unſs krigend, under hoffnung eyniger belonung oder gewyns, jren rath geben oder mytteylen heymlich oder offinbarlich, noch daſs ſie jnnecherley wyſe gyſt und gabe unzimlich zu vorſchribung etwelchs teyls nemen ſollen ſonder alſs jren ampten anſteet eynem jdern teyle zu ſeinem rechten glichmeſig behalten und furderlich, unnd unſer ſtat in unſerm abweſen verhalten und vertretten in gerechtigkeyt und aller billicheyt. advocaten procuratores und ander notarien, nachſtat geſtalt und gelegenheit der perſonen und ſachen one alle ſchatzung ſollen meſſigen zcemlichen ſolt nemen, und die parthye dero ſachen ſie vorſein ſollen ſie nit underwyſen oder dahin furen, geye jre gewyſſen und gerechtigkeyt etwas zuſage, zu thunde oder fürzuwenden. und ſollen vor unnſs in gerichte ſettig zuechtig und gepurlich myt worten und wercken ſich halten und erzeygen. one daſ zu ſunderlichenn ſtuckenn uns zuckerend wollen ſetzen und ordnen wir, daſs der notarius von eyner citation zuſchreiben ſall nemen zwene heller und der ſigeler eynen pfennig jtem von eyner contumatien der notarius ij pf. der ſigeler ſoviel jtem von eyner monition ij. pf. der ſigeler ſoviel Item von eyner aggravation dem notar. iij. pf. dem ſigeler auch ſoviel von eyner reaggravation dem notarien iiij. pf. dem ſigeler ſoviel. Item von eyner ceſſation divinorum den notarien viij. pf. dem ſigeler auch ſoviel. Item von andern beſwerungen und banbriefen darnach volgend den notarien x pf. den ſigeler ſoviel. Von eyner ſchlechten abſolution oder unterform des rechten und relaxatione oder uffruckung ſol der notarien nemen vi. pf. der ſigeler iiij. heller. Item von eynen ydern eynfeltigen receſs den notarien ij. pf. den ſigeler auch ſoviel. Item von zwen libeln zuſchreiben den notarien viij. pf. den ſigeler vi. heller. Item von beueſtung des kriegs dem notarien jij. pf. dem ſigeler ſoviel. tem von eyner jdern eynfeltigen bitt, notarien iiij. pf. dem ſigeler auch ſoviel, Item von verhorung der zeugen ſal genommen werden, wie hierunden vermergkt. Item von eynem vororttel den notarien

viij. pf. dem ſigeler auch ſouiel. Item von eyner urtell zu eheſachen ſal der notarius nit meher dan eyn ſchillingk nemen der ſigeler vi. pf. Item vor vollenziehung der artheil, dem notarien iiii. pf. und dem ſigeler ſoviel. Item vom urtel in kirchen oder pfründtſachen, oder ander ſachen, die wither arbeit erfordert, ſal der notarius uber ij. ß. nit nemen und der ſigeler eyn ſchilling. Vor eyn komber oder verbotsbrief den notarien vi. pf. dem ſigeler auch ſoviel. Item von eyner proclamation dem notarien viij. pf. dem ſigeler i. ß. Item von eynem brief uber die inveſtituren dem notario i. ß. dem ſigeler ſoviel alſs man biſsher gewonlich gegeben. Item von eynem brive almuſsen zu bitten von huſe zu huſe, dem notario vi. pf. dem ſiegeler auch ſo viel. Item von der gezeugen tagen exception replicationen, duplicationen, triplicationen, quadruplicationen transſumptionen oder copien und von allen andern briefen zuſchreiben dauon in gegenwertigen brieue beſonder meldung nit beſcheen ſal der notarius nit meher nemen, dan von viehr rigen welcher jglich zwölf worte in ſich halten, oder von funff rigen dero jde zehen worte in ſich halten i. pf. aber der ſigeler mag ſo viell alſs biſdaher gewonlich geweſt nemen. Jdoch nimant zu oberhebend oder zu beſchwerend. Item von eyner monition, die gegen ſenger rouber oder betruber der pfaffheit oder geiſtlicher perſon, deſſgangen dem notario vi. pf. dem ſigeler ſoviel. Item von andern nachfolgenden proceſſenn, vom irſten dem notario vi. pf. vom andern viij. pf. Vonn dritten i. ß. und ſo vorden ufzuſtigend, alſo das der notarius ubir xviij. pf. nicht neme, und was der ſigeler nemen woll, darin beſweren wir ſein conſcientz und gewiſſen. Vorter von allen obgeſchrieben briefen und allen andern wie namen eygen die unns zu ſigelen geburen zu nhemen von dem ſigell und unnſer auctoriteten oder erkentnuſs nachſtat, geſtalt unnd gelegenheit der perſonen darzu erforderung der ſache, auch zu taxiren und meſſigen den ſolt der advocaten ſchrieber procuratoren unnd unſirs notarn von ſchriften und brieuen hierin nit eygentlich uſſgedrugkt, oder die mehr arbeit haben, ſo die parthey, durch ſie beſwert wurde, Auch zu verbeſſern zu verwandelnn uſſzulegen und zu declariren alle und je obgeſchrieben ſtucke, puncte und artickel, wan des nutz und notturfftig, koer, wahel und fryenn gewalt, wollen wir unſs myt gegenwertigenn vorbehaltenn habenn. Die obirtretter aber aller und jede obgeſchriebene dinge, oder dero eynſs, von was ampten lehen oder beneficien die ſein, mit rechtlicher voriger monition alſdan wie jetzo in maiſſen jre ampte und beneficia erfordern ſuſpendiren wir von jngangk der kirchenn. Und thun jne jn den bann jn namen des Herrn myt diſen ſchriften. Damyt aber dieſe unſe ordnung und gebotte von niemant verbrochen ſonder ſtetlich gehalten werden haben wir ſie myt der probſtey ingeſigell beueſtigt.

ſtigt. Geben jm jar des Herrn duſent CCC. XXXIII. donnerſtags nach mitfaſten.

(c) Diœceſi Herbipolenſi archidiaconatus noſter a ſolis ortu contiguus eſt, Mons enim S. Petri prope Hersfeldiam inter eccleſias capituli Geyſa, quod cum capitulis Mellerſtat & Coburg archidiaconatum quemdam Wirceburgenſem conſtituit, numeratur, teſte regiſtro authentico.

(d) Conſule, ſi libet, mappas geographicas uti & hanc commentationem per omnes §os cum præcedente S. Stephani archidiaconatu.

(e) Vide infra: Caput ſecundum.

CCLXII.

Proviſio pro conſervanda immunitate cleri.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum pateat univerſis, quod anno a nativitate Domini ejusdem milleſimo CCCo, XXX, IX, feria quinta ipſo die feſti corporis Chriſti, videlicet ſexto kal. Junii, que fuit viceſima ſeptima dies menſis Maji. hora quaſi ſexta. In ſchola Fritzlarienſi indictione ſeptima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini domini Benedicti Pape XII. anno quinto, in preſencia noſtri notariorum publicorum infraſcriptorum, ac teſtium ſubſcriptorum conſtituti, honorabiles viri domini decanus & capitulum eccleſie Fritzlarienſis Magunt. dyoc. quandam litteram unionis, ſui ac tocius cleri prepoſiture Fritzlarienſis editam ſuper defenſione mutua iuris ſui ac tocius cleri predicti, contra quoscumque invaſores & moleſtatores eorundem, quam litteram iidem domini . . decanus & capitulum predicti, dicto clero dare debebant, per dominum Henricum de Confluencia canonicum Fritslarienſem, coram officiali ac toto clero prepoſiture Fritslarienſis predicte ad capitulum ibidem in inuicem congregatis legi & publicari fecerunt, cujus quidem litterarum tenor extitit in hec verba: Nos decanus ſcholaſticus, cantor, totumque capitulum eccleſie Fritslarienſis intelligentes & non ſine graui cordis amaritudine aduertentes diuerſarum depredacionum oppreſſionum ac immiſerabilium iniuriarum inſultus in clerum hactenus multipliciter inualuiſſe & quod dolendum eſt, amarius in poſterum deteriora provenire veriſimiliter

ſu-

ſuſpicantur. Ex eo quod ſtatuta prouincialia edita contra iniuriatores, inuaſores, ac moleſtatores eccleſiarum monaſteriorum religioſorum & clericorum tangantia ſtatum & honorem tocius cleri in prepoſitura Fritslárienſi hucúsque diſſormiter & negligenter ſunt ſeruata & adhuc minus plene ſervantur, nec debite executioni prout conuenit, demandantur, ex quibus honor & ſtatus clericalis vilipenditur inſurgunt ſcandala quam plurima oritur & naſcitur frequenter opprobrium preiudicium tocius cleri non modicum & grauamen. Nec non eccleſie monaſteria religioſi atque clerus variis ac diverſis vexationibus & grauáminibus a nonnullis plerumque ſeu multociens perturbantur ſeu vexantur, ea propter ut levius mutuo cum reuerendis dominis prelatis & clero univerſo recollecti, futuris occurrere periculis & transactis iam diſcriminibus congrua remedia commodius adhibere poſſimus, fideliter promittimus ac tenore preſencium publice profitemur, quod ſiquis aut ſi qui de prelatis vel de clero aut eccleſie vel monaſteria eorundem antedicte prepoſiture contra predicta ſtatuta prouincialia moleſtantur, ſeu alias ex quibuscumque cauſis communiter vel diuiſim ſtatum, honorem libertatem atque utilitatem tocius cleri tangentibus per quascunque perſonas indebite opprimantur ſeu contra iuſticiam grauantur ſeu eos moleſtari opprimi vel grauari minus juſte contigerit quod ipſis totis viribus aſtabimus absque omni dolo & fraude aſtabimus & contra moleſtatores iniuriatores & vexatores hujus pro defenſione iuris ſui auxilium preſtabimus verbo, opere, ope & conſilio ac expenſis & ſumptibus dictum noſtrum capitulum Fritslarienſe pro portione ſua legitime & rationabiliter contingentibus, videlicet quarta parte. Et ſi aliquos vel aliquem, de predicte prepoſiture Fritslarienſis prelato ſiue clero, ſuper premiſſis moleſtationibus, oppreſſionibus ſeu grauaminibus vel aliquo premiſſorum ſeu a quocunque alio grauamine & vexacione illata minus juſte appellare ſeu appellacionem legitimam interponere contigerit, nos decanus ſcholaſticus cantor, totumque capitulum predicti operis adherebimus modo, forma, & tenore ſuperius annotatis, nec ab appellacione ſeu adheſione hujusmodi recedemus, donec negotium dicte appellacionis cum principali totaliter diſcuſſum fuerit, & finitum. Vt autem predicta omnia plenius conſeruentur venerabiles patres & dominos abbatem in Bredenowe decanum eccleſie Fritslarienſis & dominum Prepoſitum cenobii in Netze de eorum circumſpecta legalitate confidenciam habentes ſpecialem eligimus & preſentibus duximus eligendos, facientes eciam & conſtituentes ſimiliter eos per preſentes noſtros veros & legitimos actores ſeu negociorum geſtores in premiſſis & ad omnia & ſingula concipienda deducenda & perficienda, que circa premiſſa ad quodlibet ipſorum, tam emerſum vel adhuc emergendum fuerint neceſſaria vel oportuna. Et generaliter ad omnia negotia

gotia noſtra tractanda gerenda & facienda, que circa premiſſa aut aliquod premiſſorum ſibi utilia videbuntur. Et ſi aliquis trium electorum predictorum de prelatis de noſtro capitulo ſiue de clero deceſſerit quod abſit vel cauſam oſtenderit quod hos labores ſufferre non poſſet ex tunc alii duo tertium inter ſe eligant, ſi fuerit prelatus, eligant alium prelatum ſi fuerit de capitulo noſtre eccleſie alium ex nobis eligant, ſi fuerit de clero alium de clero aſſumant & eligant infra ſpacium unius menſis quod ſi non fecerint ſe penam viginti librarum Hallenſium nouerint incurſuros, vt autem predicta per nos decanum ſcholaſticum cantorem & capitulum dicte eccleſie Fritslarienſis perpetua maneant ſolida atque firma ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum. Datum anno Domini milleſimo CCCXXXIX ipſo die feſti corporis Chriſti, que fuit ſexto kal. Junii. Qua littera lecta & a clero predicto ut verius creditur intellecta diſcretus vir dominus Johannes Prepoſitus cenobii in Netze unus actorum ſeu negotiorum geſtorum tocius cleri predicti ut dicitur ſtans quaſi in medio tocius cleri in capitulo inquiſivit diligenter a clero utrum ſibi placeret ſtatus & tenor litere ibi lecte & ſi quis eſſet qui contenta in dicta littera vellet contradicere, quod ille ibidem contradicetur. Et cum nullus ibidem apparuerit contradictor, preterquam dominus Wernherus comitis officialis dicte prepoſiture qui ſolus contenta in dicta littera, nomine domini ſui domini Ottonis de Cygenhain Prepoſiti Fritslarienſis ac ſue officialitatis nomine contradixit, aſſerens & conſulens, quod clerus circa contenta in predicta littera nihil attemptare deberet absque ſcitu & conſilio domini ſui . . Prepoſiti antedicti apparuit ex eo ut videbatur, quod totus clerus ibidem congregatus in dictam litteram & contenta in ipſa unanimiter conſenſiſſet. Acta ſunt hec premiſſa anno menſe, die hora, loco indictione pontificatu prenotatis, preſentibus diſcretis viris & honeſtis domino Wernhero officiali predicto, Tilmanno dicto de Vohele, Tilmanno molendinario Conrado de Gudinsperg beneficiatis in eccleſia Fritslarienſi, Henrico notario dicte prepoſiture Sandero de Eynbeke clerico & quam pluribus aliis fide dignis pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Item anno menſe die predictis hora veſperarum vel quaſi conſtituti in camenata lapidea domini Hermanni de Ittere decani eccleſie Fritslarienſis verſus cimiterium in preſentia noſtri notariorum publicorum & teſtium ſubſcriptorum honorabiles viri domini Johannes Prepoſitus in Netze predictus Reynoldus plebanus in Hersfeld, Conradus plebanus in Spanginberg & Johannes plebanus in Kirperg aſſerentes ſe eſſe actores ſeu negotiorum geſtores tocius cleri prepoſiture Fritslarienſis dicentes ſe eſſe ab ipſo clero ſpecialiter electos & quod hoc factum de conſenſu tocius cleri ordinaverint unanimi conſenſu & voluntate litteram ſubſcriptam per

clerum econtra dandam dictis dominis . . decano & capitulo eccleſie Fritslarienſis ſuper eadem unione predicta, ſuo & dicti cleri nomine a nobis notariis publicis infraſcriptis conſcribi petiuerunt & inſtanter requiſierunt & redigi in hoc publicum inſtrumentum ita quod per hoc publicum inſtrumentum clerus prepoſiture Fritslarienſis predictus debeat eſſe ſuper unione predicta dictis dominis decano & capitulo eccleſie Fritslarienſis juxta contenta in littera ſubſcripta uniformiter obligatus cujus quidem litere tenor per omnia dinoſcitur eſſe talis. Nos Prepoſiti archipresbiteri plebani viceplebani eccleſiarum & capellarum rectores univerſi per prepoſituram Fritslarienſ. ubilibet conſtituti, intelligentes & non ſine graui cordis amaritudine aduertentes diuerſarum depredacionum oppreſſionum ac immiſerabilium iniuriarum inſultus in clerum hactenus multipliciter inualuiſſe & quod dolendum eſt amarius, inpoſterum deteriora peruenire veriſimiliter ſuſpicantur ex eo, quod ſtatuta prouincialia edita contra iniuriatores invaſores, ac moleſtatores eccleſiarum monaſteriorum religioſorum & clericorum tangentia ſtatum & honorem totius cleri in prepoſitura Fritslar. hucusque difformiter & negligenter ſunt ſervata & adhuc minus plene ſeruantur nec debite executioni prout conuenit demandantur ex quibus honor & ſtatus clericalis vilipenditur inſurgunt ſcandala quam plurima oritur & naſcitur frequenter opprobrium preiudicium tocius cleri non modicum & grauamen nec non eccleſie monaſteria religioſi atque cleros variis ac diuerſis vexacionibus & grauaminibus a nonnullis plerumque ſeu multociens perturbantur & vexantur ea propter ut levius mutuo cum reverendis dominis prelatis . . decano & capitulo eccleſie Fritslarienſis ac clero univerſo recollecti futuris occurrere periculis & transactis diſcriminibus congrua remedia adhibere poſſimus fideliter promittimus ac tenore preſencium lucide profitemur quodſi quis aut ſi qui de prelatis decano & capitulo eccleſie Fritslarienſis vel de clero aut eccleſie vel monaſteria eorundem antedicte prepoſiture contra predicta ſtatuta prouincialia moleſtantur, ſeu alias ex quibuscunque cauſis communiter vel diuiſim, ſtatum honorem libertatem atque utilitatem tocius cleri tangentibus per quascunque perſonas indebite opprimuntur, ſeu contra juſtitiam grauantur, ſeu eos moleſtari opprimi vel grauari contigerit, quod ipſis totis viribus absque omni dolo & fraude aſtabimus, & contra moleſtatores, iniuriatores & vexatores hujusmodi pro defenſione juris ſui auxilium preſtabimus verbo, opere, conſilio ac expenſis & ſumptibus nos & totum clerum prepoſiture Fritslarienſis, pro portione noſtra legitime & rationabiliter contingentibus videlicet media parte quam mediam partem dictorum ſumptuum, & expenſarum faciemus, & ſi aliquos vel aliquem de predicte Fritslar. prepoſiture prelato capitulo eccleſie Fritslar, ſive clero ſuper premiſſis

vexa-

vexacionibus ſeu moleſtationibus oppreſſionibus ſeu grauaminibus vel aliquo premiſſorum vel a quocumque alio grauamine & vexatione illata minus juſte appellare ſeu appellacionem legitimam interponere contigerit. Nos Prepoſiti archipresbiteri plebani viceplebani eccleſiarum ſeu cappellarum rectores univerſi per prepoſituram Fritslar. ubilibet conſtituti predicti ipſis adherebimus modo, forma & tenore ſuperius annotatis nec ab appellacione ſeu adheſione hujusmodi recedemus, donec negocium dicte appellacionis cum principali totaliter diſcuſſum fuerit & finitum, ut autem predicta omnia plenius conſeruentur, venerabiles patres ac dominos . . abbatem in Bredenowe decanum eccleſie Fritslar. & Prepoſitum cenobii in Netze de eorum circumſpecta legalitate confidentiam habentes ſpecialem eligimus & preſentibus duximus eligendos facientes etiam & conſtituentes ſimiliter eos per preſentes, noſtros veros & legitimos actores, ſeu negotiorum geſtores in premiſſis & ad omnia & ſingula concipienda deducenda & perficienda que circa premiſſa ad quodlibet ipſorum tam emerſum vel adhuc emergendum fuerint neceſſaria vel opportuna. & generaliter ad omnia negotia noſtra tractanda gerenda & facienda, que circa premiſſa aut aliquod predictorum ſibi utilia videbuntur, & ſi aliquis trium electorum predictorum de prelatis de capitulo eccleſie Fritslar. ſiue de clero deceſſerit quod abſit, vel cauſam oſtenderit quod hos labores ſufferre non poſſent, ex tunc alii duo tercium inter ſe eligant, ſi fuerit prelatus eligant alium prelatum, ſi fuerit de capitulo eccleſie Fritslarienſis alium ex ipſis eligant, ſi fuerit de clero alium de clero aſſumant & eligant infra ſpacium unius menſis quod ſi non fecerint ſe penam viginti librarum Hallenſ. noverint incurſuros. Ut autem predicta per nos . . Prepoſitos archipresbiteros plebanos viceplebanos eccleſiarum & cappellarum rectores univerſos predictam prepoſituram undique conſtitutos perpetuo maneant atque firma preſentem literam iam ſcriptam redigi fecimus & petiuimus per infraſcriptos notarios publicos in hoc preſens publicum inſtrumentum. Acta ſunt hec premiſſa anno menſe die hora loco indictione & pontificatu quibus ſupra preſentibus diſcretis viris Conrado dicto Budinbant, Conrado dicto Aczelen & Johanne rectore parrochialis eccleſie in Brune —— ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Henricus Arnoldi de Wartberg clericus Paderbornenſis dyoceſ. publicus auctoritate notarius una cum Conrado dicto Loſen clerico notario publico inferius annotato & preſcriptis & teſtibus premiſſis omnibus preſens interfui eaque ut narrantur fieri vidi & audivi & in hanc publicam formam redigi meoque ſigno ſolito & conſueto ſignavi requiſitus.

Et ego Conradus dictus Roſe clericus Fritslar. Mogunt. dyoceſ. publicus imperiali auctoritate notarius quia premiſſis omnibus & ſingulis una cum Heinrico Arnoldi de Wartberg clerico, publico notario & teſtibus ſubſcriptis preſens interfui eaque una cum ipſis ſic fieri vidi & audivi, & cum per dictum notarium ſcribebantur præſens interfui ideoque ipſa meo conſueto ſigno ſignavi rogatus.

CCLXIII.

Unio contra violatores immunitatis eccleſ.

Nos Jutta Dei gracia regalis eccleſie in Confungin abbatiſſa atque nos Thidericus & Wernherus Dei gracia in Haſungen & in Breydenowe ordinis ſancti Benedicti ac Luodewicus Dei paciencia in Caple ordinis Premonſtratenſis monaſteriorum abbates una cum noſtris conventibus intelligentes & non ſine gravi cordis amaritudine advertentes diverſarum depredacionum, oppreſſionum ac inmiſerabilium injuriarum inſultus in religioſas perſonas & in clerum actenus multipliciter invaluiſſe & quod dolendum eſt amarius in poſterum deteriora provenire veriſimiliter ſuſpicantur, ex eo quod ſtatuta provincialia edita contra injuriatores, invaſores ac moleſtatores eccleſiarum monaſteriorum religioſorum & clericorum tangencia ſtatum & honorem totius cleri in prepoſitura Fritzlarienſi hucusque difformiter & negligenter ſunt ſervata & adhuc minus plene ſervantur nec debite execucioni prout convenit demandantur, ex quibus honor & ſtatus clericalis vilipenditur, inſurgunt ſcandala quam plurima, oritur & naſcitur frequenter obprobrium, prejudicium tocius cleri ejusdem prepoſiture Fritzlarienſis non modicum & gravamen, nec non eccleſie monaſteria, prelati, canonici atque clerus variis ac diverſis aliis vexacionibus & gravaminibus a nonnullis plerumque ſeu multociens perturbantur & vexantur; ea propter ut levius mutuo cum honorabilibus dominis prelatis decano, ſcolaſtico, cantore totoque capitulo eccleſie Fritzlarienſis recollecti futuris occurrere periculis & transactis jam diſcriminibus congrua remedia commodius adhibere poſſimus, fideliter promittimus ac tenore preſencium publice profitemur, quod ſi quis aut ſi qui de dictis prelatis, canonicis & eciam de clero aut eccleſie vel monaſteria antedicte prepoſiture contra predicta ſtatuta provincialia moleſtantur ſeu alias ex quibuscunque cauſis communiter vel diviſim ſtatum honorem, libertatem & utilitatem tocius cleri tangentibus per quascunque perſonas indebite opprimuntur ſeu contra juſticiam gravantur ſeu eos moleſtari gravari vel opprimi minus juſte contingerit, quod ipſis totis viribus absque omni dolo & fraude aſtabimus & contra moleſtatores, injuriatores & vexatores hujusmodi pro defenſione juris ſui auxilium

preſtabi-

preſtabimus verbo opere ope & conſilio ac expenſis & ſumptibus nos ac noſtros conventus racionabiliter & legitime contingentibus videlicet quarta parte; ita ſane quod & ipſi domini prelati & canonici antedicte eccleſie Fritzlarienſis ſimiliter dabunt quartam partem Prepoſiti quartam partem dabunt, atque totus clerus quartam partem miniſtrabit, & ſi aliquos vel aliquem de predicta eccleſia Fritzlarienſi, prelato, canonico ſive clero ſuper premiſſis moleſtacionibus, oppreſſionibus ſeu gravaminibus vel aliquo premiſſorum aut à quocunque alio gravamine & vexacione illata minus juſte appellare ſeu appellacionem legitimam interponere contingerit, nos Jutta Thidericus Wernherus atque Luodewicus predicti noſtrique conventus ipſis adherebimus modo, forma & tenore ſuperius annotatis nec ab appellacione ſeu adheſione hujusmodi recedemus, donec negocium dicte appellacionis cum principali totaliter diſcuſſum fuerit & finitum; ut autem predicta plenius conſerventur, venerabiles patres ac dominos ex parte noſtri dominum abbatem in Breydenowe atque dominum decanum eccleſie Fritzlarienſis ac dominum Prepoſitum cenobii in Netze de eorum circumſpecta legalitate confidenciam habentes ſpecialem elegimus & preſentibus duximus eligendos, facientes eciam & conſtituentes ſimiliter eos per preſentes noſtros veros & legitimos actores ſeu negociorum geſtores in premiſſis & ad omnia & ſingula concipienda, deducenda & perficienda que circa premiſſa ac quodlibet ipſorum tam emerſum vel adhuc emergendum fuerint neceſſaria vel oportuna & generaliter ad omnia noſtra negocia tractanda, gerenda & facienda, que circa premiſſa vel quodlibet predictorum ſibi utilia videbuntur; ſi vero aliquis dictorum electorum de prelatis, de capitulo Fritzlarienſis eccleſie ſive de clero deceſſerit quod abſit, ſive cauſam racionabilem oſtenderit, quod hos labores ſuſſerre non poſſet, ex tunc alii duo tercium eligant vel aſſumant, ſi fuerit prelatus alium de prelatis aſſumant, ſi de capitulo eccleſie Fritslarienſis alium de capitulo eligant, ſi de clero alium de clero eligant infra ſpacium unius menſis, ſi autem negligentes in eleccione preſata fuerint, ſe penam XX libr. hallen. noverint incurſuros, ut autem predicta per nos in perpetuum firma maneant & illeſa, ſigilla noſtrorum conventuum predictorum videlicet in Conſungin, in Haſungen, in Breydenowe & in Capple preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Domini M°CCC°XXXVIIII°. ſexto kalendas Junii.

CCLXIV.

Alia unio cleri Haſſiae inferioris.

In nomine Domini amen. Et ad perpetuam rei memoriam. In effectum innouationis pie concordie & unionis venerabilium prelatorum

capitulorum conventuum ſingulorumque clericorum & perſonarum eccleſiaſticarum tocius prepoſiture Fritzlar. Magunt. dioceſis pro defenſione libertatum eccleſiaſticorum virorum: Nos Margareta Dei gracia regalis eccleſie ſancte crucis in Koiſſungen abbatiſſa nec non Arnuoldus & Hermannus Dei gracia . . . in Haſungen & in Breydenauwe ordinis ſancti Benedicti. Et Theodericus in Cappel ordinis premonſtratenſis monaſteriorum abbates nec non decani & capitula eccleſiarum in Fritzlar in Roydinberg & in Caſſel in Ymmenchehain in Wiſſinſteyn in Beyrche in Werbe in Anenberge in Merckirshuſin in Blanckenheym, in Heyda, in Nordershuſin in Netze, in Eppinberge ſancte Katherine extra muros Frizlarienſes Sancti Georgii extra muros Hoenburgenſes Prepoſiti Ciſtercienſ. Premonſtratenſ. Auguſtini & ſancti Benedicti ordinum una cum noſtris conventibus collegiis & capittulis non archipresbiteri ſedium Frizlarienſ. in Genſingen in Marcdorff in Urffe in Brache, in Ottera in Bercheym in Schuzeberg & in Diptmelle ſencientes & intelligentes non ſine graui cordis amaritudine percipientes & ſuſtinentes diverſorum predacionum oppreſſionum aggravacionum ac inmiſerabilium injuriarum inſultus per nonnullos malignorum ſpirituum filios raptores depredatores ſacrilegos & preſertim in partibus Haſſie & circumvicinis in eccleſiaſticas & religioſas perſonas & in clerum & in eorum monaſteria eccleſias loca, & bona multipliciter invaluiſſe taliter & in tantum quod in poſterum deteriora pervenire veriſimiliter timentur per maxime ex eo quod ſtatuta ſanctorum patrum ac ſacrorum canonum nec non eciam provincialia edita contra injuriatores invaſores depredatores exactionatores ſacrilegos ac moleſtatores eccleſiaſticarum perſonarum eccleſiarum monaſteriorum conuentuum religioſorum ac clericorum tangencia libertatem ſtatum privilegium & honorem tocius cleri in preſata prepoſitura Fritzlarienſi cum Deo minime timentur & tenentur & huc usque . . . . progdulor difformiter & neglienter ſunt obſervata & adhuc minus debite & plene obſervantur nec execucioni debite prout ſint & eſt faciendum demandantur ex quibus libertas privilegium honor & ſtatus clericalis vilipenditur diuinus cultus diminuitur inſurgunt ſcandala quam plurima oritur & naſcitur frequenter obprobrium & preiudicium tocius cleri ejusdem prepoſiture Fritzlarienſis non modum & grauamen nec non monaſteria eccleſie prelati abbates Prepoſiti moniales caconini atque clerus & clerici vanis ac diverſis aliis vexacionibus exactionibus aggravaminibus oppreſſionibus & nonnullis plerumque ſeu multociens perturbantur & aggrauantur taliter & in tantum quod oportet aliquos extra partes in remotis ire mendicatum. Eaque propter ut concordia pia & vnio plena dudum concepta & facta firmius permaneat cum juris defenſione legittima. Cum venerabilibus dominis prelatis decano ſcholaſtico cantore totoque capitulo eccleſie Fritzlarienſis in Caſſel & in Roydenberg recollecta

cta futuris occurrere dampnis malis & periculis & transactis jam discriminibus oppressionibus & aggravaminibus congrua remedia commodius & fructuosius adhibere possimus in perpetuum & inviolabiliter tenore presentium & per presentes sollempniter publice ac fideliter profitemur. Et eciam promittimus bona fide data, quodammodo unanimes & uniti erimus tum jam dictis dominis prelatis & capitulis ut si quis aut si qui vel si que de dictis prelatis canonicis aut etiam de clero aut ecclesiis monasteriis locis vel bonis eorundem antedicte prepositure contra præfata statuta sanctorum patrum vel provincialia molestantur seu alias ex quibuscumque causis a quibuscumque molestatione contingitur in futurum per directum vel indirectum publice vel occulte conjunctim vel divisim libertatem statum & honorem clericorum vel cleri ac ecclesiarum & monasteriorum tangentibus quomodocunque vel qualitercunque istud contra justiciam & racionem evenerit minus juste quod ipsis dominis prelatis canonicis & capitulis ac clericis conjunctim & divisim cum omnibus rebus & bonis nostris ac personis nec non cum omnibus viribus & potestate in agendo & defendendo astabimus eisdem unanimiter & concorditer fideliter & concordialissime omni dolo & fraude in perpetuum postergato nec non contra hujusmodi molestatores injuriatores exactionatores depredatores & vexatores in persecutione & defensione juris ipsorum auxilium consilium prestabimus verbo opere, ope, sumptibus etiam nostris & expensis nec non nos & nostros conventus monasteria ac ecclesias & bona nostra presentia & futura mobilia & immobilia obligamus & obligata esse volumus pro eisdem in expensis & sumptibus pro nostra peticione infra descripta videlicet quod prelati soluent prout soluere debent pro hujusmodi expensis & sumptibus faciendis quartam partem capittula quartam partem prepositi quartam partem ac totus clerus quartam partem ministrabunt quando requisiti fuerint sine omni dilacione infra quindenam sub pena viginti florenorum & si ipsos aliquos vel aliquem super premissis molestacionibus oppressionibus exactionacionibus seu gravaminibus quibuscunque aut a quocunque vel aliquo alio grauamine illato minus juste appellare vel appellari contigerit seu appellationem interponi nos supranominati abbates prelati Prepositi atque conuentus illis vel istis unanimiter & concorditer adherebimus & astabimus firmiter omni contradictione positposita nec ab appellatione seu adhesione hujusmodi recedemus donec negocium nostrum principale cum appellatione hujusmodi fuerit totaliter discussum finitum & summaliter terminatum omni etiam fraude & dolo amotis, ut autem predicte concordia & vnio inviolabiliter plenius conserventur nos supra nominati abbates abbatissæ Prepositi capitula conventus & monasteria presentem litteram unionis fecimus cum nostris sigillis prelatorum conventuum & monasteriorum pendentibus cum appensione sigillorum omnium archi-

presby-

presbiterorum pro toto clero prepoſiture Fritzlarienſis communiri quatuor eligentes procuratores actores, factores & negotiorum geſtores omni meliori modo jure cauſa & forma quibus melius & efficacius fieri poteſt & debet in modum infraſcripti abbates & prelati elegerunt dominum Theodericum abbatem in Cappel capitulum eccleſie Fritzlarienſis dominum Giſonem ſcholaſticum eccleſie Fritzlarienſis domini Prepoſiti dominum Gerlacum Prepoſitum in Heyda capitula eccleſiarum in Boydenberg & in Caſſel, dominum Lodewicum decanum eccleſie Roydenbergenſis totusque clerus dominum Joannem plebanum in Milſungen & dominum Tylemannum plebanum in Ottera de ipſorum circumſpectionibus legalitatibus confidentes ad omnia & ſingula agenda facienda dictanda & ordinanda que circa premiſſa & quelibet premiſſorum cum omnibus ſuis emergentibus incidentibus dependentibus & connexis fuerint neceſſaria vel oportuna. Eciamſi mandatum exigeret vel exigerent ſpeciale promittentes ratum & gratum perpetuo habituros quidquid per dictos procuratores actum factum geſtum vel ordinatum fuerit ſub hypotheca & obligacione omnium bonorum noſtrorum preſentium & futurorum ut contra premiſſa in toto vel in parte nunquam contravenire in quo predicta & preſens innouacio unionis concordie & procuratorum conſtitutione poſſit cedi renovari vel infringi volentes etiam quodſi aliquem de dictis procuratoribus cedere vel decedere contigerit, alii ſuperſtites novum poterunt & debebunt eligere & recipere procuratorem in locum cedentis vel decedentis ſic ſi fuerit prelatus prelatum ſi de capitulo alium de capitulo ſi de Prepoſitis alium Prepoſitum & ſic de clero alium de clero eligant infra menſem ſub pena viginti florenorum auri quos conuerti volumus in utilitatem preſentis innovacionis unionis, volumus eciam quod qui quis vel que premiſſa non obſeruaverint & adimpleverint tenendo promittendo ſigillando & contribuendo quod pro non unitis & unito habeantur & habeatur nec commodo utilitate & honore hujusmodi perfruatur ſcilicet pro excluſo teneatur. Acta & facta eſt innouacio unionis in eccleſia Fritzlarienſi anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto.

CCLXV.

Concordia inter capitulum Fritzlar. & civitatem.

Wir Conrad von Falkinberg ritter und Johan von Hanſteyn Wapener radlude und ſunelude gekorn von Han Dithmare von Hanſteyn canoniken zn Fritzlar von ſyner und ſynes ſtifftes wegen czu Fritzlar uff eyne ſyden und wir Herman von Ryene und Otte von Wildungen ritter radlude und ſunelude gekorn von den burgermeiſtern rade und ſchef-

fen

fen der ſtad zu Fritzlar von irer und irer gemeynen burger wegin uff dy andern ſyden umme kryge zweytracht und oufflouff dy zuchin en bishere ſin geweſit und irhaben ſprechin eintrechtliche vor eyn recht uff unſen eyd, ſyntdenmale daz wir geſehin und gehort han von worte zu worte der ſtad zu Fritzlar uffenen brieb den dy ſcholtheyſſe rad und ſcheffen und die gemeynen burger zu Fritzlar deme dechene, capittele canoniken und paſſen des ſtifftes zu Fritzlar und irme geſinde und dyneren gegeben han mit irer ſtad waren ingeſigele und mit waren ingeſigeln der erbarn lude hern Symonis des thumes und hern Walthers zu St. Stephane Dechene zu Mentze und der richter des heylgen ſtules zu Mentze beſigelt in diſe wort als hy nach ſteit beſchrieben: Allin den dy diſe keynwortigen briebe anſehen enpyden wir ſchultheiſſe radlude ſcheffen und dy gemeynen burger zu Fritzlar heyl in Gode, und wers das keyn vyenſchafft menſche zweytracht machende were under den erſamen luden dem techin und capittil der kirchen zu Fritzlar uff eyne ſyden und uns uff dy andern ſyden als itzunt lange zit von manchirley artikeln zweytracht iſt ufgegangen doch mit der hulffe der Godlichen gnade, ſo ſint wir genczliche andenkende mit demſelben dem techene und capittele czu eyntrechtigkeit zu kommende und zu eyme ewigen frede daz da iſt ein bant der libe und globen in guden truwen frede und eyntrechtikeit dem techen und capittele vorgnant und geben denſelbin und allin irme geſinde und iren guden alſo wol in der befeſtenunge oder fryheit irer huſe oder hobe irer kirchen als anders allin enden in der ſtad zu Fritzlar oder uzwendig in unſerm gebyde fryheit ſicherheit und vollenkommen frede alſo daz nymant ſye ire geſinde und ire gude in der ſtad Fritzlar oder in irme gebyde getan anefertigen, beſweren, oder in keynem dinge betrüben und von den dy ſy beſwerende, anefertigende oder betrübende ſolden wir tun dem techen und capittele und irme geſinde und iren dienern als anders unſern midde burgern vollkommen recht, vortmer enſollen wir keynen iren fyant oder dy widder ſe iſt und dy kirchen Fritzlar mit uns oder zu nemen in der ſtad Fritzlar oder uzwendig und en ſollin iren fyanden und dy widder ſe ſint nicht geben rad (hulffe) oder gunſt widder den techen und capittel oder ire geſinde und dyner ſunder wir ſollen alle czid bereyde ſyn nach unſer macht czu beſchermunge widder alle dy dy widder ſe ſin und die fiande ſint der kirchen czu Fritzlar, vortme den czenden von dem weyde alſo dike als die weſſit oder geſtoſſin wirt, den ſollin wir wirdeklich geben ane alle widderrede deme techen und dem capittel der kirchen zu Fritzlar und unſerm herren dem Ertzebiſchoffe zu Mentz und enſollen darubir en und yren dyneren klage betrübniſſe oder keinerley hinderniſſe vortme tun und wer is daz etzwilche den czenden von dem weyde vor cziden dy vor gangen ſint nicht gegeben hetten oder in czukünfftiger czid

nicht engeben dy ſolden czu der bezalunge des czenden mit geiſtlichem banne oder rechte getwungen werden und wy den czenden nicht engeben und vorſmehende den ban oder geiſtlich recht und blibben yn irer hertikeit dy ſolden wir mit wertlich macht oder rechte zu der beczalunge zu tun de twingen alſe recht wer, wann wir darzu geheiſchet oder gemanet worden, ouch von den velden, dy dar heiſſin wertgraz und wert und von den andern globen wir zu gebende unſern czenden dem techen und capittele der kirchen Fritzlar als wir plichtig ſint, vortme keynerley collect, czins, geſchoſs oder pene ſollen wir nicht zulegen den guden oder luden dy der kirchen Fritzlar czugehoren oder wo dy gelegen ſint und iſt da widder icht getan daz globen wir widder zu heiſchende oder zu tunde und wollen die gute oder dy lude ſich frouwen laſſen vollnkomener fryheit, vortmer globen wo wers daz etzwilche von unſsern burgern funden ſin oder funden worden dy den techen und cacapittil vorgnant oder anders ymanden von en und iren dynern und unſsers hern des Ertzebiſchoffes zu Mentze an perſonen oder an iren guden letzeden oder in keynen dingen beſwereden dy ſolden wir twingen by der vorluſt liebes und gudes daz ſy gnug tun und gnugliche beſſerunge tun ſolden zu ere unſsers herren Ertzebiſchoffes zu Mencze und nach gnade und willen des techins und des capitels vorgnant, vortme ob etzwilchir von den canoniken, vicarien und clercken von Fritzlar oder von irme geſinde oder iren dynern etzlichen von unſſern burgern oder eynen uzman dy zu Fritzlar ynqueme, letzede oder an ichte betrubede darumme daruff das ander canoniken oder kleriken oder ire geſinde dy unſchuldig weren oder yre dyner umme des oder der willen dy dy geſchicht getan hetten nicht gepyniget worden, ſo entſolde men darubir dy glocken nicht luden widder dy canoniken oder dy cleriken oder ire geſinde oder dyner alſe gewontlich iſt geweſt, alleyne daz daz unrecht ſy ſunder der dy da geleczin oder beſchediget iſt der ſal ſyne klage hynlegen oder abetun widder den yenen dy en geletzit oder beſweret had und ſal ſyn recht vordern oder virfolgen widder en vor deme richter by namen dem techen oder dem prabiſte zu Fritzlar oder vor unſſerm herren dem Ertzebiſchoffe zu Mentze, dit ſelbe ſprechen wir ouch von unſſern burgern oder andern dy zu Fritzlar ynkomen wers daz ſy eynen canoniken oder cleriken ire geſinde oder dyner letzeden daz ſolde men ouch alſo halden. Vortme dy halle, dy uff deme kirchobe von nuwens gebuwet ſin, dy globen wir von ſtunt abe zu tunde, ouch wollin wir, daz unſer geſetze widder den techen und capittel vicarien und cleriken der kirchen zu Fritzlar in keyne wis ſollen uzgereket werden oder gebreydet, vortme wollin wir und globin zu haldene daz der techen und capittil vorgnant oder dy canoniken und ander cleriken oder phaffen uz Fritzlar gemeynliche oder beſunder mogen furen oder

furen laſſin fruchte win und anders ire gude und mogen dy den vorgenanten burgern zu Fritzlar oder uz luden wem ſy wollen ledekliche nach irem willen verkoffin, en weg bringen und ſchicken dar mid de wy ſy dunket daz yn daz allir ebens kompt und globen ouch alle vorgnant dinge zu haldene by deme eyde den wir lipliche daruff getan han, und diſſer dinge zu eyme ewigen gedechtniſſe ſo han wir diſſen brieb mit der erſamen lude hern Symonis des thumes und hern Walthers zu ſente Stephane dechene zu Mentze und der richter des heilgen ſtules zu Mentze und unſer ſtad ingeſigel laſſin veſtin. Actum & datum anno Dni M°CC° LXX°. Und ſintdemalen daz wir diſen egeſchriben brieb gehort und geſehen han, ſprechen wir eyntrechtliche alſe vore ſteit daz die ſcoltheiſſe, rad, ſcheffen und dy gemeyne burger zu Fritzlar gemeynliche und ir ygklich byſundern deme dechene capittele canoniken und phaffen des ſtifftes zu Fritzlar und ume geſinde und dynern gemeynliche und ume igklicheme beſundern und darwider dy techin capittil canoniken und phaffen des ſtifftis zu Fritzlar und ir geſinde und dyner gemeynlich und ir ygklich byſundern deme ſcholtheiſſin, rade, ſcheffen und borgirn zu Fritzlar denſelbin vorgeſchrebenen brieb czu rechte halden ſollin nach allen artikeln und wortin alſe dy brieb ſprichet und heldet alſo verre, als ir iglich dem andern nach deme vorgeſchrebenen briebe virbunden iſt, und ſollin ouch zu rechte der rad zu Fritzlar iren borgern gemeinlichen armen und richen und dy dechen zu Fritzlar den canoniken und phaffen zu Fritzlar und irin geſinde und dynern von ſtad ane diſen vorgeſchriben brieb virkunden und duden uff daz daz yderman wiſſe und he ſich bewaren ſolle, ouch ſpreche wir vor eyn recht eyntrechtliche daz der techen und capittil zu Fritzlar deme rade und borgirn darſelbins des vorgeſchriben briebes zu rechte ſollin uzſchrifft geben und ires capittils ingeſigele beſigelt, uff daz, daz ſy ſich bewaren mugen, wir ſprechen ouch vor eyn recht uff unſen eyd eyntrechtliche, iſt is daz keyn borger zu Fritzlar oder uzman an keune canoniken oder phaffen des ſtifftes zu Frizlar oder yrme geſinde oder dyner bisher virbrochen had oder hirnach virbrichet in keynerhande wiſe, oder iſt es daz keyn canonik oder phaffe des ſtifftes zu Fritzlar oder ir geſinde oder dyner an keyme burger zu Fritzlar oder uzman virbrochen had bisher oder hiernach virbrichet, alſe diſſer vorgeſchrieben brieb beſaget an keynem ſtucke ume dyſelbin bruche dy geſchehin ſyn oder noch geſchehin mugen ſal ir iklich dem andern tun und ouch von dem andern nemen nach allirwiſe und worten als dy vorgnant brieb ſprichet und heldet vor den dy in dem briebe darubir ſin gekorn, ouch alſe verre, als ir ycklich deme andern nach demeſelbin briebe virbunden iſt, ouch ſprechin wir vor eyn recht uff unſen eyd eyntrechtliche, daz alle rede dy vor unſerm

erwirdigen in Gode vatir und herren hern Henriche Ertzebiſchoffe zu Mentze nach diſem vorgeſchriben briebe geſchehin ſyn und waren und ouch briebe dy derſelbe unſer herre der Ertzebiſchoff vorgnant uff beyden ſyden beyde deme rade und burgirn zu Fritzlar und ouch deme dechene und deme capittele des ſtifftes darſelbens gegebin had keyne macht vortmer haben ſollin ſunder diſe vorgeſchriben brieb der ſtad zu Fritzlar den dy rad und borgere gegebin han ſal in allir ſiner macht bliben und gehalden werden unvirbrochliche ouch nach der beſagunge der ſune zuſchin hern Ditmare von Hanſtein canonicken vorgenant und deme rade und den borgern zu Fritzlar alſe wir gehort han von der meyſten partye, ſprechen wir vor eyn recht uff unſen eyd eyntrechtliche, wanne und wu ſchire, alle diſe vorgeſchriben artikele unſer ſune dy wir geſprochen han, alſe vore ſteet, vollenbracht und volracht werden in der wiſe als wir dy geſprochen und gewiſet han, daz dan zu rechte alle die borgen dy dy vorgnante rad, ſcheffen und borger zu Fritzlar hern Ditmare von Hanſteyn und ſinen frunden von ſiner wegin und dy borgen dy der egenante her Ditmar von Hanſteyn deme rade ſcheffen und borgern zu Fritzlar darwidder vor dy ſune dy ſy mid eyn han geſatzt han ſollin ſin ledig und lois, in eyn ewig orkunde geczugniſſe und veſtenunge unſer vorgeſchriben rechte und wiſunge dy wir eyntrechtliche uff unſen eyd alſe vore ſteit geſprochen und gewiſet han, han wir vorgenant radlude und ſune lude diſe recht gegebin diſen vorgeſchriben beyden partyen mit unſern ingeſigeln veſtliche beſigelt, diſe recht ſint geſprochin und beſchriben da man czalte nach Gods gebort dritzenhundirt jar in dem acht und virczigeſten jare an deme neiſten dinſtage nach dem achten dage der hochczid dy da heiſſit zu latine epiphania Domini, by diſen vorgeſchriben rechten da ſy geſprochen worden alſe vore ſteit ſint geweſin zu geczuge dy ſtrengen und erbern lude Henrich von Hanſteyn amptman zu Fritzlar Johann von Falkinberg genant Gruſſing Reynhart geheiſſin Roſt, Reynhart geheiſſin Kodel Johan von deme Rodde weppener, her Conrad genant Loſe eyn priſter und Henrich von Gudensberg pherner zu Tweſtin und anders vil byderber lude.

CCLXVI.

Commiſſorium pro praepoſituris Fritzlar. & Geiſm.

Adolphus Dei gracia ſanctæ Moguntinæ ſedis &c. Honorabili Wernero de Geismaria canonico eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis devoto & fideli noſtro in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Cum propter multiplicia nobis & eccleſiæ noſtræ incumbentia onera ſubditorum noſtrorum curis & aliis infra ſcriptis per nos commode attendere

tendere nequeamus, de tua circumſpectione fiduciam gerentes ſpecialem te per præpoſituras eccleſiarum ſanctorum Petri Fritzlarienſis & Martini Geismarienſis præſentium tenore facimus & conſtituimus commiſſarium noſtrum generalem dantes & concedentes tibi plenam auctoritatem exceſſus, defectus, & crimina ſubditorum noſtrorum clericorum & laicorum quorumcunque exemptorum & non exemptorum per dictarum prepoſiturarum terminos conſtitutorum, cujuscunque ſtatus ſeu ordinis exiſtant, corrigendi & emendandi, ac de exceſſibus, defectibus, & criminibus ſecundum juris formam inquirendi, delinquentes & culpabiles pro modo delictorum puniendi, capiendi, carcerandi, & detinendi, ſtatuta provincialia contra quoscunque ipſorum transgreſſores exequendi, declarandi, & ſervari faciendi, ſententias, cenſuras & pœnas per ipſam fulminatas aggravandi & reaggravandi, ipſasque tollendi & relaxandi, beneficiatos quoscunque, ut in ſuis beneficiis reſideant, & eis debite deſerviant, compellendi & coercendi, teſtamenta ſeu ultimas voluntates clericorum & laicorum decedentium examinandi, & rationem de eis a teſtamentariis ſeu manuſidelibus quibuscunque petendi & exigendi, ac ea, quorum executio ad nos devoluta eſt, aut in futurum devolvetur, debite exequendi, præpoſitos monialium non confirmatos, ut infra terminum per te eis aſſignandum confirmationem a nobis obtineant, compellendi, beneficiatos, qui plura ſe non compatientia ſine diſpenſatione canonica detinuerint, aut detinent beneficia, ad reſtitutionem fructuum de hujusmodi beneficiis perceptorum, ac eorundem beneficiorum realem dimiſſionem coercendi, decimas, fructus, reditus, proventus, jura, res, bona & debita ad celerariam noſtram in Fritzlaria ad nos ſpectantes pertinentes fructus, quorum biennales de beneficiis quibuslibet nobis debitis ſeu debendis, nec non fructus, reditus & proventus de capellis, altaribus, ſeu oratoriis quibuscunque non confirmatis petendi, exigendi & colligendi, & levandi, de levatis quitandi & abſolvendi, ac de & ſuper præmiſſis contra perſonas quascunque etiam ex tuo officio ſummarie, ſimpliciter, & de plano procedendi, contradictores quoscunque & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendi, invocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, teſtes vero, qui in exequendo præmiſſorum fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, amore, timore vel favore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas, veritati teſtimonium perhibere, dantes tibi in his ſcriptis plenam poteſtatem & aucthoritatem, unum vel plures procuratorem aut procuratores in præmiſſis conſtituendi, & in hujusmodi officium procuratorem aſſumat vel aſſumant compellandi, qui coram te ex noſtro officio cauſas præmiſſas procuret & agitet, procurent & agitent, prout tibi videbitur & in hujusmodi cauſis expedire, aliaque omnia & ſingula faciendi & exercendi, quæ in præmiſſis & circa ipſam materiam fuerint

aut quomodolibet opportuna & ipſorum merita poſtulant ſeu requirant, etiam ſi mandatum exigas ſpeciale, harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum præſentibus appenſum eſt, teſtimonio litterarum datarum in civitate noſtra Moguntina die ſexta menſis Aprilis anno Domini &c. LX tertio.

CCLXVII.

Aliud commiſſorium.

Theodericus &c. honorabili Joanni Krechain canonico eccleſiæ ſancti Petri Fritzlarienſis devoto & fideli noſtro in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Cum propter multiplicia nobis & eccleſiæ noſtræ incumbentia onera ſubditorum noſtrorum curis & aliis infra ſcriptis, per nos commode attendere nequeamus, de tua circumſpectione fiduciam gerentes ſpecialem, te per præpoſituras eccleſiarum ſanctorum Petri Fritzlarienſis, & Martini Geismarienſis præſentium tenore facimus & conſtituimus commiſſarium noſtrum generalem dantes & concedentes tibi plenam auctoritatem exceſſus, defectus, & crimina ſubditorum noſtrorum clericorum & laicorum quorumcunque exemptorum, & non exemptorum per dictarum præpoſiturarum terminos conſtitutos cujuscunque ſtatus ſeu ordinis exiſtant, corrigendi & emendandi, ac de exceſſibus, defectibus & criminibus ſecundum juris formam inquirendi, delinquentes & culpabiles pro modo delictorum puniendi, capiendi, carcerandi, ac detinendi, ſtatuta provincialia contra quoscunque ipſorum transgreſſores exequendi, declarandi, & ſervari faciendi, ſententias, cenſuras & pœnas per ipſum fulminatas aggravandi, & reaggravandi, ipſasque tollendi & relaxandi, beneficiatos quoscunque, ut in ſuis beneficiis reſideant, & eis debite deſerviant, compellendi & coercendi, teſtamenta ſeu ultimas voluntates clericorum & laicorum decedentium examinandi, & rationem de eis a teſtamentariis ſeu manufidelibus quibuscunque petendi & exigendi, ac ea, quorum executio ad nos devoluta eſt, aut in futurum devolvetur, debite exequendi, præpoſitos monialium non corfirmatos, ut infra terminum per te eis aſſignandum confirmationem a nobis obtineant, compellendi, beneficiatos, qui plura ſe non compatientia ſine diſpenſatione canonica detinuerint beneficia, ad reſtitutionem fructuum de hujusmodi beneficiis perceptorum, ac eorundem beneficiorum realem dimiſſionem coercendi, decimas, fructus, reditus, proventus, jura, res, bona, & debita ad cellerariam noſtram in Fritzlaria & nos ſpectantes & ſpectantia, fructus, quorum biennales de beneficiis quibuscunque nobis debitis, ſeu debendis, nec non fructus, reditus & proventus

ventus de capellis, altaribus ſeu oratoriis quibuscunque non confirmatis petendi, exigendi, colligendi & levandi, de levatis quitandi & abſolvendi, ac de & ſuper præmiſſis, contra perſonas quascunque etiam ex tuo officio ſummarie, ſimpliciter, & de plano procedendi, contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendi, invocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcuralis, teſtes vero, qui in executione præmiſſorum nominati fuerint, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas veritati teſtimonium perhibere, dantes tibi in his ſcriptis plenam poteſtatem & authoritatem unum vel plures procuratorem aut procuratores in præmiſſis conſtituendi, & ut hujusmodi officium procurationis aſſumat vel aſſumant compellendi, qui coram te, ex noſtro officio, cauſas præmiſſas, procuret & agitet, procurent & agitent, prout tibi videbitur & in hujusmodi cauſis expedire, aliaque omnia & ſingula faciendi & exercendi, quæ in præmiſſis & circa ipſa neceſſaria fuerint aut quomodolibet opportuna, & ipſorum merita poſtulant, ſeu requirant, etiam ſi mandatum exigunt ſpeciale, in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Aſchaffenburg die penultima menſis Julii anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto.

CAPUT PRIMUM

DE PRAEPOSITURA FRIDESLARIENSI.

Regiſtrum ſubſidii charitativi clero Haſſiae inferioris ſaeculo XVIto impoſiti.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto die ſexta menſis Julii Rmus in Chriſto Pater & Dnus D. Jacobus Archiepiſcopus Maguntinus &c. Princeps Elector in prima ſui inthroniſatione impoſuit clero diœceſis Maguntinenſis duo majora ſubſidia & ſex procurationes, quorum ſubſidiorum collectores ſubdeputati per Fritzlarienſem & Geismarienſem prepoſituras fuerunt dominus Raw de Papenheym decanus & commiſſarius Rmi & Hermannus Granwechter cantor eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis & levaverunt juxta continentiam hujus regiſtri.

§. I.

§. I.

In ſede Fritzlarienſi de eccleſia Fritzlarienſi.

Dnus Prepoſitus de prepoſitura dedit nihil. — Dnus decanus de decanatu quia collector, dedit nihil. — Dnus ſcolaſticus de ſcolaſtria dedit 1 fl. — Dnus cantor de cantoria quia collector dedit nihil. — Capitulum eccleſie Fritzlarienſis dedit CLXXXVI. fl.

De altaribus in eadem eccleſia ſancti Petri.

Summum altare dedit XLV. alb. — Altare ſancti Martini dedit VI. alb. — Sancte Eliſabeth dedit IIII. alb. pro ſecunda perſona ejusdem altaris IIII. alb. — Altare ſancte Trinitatis X. alb. — Sancti Petri in gradibus X. alb. — Sancti Johannis Baptiſte & Petri XX. alb. — Idem altare pro ſecunda perſona eſt incorporatum dominis de capitulo pro officio ſuccentoris, dedit nil. — Altare beate virginis in Ambone dedit XV. alb. — Idem altare pro ſecunda perſona dedit X. alb. — Sancti Andree dedit XIIII. alb. — Beate virginis prope baptisma XII. alb. — Marie Magdalene XX. alb. — Sancte Barbare X. alb. — Sancti Pauli IX. alb. — Beate virginis ante ambitum XVI. alb. — Sancti Mathei in capella XX. alb. — Altare ſancte Dorothee in capella Falckenberg. notarius collectionis dedit nichil. — Idem altare pro ſecunda perſona XVII. alb. — Altare beate virginis & ſancti Petri in eadem capella V. alb. — Altare ſancti Joannis baptiſte in cripta ſub choro VIII. alb. — Idem altare pro ſecunda perſona dedit XV. alb. — Altare ſancte crucis VIII. alb. VI. pf. — Altare ſancti Nicolai & Viti in alia cripta ſub choro ſancti Martini VI. alb. — De eodem altari pro ſecunda perſona XI. alb. — Altare S. Liborii

borii XXXII. alb. — Altare b. virginis in capella in cimiterio X. alb. — De eodem pro ſecunda perſona XX. alb. — Sancte Lucie in Offorio VIII. alb. — Sancti Jodoci X. alb. — Omnium SS. in ambitu X. alb. — Idem altare pro ſecunda perſona XIV. alb. — Altare SS. Philippi & Jacobi in capella prope prepoſituram Dnus Ewaldus capellanus domini commiſſarii dedit nichil. — Pro ſecunda perſona ejusdem altaris XX. alb. — Altare ſancti Bonifacii ſub monte ſancte Eliſabeth XXX. alb.

CCLXVIII.

Capitulum Heiligenſtad. emit IV manſos in Dorlon.

In nomine Domini amen. Ut illa que rite ac legittime fuerunt facta robur obtineant debite firmitatis, expedit ut ipſa ſcripture teſtimonio & ſubſcriptione teſtium perhennentur, inde eſt quod ego Johannes miles dictus de Wehen notum eſſe cupio univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus intuentibus preſens ſcriptum & proteſtor fideliter & publice litteras per preſentes, quod vendidi liberaliter bona mea ſita in Dorlon videlicet quatuor manſos qui appellati Sunderenhobe cum omnibus hiis pertinentiis tam in villa quam in campis ſcilicet allodio, edificiis, ortis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis ſive cum aliis juribus & uſibus quibuscunque pro vera proprietate honorandis viris dominis decano ſcolaſtico cantori totique capitulo eccleſie Heyligenſtadenſis libera & ſoluta penitus ab omni jugo ſive onere advocatie vel dominii petonis, collecte exactionis ſive mulcte ſeu vexationis alterius cujuscunque que in bona que non ſunt libera fieri ſolent, ita quod etiam de eisdem bonis non ſiet aliqua ſequela que volga vulgariter nuncupatur ipſis dominis & eccleſie Heiligenſtadenſi titulo proprietatis libere quiete & pacifice in perpetuum poſſidenda, accedente libero ac voluntario conſenſu mee matris Gertrudis, ſororis mee Gyſſelen ac fratris mei Tyderici & aliorum omnium quorum conſenſus ſuper venditione bonorum hujusmodi extitit requirendus & renunciantibus ſimiliter meis coheredibus liberaliter juri proprietati ac utilitati que habuerant vel habere poterant aut ipſis competere poſſet modo quocunque in bonis jam ſepius memoratis. Preterea ego Johannes miles predictus promiſi & recognoſcens per preſentes litteras proteſtor publice me promiſiſſe per mee fidei dationem magiſtro Rudulfo ſcolaſtico & domino Theodorico cantori canonicis eccleſie ſepedicte nomine ejusdem eccleſie quod mei

heredes ſive coheredes minores annis cum ad etatem legitimam pervenerint predictam meam venditionem & meam & meorum heredum ſive coheredum renunciacionem ratam habebunt & irreſragabiliter obſervabunt & quod ego faciam ſi impetentur predicta bona ſuper aliquo vel ab aliquo veram & legittimam warandiam dominis & eccleſie memorate. Teſtes hujus rei ſunt autem, honorandi viri domini Reinboldus decanus Conradus Mayer cuſtos Hermannus Elgerus Ludovicus de Orphe Wehrnerus de Ruſteberg Wehrnerus de Richenbach Dytmarus de Borcken Germanus de Beſſe canonici eccleſie Fritzlarienſis Bernhardus & Volpertus de Cenere vicarii ejusdem eccleſie. Laici vero Theodoricus de Elbene Widekindus dictus Wackermule & Conradus de Uslaych milites & quam plures alii fide digni ſecundum predictorum omnium evidentiam pleniorem & ut predicta omnia a meis heredibus inviolabiliter obſerventur procuravi & ordinavi hanc litteram ſigillo eccleſie Fridslarienſis oppidi Godensberg ſigillari. Datum anno Domini M° CC° LXXXIX° decimo kalendas Martii.

CCLXIX.

Praedicti manſi venduntur ſcolaſtico Frideslarienſi.

In nomine Domini amen. Nos decanus ſcolaſticus cantor totumque capitulum Heylgenſtadenſis eccleſie publice recognoſcimus, quod cum nos bona eccleſie noſtre predicte ad altare beate virginis Marie & ſancti Chriſtofori ejusdem eccleſie noſtre ſpectantia videlicet quatuor manſos in villa Torlon & campis ipſius ſitos dicto Sunderhuben per nos quondam a Johanne de Wehen milite emptos propter nimiam ipſorum a noſtra eccleſia diſtantiam conſulere nec ipſis in culturis ac aliis ſuis neceſſitatibus utiliter providere, propter quod rectori dicti altaris raro ymo nunquam debita ſibi ſtipendia provenerunt & id quod ſibi provenit ſine magnis ſumptibus laboribus & fatigationibus ſibi non poterat miniſtrari. Nos ergo utilitatem eccleſie noſtre pretendentes maturo conſilio & deliberatione provida apud nos habitis predicta bona in loca noſtre eccleſie & altari predicto magis utiliora & aptiora volentes commutare de conſenſu unanimi & voluntate concordi noſtrorum omnium ac Conradi de Butleſtete ſacerdotis rectoris dicti altaris & aliorum omnium quorum conſenſus ſuper hoc fuerat requirendus predictos quatuor manſos cum omnibus ſuis pertinentiis, juribus, conſuetudinibus, uſibus, libertatibus prout beate memorie quondam Johannes de Wehen miles predictus de conſenſu omnium coheredum ſuorum nobis vendidit & eccleſie noſtre memorate vendidimus honorabili domino Luppoldo Prepoſito Nortunenſi Frideslarienſis eccleſie ſcolaſtico juſto proprietatis

tatis titulo libere quiete & pacifice prout nos poſſedimus in perpetuum poſſidenda pro triginta & octo marcis puri argenti nobis traditis & ſolutis renuntiantes preſentibus exceptionibus doli mali, beneficio reſtitutionis in integrum ac generaliter & ſpecialiter cuilibet exceptioni, defenſioni & auxilio juris atque facti que contra premiſſam venditionem noſtram nobis poſſet quomodolibet ſuffragari. Teſtes ſunt hujus rei honorabiles viri cuſtos Ingoldus B. de Bothrode vicarii eccleſie noſtre, Conradus Gerbordus ſancti Egidii & ſancte Marie in Heyligenſtat plebani Conradus de Oeckersbach G. de Aldendorph ſacerdotes & alii quam plures. In predictorum omnium evidentiam procuravimus & ordinavimus hanc litteram ſigillo eccleſie noſtre Heyligenſtadienſis & ſigillo Conradi rectoris predicti altaris firmius communiri. Et ego Conradus jam dictus recognoſco publice preſentibus meum ſigillum proprium in ſignum mei conſenſus pleni de quo predicitur, me preſentibus appendiſſe. Datum anno incarnationis Domini M° CCC° XI° in Heylgenſtat in vigilia beati Martini epiſcopi & confeſſoris.

CCLXX.

Pertinent ad poſſeſſorem ſummi altaris eccleſiae Frideslar.

Noverint univerſi preſentium inſpectores, quod ego Conradus de Wehene armiger filius quondam ſtrenui militis Johannis de Wehene preſentibus litteris publice recognoſco, quod in bonis ſive in quatuor manſis qui dicuntur Sundernhube ſitis in villa & campi terminis ville Torlon nihil unquam habui juris tam ex feudo quam ex proprietate, ſed ſi quid juris ſeu actionis quovis modo habere potuiſſem ſeu poſſem in eisdem, bonis ex quacunque cauſa illis renunciavi & renuncio preſentibus ſimpliciter & expreſſe omni dolo & fraude excluſis penitus & in toto promittens fide preſtita manuali in manus honorabilis viri domini Johannis de Elbene rectoris parrochialis eccleſie in Gudensberg mei conſanguinei dilecti quod Conradum dictum Budenbant presbiterum rectorem ſummi altaris in eccleſia Fridislarienſi, ad quod quidem altare dicta bona ſive quatuor manſi predicti pleno jure pertinuerunt & pertinent titulo proprietatis libere & ſolute ſeu quemlibet alium ſucceſſorem ſuum ſive rectorem ejusdem altaris qui pro tempore fuerit nunquam debeo neque volo verbo vel opere publice vel occulte aliqua arte ſeu ingenio impedire moleſtare ſeu aliqualiter impetere in bonis prelibatis. In premiſſorum omnium evidens teſtimonium & perpetui roboris firmitatem ſigillis honorabilium & ſtrenuorum virorum dominorum Johannis rectoris parrochialis eccleſie in Gudensberg Theodorici militis & Hermanni famuli dictorum de Elbene procuravi

preſentem litteram ſigillari. Et nos Johannes rector parrochialis eccleſie in Gudensberg Theodoricus miles & Hermannus famulus in evidens teſtimonium premiſſorum ad preces Conradi de Wehen noſtri conſanguinei ſigilla noſtra appoſuimus huic ſcripto. Datum anno Domini M° CCC° XXXIIII°, ipſo die Egidii confeſſoris.

CCLXXI.

Ad ſummum altare legantur aedes.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum pateat cunctis evidenter, quod anno a nativitate ejusdem Domini milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, indictione decima quarta die menſis Auguſti inchoantis hora diei nona vel quaſi in curia inhabitationis honorabilis viri domini Theoderici de Hartenbergk ſcolaſtici eccleſie Fridislarienſis in oppido Fridslar pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Gregorii divina providentia Pape undecimi anno ſecundo in mei publici notarii & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum preſentia conſtitutus idem dominus Theodoricus incolumis corpore & mente ratione, non compulſus ſed ſponte libere pure ſimpliciter & absque omni conditionis titulo domum ſuam quondam Johannis Kuchenmeiſters in vico lignorum ſitam quam de novo a principio ad finem ejusdem de ſuis edificari fecit & procuravit ut aſſeruit manifeſte, ea donatione que dicitur inter vivos legittime & effective dedit & donavit diſcreto viro Heyſoni Fabri de Duderſtat presbitero altariſte dicte Fridslarienſis eccleſie ſuo capellano fideli ipſam ex cauſa hujusmodi donationis recipienti pro ſervitiis gratis & acceptis ſibi factis & ab eo receptis, & transtulit in eundem dictam domum cum onere & honore dominio & proprietate ſingulisque juribus & univerſis directis & indirectis ejusdem ad tempora vite ſue pacifice poſſidendam & quiete habendam prout prefatus dominus Theodoricus hactenus ante hujusmodi donationem habuit & poſſedit eandem, inveſtiens & mittens eundem Heyſonem in dicte domus poſſeſſionem corporalem veram & non ſimulatam omnium jurium proprietatum & libertatum omnium & ſingulorum ejusdem cum aliis ſuis utilitatibus univerſis & quibuscunque in hic contentis expreſſatis & etiam non expreſſatis dicte domui competentibus & competituris quoquo modo & occaſione dicte donationis penitus idem donator a ſe abdicans excludens & alienans imo etiam ab aliis quibuscunque ſua intereſſe credentibus & inpoſterum credere poſſe de eadem quacunque auctoritate ſive ratione de jure vel de facto. Dicto vero Heyſone viam univerſe carnis ingreſſo ex tunc eadem domus cum omnibus ſuis juribus

ac modis & formis univerſis ut premittitur cedere debebit ad altare ſancti Petri in choro dicte eccleſie Fridslarienſis ſitum ad quod idem dominus Theodoricus pro ſalute ſue anime nomine teſtamenti legavit & legaliter & irrevocabiliter aſſignavit eandem poſt obitum dicti Heyſonis in perpetuum permanſura, & renunciavit & ceſſavit prefatus donator & legator publice & expreſſe omni actioni juri rationi proprietati dominio ſingulisque aliis actionibus & utilitatibus directis & indirectis quibuscunque que cogitari aut memorari poſſunt ab homine vel a jure ſibi competentibus aut competituris & que eidem nunc & inpoſterum poſſent ſuffragari quomodolibet in domo ſupradicta, promittent ſtipulationibus adhibitis ſolitis & conſuetis hujusmodi donationem translationem miſſionem legationem ceſſationem & renuntiationem dicte domus cum ſuis juribus & utilitatibus ut prefertur univerſis per ipſum factas, gratas, ratas & firmas ſe perpetuum habiturum & nunquam contra facere vel venire publice vel occulte nec aliquid verbo vel opere attemptare per quod premiſſa aut aliquid premiſſorum poſſent annullari quomodolibet vel infringi. In evidentius teſtimonium & perpetue durationis robur & firmitatem omnium premiſſorum dominus Theodericus preſentes litteras ſive preſens publicum inſtrumentum ſui ſigilli munimine decrevit & juſſit roborari. Actum & datum anno Domini, indictione, pontificatus menſe die hora & loco ſuperius aſſignatis, preſentibus honorabilibus & diſcretis viris dominis Gebehardo de Hartenberg cantore Othone de Falckenberg & Hermanno de Lewenſtein dicte eccleſie Fridslarienſis canonicis Alberto Cunchin viceplebano in Gudensberg Johanne in Cella & Eckardo in Langenſtorp plebanis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Hermannus Beckerich de Corbach clericus Mog. dioc. auctoritate imperiali publicus notarius ſupradicte domus donationi translationi, immiſſioni, ceſſioni, renunciationi legationi promiſſioni ceterisque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic agerentur ut preſertur una cum prenominatis teſtibus preſens fui eaque ſic fieri vidi & audivi & in hanc publicam formam . . ſpecialiter requiſitus redegi, quam perſonaliter ſcripſi ſigna proprioque nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in teſtimonium omnium premiſſorum.

CCLXXII.

Item dimidius manſus.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum univerſis pateat manifeſte quod ſub anno Domini milleſimo tri-

centeſimo ſeptuageſimo ſexto indictione quarta decima pontificatus in Chriſto patris ſanctiſſimi & domini noſtri domini Gregorii divina Dei providentia anno ſexto decima octava die menſis Novembris hora veſperarum vel quaſi in curia habitationis honorabilis domini Theodorici de Hartenberg ſcolaſtici eccleſie Fridslarienſis in mei notarii publici & teſtium ſuſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſentia perſonaliter conſtitutus diſcretus vir Volpertus dictus Hentzelin altariſta eccleſie Fridslarienſis Mog. dioc. recognovit publice & expreſſe ſe bona deliberatione prehabita ex evidenti ejus neceſſitate juſto venditionis titulo vendidiſſe honorabili viro domino Heyſoni de Duderſtat canonico jam dicte eccleſie Fridslarienſis dimidium manſum ſuum terræ arabilis ſitum in villa & terminis campi ville Obernzchener quem apud Kunnam dictam Koniges Johannem ejus filium & Johannem dicti Johannis filium pro quadraginta talentis & uno ſolido denariorum Haſſienſium emit & comparavit cum omnibus ſuis juribus proprietatibus & pertinentiis quibuscunque videlicet in pratis paſcuis virgultis agris cultis & incultis ubicunque locorum exiſtentibus & quibuscunque nominibus cenſeantur omni eo onere honore quibus ipſe dictum dimidium manſum hactenus poſſedit tenendum locandum diſponendum jure hereditario & proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice & quiete poſſidendum & in quemcunque uſum voluerit libere convertendum pro triginta & octo talentis denariorum Haſſienſium Fridslarie currentium & bonorum, ipſi pro eodem dimidio manſo traditis plenarie & utiliter perſolutis, de quibus dictum dominum Heyſonem quitum dixit & ſolutum, & renunciavit manifeſte prefato dimidio manſo omnique juri actioni proprietati que ſibi competere aut ſuffragari poſſent quomodolibet manſo in eodem, poſuit & manu miſit dictum dominumHeyſonem in dicti dimidii manſi modo premiſſo liberam poſſeſſionem corporalem & quietam; De quo quidem dimidio manſo etiam ſcolaſtico eccleſie Fridslarienſis tres ſolidi cum dimidio denariorum Haſſienſium dantur annuatim, promiſit quoque mihi ſolemni ſtipulatione notario infra ſcripto ſtipulanti & recipienti dicti dimidii manſi per ipſum ut ſic venditi & renunciati dicto domino Heyſoni emptori ſe velle & debere warandiam facere debitam & conſuetam quando & quotiens fuerit requiſitus ſuper eo generaliter omnibus & ſingulis exceptionibus & defenſionibus juris atque facti que dicto venditori veniendi contra venditionem hujusmodi aliqualiter materiam generare poſſent penitus excluſis, quem quidem dimidium manſum idem dominus Heyſo in mei notarii publici & eorundem teſtium ſubſcriptorum preſentia eadem hora & loco predicto omni jure modo via & forma melioribus quibus potuit donatione perfecta libera ſimplici & irrevocabili perpetue valitura & nunquam revocatura vim inſinuationis habente ad ſummum altare in eccleſia Fridslarienſi

rienſi in honore beati Petri apoſtoli conſecratum pro ſalute anime ſue & omnium progenitorum ſuorum nomine teſtamenti donavit dedit & aſſignavit, transferens in ejusdem altaris rectorem omne jus actionem proprietatem & quecunque competentia & que competere poterant ſibi in dimidio manſo hujusmodi & ejus pertinentiis univerſis ante donationem hujusmodi dolo & fraude quibuscunque excluſis, poſuitque & manumiſit dicti altaris rectorem in dicti dimidii manſi & ejus pertinentiarum dominium jus proprietatem & poſſeſſionem corporalem pacificam plenam & quietam, nec non renunciant publice & expreſſe dicto dimidio manſo omnique poſſeſſioni dominio juri & actioni que ſibi nunc aut in futurum ſuffragari ſeu competere poſſent in eodem ſimpliciter & in toto, nec non aliis & ſingulis exceptionibus obligationibus & defenſionibus juris & facti que contra preſentis inſtrumenti tenorem poſſent objici vel opponi nihil juris ſibi dimidio manſo in eodem reſervans nec intendens eum velle unquam ullo tempore repetere publice vel occulte promittens quoque ſolenni ſtipulatione mihi notario publico infraſcripto ſtipulanti & recipienti vice & nomine omnium quorum intereſt vel intererit donationem translationem aſſignationem manumiſſionem & renuntiationem hujusmodi omni tempore ratas gratas habere & tenere ipſoque ingratitudinis vicio vel aliqua ratione vel cauſa de jure vel de facto nullatenus revocare, ſuper quibus omnibus & ſingulis obſervandis & firmiter tenendis dicti domini Volpertus venditor & Heyſo emptor & donator me notarium publicum infraſcriptum cum debita inſtantia requiſiverunt ut ipſis & cuilibet eorum ſuper premiſſa & quelibet premiſſorum unum vel plura conficerem publicum vel publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Actum & datum ſub ſigillis honorabilium virorum dominorum Theodorici de Hartenberg ſcolaſtici eccleſie Fridslarienſis predicte de cujus conſenſu omnia & ſingula premiſſa ſunt conſummata & Heyſonis predicti quod & nos Theodoricus & Heyſo jam dicti noſtris ſub ſigillis preſentibus appenſis per omnia recognoſcimus fore verum. Anno indictione pontificatu die menſe hora loco & dioceſi quibus ſupra preſentibus diſcretis & honeſtis viris Johanne in Celle Johanne in Beſſe plebanis Wigando de Urſſa altariſta dicte eccleſie Fridslarienſis Henrico dicto Reyppe dicto Pudantz Johanne Konigs venditore principali prout ſuperius eſt expreſſum Johanne Coco dicti domini ſcolaſtici Syfrido & Otthone dictis Rode Eberhardo Rappoden & Henrico Gerhardi villanis de Nyddern Meldrich laycis dicte Mogunt. dioc. pro teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Et ego Giſo de Holtzheim clericus Mog. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius quia omnibus & ſingulis premiſſis cum prenominatis

natis teſtibus preſens interfui eaque ſic ut premittitur cum eisdem teſtibus fieri vidi & audivi, ideo hoc preſens publicum inſtrumentum exinde confeci manu propria conſcripſi ſignoque meo ſolito & conſueto una cum appenſionibus ſigillorum predictorum dominorum Theodorici ſcolaſtici & Heyſonis canonici eccleſie Fridslarienſis ſignavi in fidem & teſtimonium requiſitis . . . nec non & Heyſonis predicti quod & nos Theodoricus & Heyſo, jam dicti noſtris ſub ſigillis &c.

CCLXXIII.

Et alii redditus.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum viſuris & audituris, quod nos Theodoricus de Hartenberg ſcolaſticus eccleſie Fridslarienſis attendentes quod in cunctis actibus humanis nihil ſalubrius eſſe poterit, quam quod temporaliter acquiritur in celeſtem collocare & commutare theſaurum, volentes itaque ob laudem & honorem omnipotentis Dei & beati Petri apoſtoli ſummum altare in choro dicte eccleſie Fridslarienſis in honore ejusdem beati Petri apoſtoli conſecratum pro anime noſtre & omnium progenitorum noſtrorum remedio ſalutari certis redditibus & aliis bonis infraſcriptis nobis a Deo collatis meliorare & magis ditare, ad idem altare pro ſuſtentatione presbiteri ipſum regentis damus preſentibus & donamus irrevocabiliter nomine teſtamenti & aſſignamus cenſus annuos ſex talentorum Haſſienſium denariorum quos apud opidanos in Gudensberg pro ſexaginta talentis denariorum Haſſienſium Fridislar. legalium & bonorum comparavimus ſingulis annis in feſto S. Michaelis dandis & perſolvendis, quos quidem dicti opidani pro ſexaginta talentis denariorum predictorum reemere poſſunt. Et quinque maldra frugum uſualium de & ex octava parte decime in villa Weldene & omnibus juribus & obventionibus ſuis cedenda, quam apud ſtrenuos quondam dominum Hermannum dictum Hundt militem & Othonem ejus filium adhuc viventem pro ſexaginta & quinque talentis Haſſienſ. denar. juſto etiam reemptionis titulo emimus & comparavimus, damus inſuper & legamus & aſſignamus ad dictum altare domum noſtram vulgariter dictam das benhus ſitam in opido Fridslar in vico qui dicitur Holtzgaſſe cum omnibus ſuis appendiciis & annexis per dicti altaris rectorem tenendam habendam locandam & perpetuis temporibus poſſidendam ponentes & manumittentes dicti altaris rectorem in dictorum cenſuum decime & domus dominium jus proprietatem & poſſeſſionem corporalem pacificam & quietam; & renuntiamus publice & expreſſe cenſibus decime

&

& domui predictis omnique poſſeſſioni dominio juri & actioni que nobis nunc aut in poſterum competere aut ſuffragari poſſent quomodolibet in eisdem, nec intendentes donationem aſſignationem manumiſſionem & renunciationem hujusmodi de jure vel de facto publice vel occulte ullo uuquam tempore repetere ſeu revocare, conditione etiam appoſita ſi cenſus & octava pars decime hujusmodi per venditores predictos aut eorum ſucceſſores vel heredes reempti fuerint in parte vel in toto prout in litteris deſuper confectis plenius continetur, ex tunc ſumma hujusmodi pecunie pro qua cenſus & octava pars decime pretacti fuerint reempti per Heyſonem de Duderſtadt pro nunc ejusdem altaris rectorem cui easdem litteras damus tradimus & preſentamus vel per ejus ſucceſſorem in uſus uberiores & redditus certiores dicti altaris voluntate & conſenſu ſcolaſtici eccleſie Fridslarienſis predicte pro tunc temporis exiſtenti cedentibus . . convertatis; & nihilominus uſum & cohabitationem quam diu advixerimus quoad noſtram neceſſitatis exigentiam in domo predicta cum rectore altaris predicti nobis reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum evidens teſtimonium preſens ſcriptum ſeu publicum inſtrumentum per Gyſonem notarium publicum infra ſcriptum conſcribi & publicari mandavimus appenſione noſtri ſigilli fecimusque firmiter communiri. Actum & datum Fridslarie in curia habitationis noſtre anno Dni milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo ſexto, indictione quarta decima Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Dni noſtri Dni Gregorii digna Dei providentia Pape undecimi anno ſexto undecima die menſis Novembris hora tertiarum vel quaſi Mogunt. dioc. preſentibus diſcretis & honeſtis viris Johanne in Celle Johanne in Beſſe plebanis Wigando de Urffa altariſta dicte eccleſie Fridslarienſis Hermanno de Gyſſelze & Conrado dicto Wenhardi clerico dicte Mog. Dioc. pro teſtibus ad premiſſa vocatis pariterque rogatis. Et ego Gyſo de Holczheim clericus Mog. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius premiſſis donationi manumiſſioni & renunciationi ceterisque pretactis una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic ut premittitur fieri vidi & audivi, preſens publicum inſtrumentum de mandato & ex juſſu ſpeciali Dni Theodorici ſcolaſtici predicti conſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto una cum appenſione ſigilli ejusdem Dni ſcolaſtici ſignavi deſuper in fidem & teſtimonium requiſitus.

CCLXXIV.

Cenſus VI. flor. pro eodem altari acquiritur.

Wir Herman Almar burgermeiſter Herman Bune Heinrich Weingarth Joſt Schnidehutte Gerhart Schelt Girttenhen Dytmar Lappe Michel

Prente Dytmar Thonges Claus Harneſch ſcheffen zw Caſſel und ganz gemein daſelbſt bekennen uffintlich vor uns und unſer nachkommen in dieſem briffe das wir recht und redlich verkaufft haben und in crafft diſs briffs verkeuffen dem wirdigen hochgelerten hern Heinrich Rulanden doctori dechant ſanct Mertins kirchen zw Caſſel als vicarien und beſitzer ſanct Peters altars im chor der ſtifftkirch zw Fritzlar gelegen und ſeinen nachkommen und beſitzer derſelbigen vicarien ſechs gulden jerlich zinſes golts und Caſſelſcher wehrung von unſerm rathaus aus der camern und allen unſern inkommen ſo wir daruff inkommen und fallen han, drey uff Walpurgis und die andern drey uff Michaelis des ertzengels tag nechſt darnach folgenden und alſo jerlich und dweil diſſer kauff ſthet zu bezcalen ſonder des keuffers ſonder koſten und ſchaden lenger unverzcogen vor hundert zwentzig fünff gulden in golde Reiniſch Franckfurter wicht und wehre, die uns der gemelt her doctor keuffer guttlich und bar alſo davor bezcalt zcugeſtalt und geliefert hat und wir han ſolche heupt ſomme von ime empfangen und in der ſtat Caſſel notz und frommen zum buw des mittelſten pfylers an der Fulde brucken gewant ſagen den gedachten kauffhern der angezeigten kauffſumma quit ledig und loſs und wo wir an bezcalung des jerlichen zinſes uff zceite wie vorſtheet ſumig wurden und die nit theten des doch nit ſein ſoll ſo ſollen und mogen uns gmelter kauffher und ſein nachkomen beſitzer der angezceigten vicarien darumb ermanen und furnemen geiſtlich oder weltlich wie inen geliebt und eben iſt, daran ſoll auch ſye keynerley gebott verbott kommer uffhalt geiſtlich oder weltlich herren gnade noch privilegien hindern noch uffhalt machen wie jemandts gefehrlich geſtalt ſolchs dem kauffhern zu ſchaden oder nachteil erdencken und das uns zu vortheyl erſchinen mochte ſetzen die kauffhern des angezceigten jerlich zcinſes in eine rechte uffhebende gewehr mit crafft diſs briffs, es hat aber der gnante her doctor keuffer vor ſich und ſeine nachkommen beſitzer der gedachten vicarien uns burgermeiſter rath und gemein zw Caſſel den willen und gunſt hirzu gethan das wir ſolch jerlich zins ſechs gulden mugen widder an uns keuffen mit hundert zwentzig fünff gulden in golde berürter wehre wann uns geluſtet bequem und eben iſt doch in vier Wochen vor der tagzeit eine welche die ſein wirdet und alſo auch das zuvor alle erſchienen und betagt zcinſen beczalt und vergnugt ſein mit ſampt muglichen ſchaden ob des etwas der zcinſen halber zu ermanen darauff gangen wehre ſonder geverde und argeliſt, des in urkund ſo han wir der ſtath Caſſel groſs ſiegel hieran veſtiglich und wiſſentlich thun hengken der geben iſt am ſonabent nach nativitatis Mariæ virginis anno Dni funffzehen hundert und vierzehen.

Anno

Anno MDXXXVIII. poſſeſſor hujus vicariæ Heimbrodus Schrendyſſe feria III. poſt palmarum emit cenſum annuum drey orthe golts in Thorlon à Martino Roſentail ejusque conjuge pro XV. florenis in auro in feſto S. Michaelis archangeli perſolvendum.

CCLXXV.

Tres ſolidi ad altare S. Eliſabeth.

Wir Wehrner von Monechehuſen und Beele ſein ehlich wirtin bekennen offentlich vor uns und alle unſer erben das wir ewiglich und erblich verkaufft han und verkeuffen an diſſem brieffe dem beſcheiden man hern Johan Budenband vormunder des altars ſanct Eliſabeth gelegen empor gegen dem chore in der kirch ſanct Peters zw Fridslar drey ſchilling geldes die wir alle jerlichs hatten aus einer ſchuren die gehoret zu demſilben altare und iſt gelegen in der Grebengaſſen uff dem orthe beu hauſe Widderoldes von Marpurg umb drey pfundt pfennige die er uns gentzlich bezcalt hat und ſoll derſelb her Johann und alle die zw zceiten ſeint vormunter des egnanten altars ſanct Eliſabeth der dreyer ſchilling geldes gebrauchen ewiglich zw alle iren notze und willen und ſollen wir und unſer erben in der gude werſchafft thun wan in des noth iſt an geverde und widderrede bey diſſem kauffe vorgnant ſeint geweſen zw gezceugen die beſcheiden lude her Hartlip Lendeman her Thyleman von Kirchain pfarher zu Wehen her Albrecht von Gudensberg her Thileman Kirchain alle altariſten zw Fritzlar und Henricus von Kirchan burger daſelbs und zw urkunde ſo han ich Wehrner vorgnant mein eigen ingeſigel vor mich und Geelen mein eliche wirtin und vor all unſer erben an diſſen briff gehangen und zw merer ſicherheit hain wir verkeuffer vorgnant gebeten hern Tyl von Kirchain pfarhern zw Wehen vorgnant das er ſein ingeſigel vor uns und unſer erben zu einer kuntſchafft bey mein Weheners ingeſigel hat gehangen, des ich Tyl vorgnant bekenne das ich umb bede willen Wehrners und Geelen vorgnant han an diſſen briff gehangen. Datum anno Domini M. CCC. LXXIX. in vigilia beati Mathei apoſtoli & evangeliſte.

CCLXXVI.

Cenſus de horreo.

Officialis prepoſiture Frideslarienſis. Conſtituti coram nobis in judicio Conradus Loſe & Henricus Thome oppidani in Frideslar recognoverunt publice & expreſſe ſe & eorum heredes horreum ibidem ſitum in Fridslar in acie platee vulgariter Grebengaſſen juxta domum Johannis Tore à rectore altaris ſancte Eliſabeth in eccleſia S. Petri Fridslarienſi erecti jure hereditario poſſidere & ſingulis annis in feſto beati Michaelis archangeli quinto decimum dimidium ſolid. den. Haſſienſium eidem rectori pro tempore exiſtenti dare & ſolvere debere de eodem nec non dictum horreum in eſſe & debitis edificiis tenere prout ſe & eorum heredes ſub excommunicationis pena per nos in eos & eorum quemlibet ferenda firmiter obligaverunt coram nobis. Actum & datum anno Dni M, CCC, LXXXVII, XVIII. kal. Decembris.

CCLXXVII.

Item cenſus VIII. ſolid. den.

Officialis prepoſiture Fridslarienſis recognoſcimus in hjis ſcriptis quod in noſtra preſentia conſtitutus Hermannus dictus Keph oppidanus Fridslarienſis recognovit ſe & ſuos heredes ſingulis annis in die ſancti Johannis baptiſte octo ſolidos denariorum Haſſienſium de & ex horreo ſuo ibidem prope murum inter horreum Typpellans Todechin & Metze Schwabes ſituato rectori altaris ſancte Eliſabeth in eccleſia S. Petri Fridslarienſi erecti dare & ſolvere debere & hujusmodi horreum in eſſe & in debitis edificiis tenere prout ſe & ſuos heredes ad hoc ſub excommunicationis pena per nos in eos ferenda firmiter obligaverant coram nobis. Actum & datum anno Dni milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſeptimo XVIII. kal. Decembris.

CCLXXVIII.

Duae ℔. denar. ad idem altare.

Ich Hen Mennel CuntzeMennel Soen zu niddernMeldrich wohnhaftig thun kunth in diſem offenen vorſiegelten briff vor mich und alle meine rechten erben das ich recht und redlich eins erblich ewigen kauffs verkaufft han und in crafft diſs briffs verkeuffe dem erbaren hern Stephan Katzman altariſten und beſitzern des altars ſanct Eliſabeth in der ſtifftskirchen

chen S, Peters zw Fritzlar gelegen und allen ſeinen nachkommenden beſitzern des gnenten altars zwei pfundt pfennige jerlicher zcinſſe guts gelts ſo in zceiten geng und geneme uff allen und jeden ſancti Martini heyligen Biſchoffs tag jerlichs aus und von allen und von jeden meinen gütern und ſonderlichs aus ſechs morgen landes welcher drey morgen an einem ſtuck hinder dem Zcegener uff die ſtraſſe ſtoſſende einer derſelbiges under dem Zcegener in einer bey dem pfarlande uff der Kuntzen bunden und einer bey dem ohewege alles in der veldmarck zw niddern Meldrich gelegen und aus einem garthen drey ferting landes haltend zuſchen Kellerhenchen und Hen Hynemans gütlich zubezcalende davor uns die ernt- und wirdigen hern dechant und capittel zw Fridslar patronen des gnanten altars mir verkeuffer ehe gifft diſs briffs in einer gantzen ſummen zwelff gude volwichtige Rheiniſche goldgulden Churfurſten muntze in bezcalung ubergezcalt und bezcalt han, welcher gutlichen bezcalung ich gemelter verkeuffer ſie die gnanten herrn patronen herrn Stephan beſitzer des altars und all diejenigen ſo das zum beſten mag kommen wol bezcalt quit ledig und loſs ſagen ſetzen und laſſen den gnanten beſitzer in uffhebende wehr und mich und mein erben darauſs mit vorzeicht meiner gerechtigkeit, ſoll und will ich derogleich ſollen auch meine erben dem beſitzer diſs kauffs alzeit recte herren und wharen ſein, ſie auch aller rechten anſprache uff unſer koſt entheben und ſo wir die bezcalung nicht theten nach inhalt diſs briffs, ſo mag ſich der beſitzer vilgenanten altars an den obgenanten ackern und garten darane wie ihm das allerbequemlichſt mag ſein mit oder ohn gericht erholen. Jedoch ſo ſoll uns der widderkauff jerlichs zu thun vor zwelff goltgulden obgnanter wehr geſtat werden in dem das zuvor alle vortagtg zinſe ſampt uſſgewenten koſten guttlich bezcalt wehre alles ohn geverde und argeliſt. Und des zw urkunde der wahrheit ſo han ich Henne verkeuffer den ernthafftigen und achtparn Jorgen landtknecht itziger zceit zw velspergk ſchultheiſs das er diſen briff woll beſigelen wol gutlich gebeten derohalben ſo hab ich gnant Jorg um guttlicher bitt willen des obgenanten Hennen diſsen briff beſigelt des ich mich ſo gethan (doch mir und meinen erben ohn ſchaden) bezceugen. Geben in den jaren nach der gepurth Chriſti unſers heylandts funffzehen hundert dreiſſig und neun am tagk viſitationis Mariæ. Bey diſser bitt der beſigelung ſeint geweſt die beſcheiden Cuntz Braun und Hen Ruffus welche auch uff ire eyde geſagt die guther zweveldig von werde ſein.

Eadem vicaria altaris S. Eliſabeth anno eodem pridie aſſumptionis B. M. V. cenſum annuum unius florenis & dimidii emendo acquiſivit. CCLXXIX.

CCLXXIX.

Vicaria nova S. Eliſabeth fundatur.

In nomine Domini amen: ut in futura vita anima viſione beatifica conſoletur expedit ut per largiſluam rerum temporalium diſtributionem divinus cultus augmentetur, hinc eſt quod quondam venerabilis vir dominus Herboldus de Papenheim dum in humanis agebat, cantor eccleſie S. Petri Fridslarienſis Mag. dioc. in anime ſue & animarum omnium parentum & benefactorum ſuorum, prout divina ſibi inſpiraverat clementia, procurare intendebat remedium ſalutare, certam novam vicariam in dicta S. Petri eccleſia inſtaurare dotare & erigere deſiderabat perque venerabiles & circumſpectos viros dominos Johannem ihm hobe decanum Wernherum de Geiſmar cantorem & Borckhardum de Molsporgk canonicos capitulares antedicte S. Petri eccleſie ſuos teſtamentarios manu fideles & ultime ſue voluntatis executores id fieri & adimpleri commiſit, voluit & ordinavit, qui quidem teſtamentarii juxta deſiderium fiduciam & commiſſionem dicti domini Herboldi cantoris defuncti pie memorie extrema cum diligentia prout ipſis congruum videbatur juxtaque dictamen & conſilium noſtrorum videlicet Bertholdi de Melden decretorum doctoris & capituli ſupradicti S. Petri eccleſie ſic dictam novam vicariam ad altare ſancte Elizabeth in jam dicta eccleſia S. Petri in dextero latere chori pro ſecunda perſona in honorem Dei omnipotentis beate & glorioſe virginis Marie ſancti Mathie apoſtoli, beate Elizabeth vidue nec non omnium ſanctorum primo inſtituerunt, inſtaurarunt, erexerunt & dotarunt de bonis & rebus ipſius defuncti ab altiſſimo ſibi collatis & per eum de relictis diſpoſuerunt & ſuſtentatione ejusdem rectoris dicte vicarie pro tempore exiſtentis prout ipſe teſtator ſubſcriptos redditus aſſignavit dedit & in ſuo teſtamento legavit videlicet octo maldra annue penſionis per eundem teſtatorem ſive dotatorem apud religioſos viros dominos dominum abbatem & conventum monaſterii in Herdehuiſſenn pro ducentis florenis nec non duodecim annuos florenos per teſtamentarios dicti teſtatoris ut primi pro ſecunda perſona dicte vicarie fundatoris apud providos burgi magiſtros & oppidanos oppidi Grevenſtein ſimiliter pro ducentis florenis in titulo reemptionis comparatos prout in chirographis deſuper confectis plenius continetur, & ſi aliqui cenſus preſcriptorum cenſuum reemerentur ſeu reemi contingeret iſti ad ſtatim de conſenſu & ſcitu venerabilium & honorabilium dominorum decani & capituli eccleſie ſancti Petri ſepedicte atque diffinitorum altariſtarum ibidem pro tempore exiſtentium in alios perpetuos convertentur cenſus. Item idem dotator voluit & ſpecialiter ordinavit quod quilibet poſſeſſor predicti altaris hujusmodi nove inſtitutionis & fundationis

tionis pro tempore exiſtens ſub horis tertie ſexte atque ſumma miſſa chori tres miſſas in ebdomada in eodem altari primam videlicet de ſancta Trinitate ſecundam de beata Virgine tertiam pro defunctis omnium poſtpoſita negligentia legendas & celebrandas per ſe celebravit aut celebrare per alium procurabit & dictus poſſeſſor hujusmodi nove inſtaurate vicarie cum diligentia choro eccleſie predicte divinis ſicut ceteri altariſte interſit ac obedientie decani ſubſit & quia dotator ante proſecutionem dicte ſue voluntatis ſuum diem clauſit extremum, nos teſtamentarii antedicti hanc ſuam extremam voluntatem prout hoc coram altiſſimo erimus reddituri rationem, diligenter perpendentes tanquam fideles teſtamentarii hujusmodi ut tenemur exequi cupientes cum conſilio adjutorio & conſenſu venerabilium virorum & dominorum ſcolaſtici & capituli predictorum fecimus & per preſentes facimus ac predictam vicariam ſive beneficium in Dei nomine glorioſeque virginis Marie ſanctorumque patronorum ſupra ſcriptorum erigimus & per preſentes cum preſcriptis cenſibus & redditibus dotamus & fundamus & Gotfridum Nechtelheim clericum Colon. dioc. ſupradictis dominis ſcolaſtico & capitulo pro primo poſſeſſore & ſecunda perſona inſtituendum preſentamus, poſt ejus vero deceſſum aut reſignationem collationem & proviſionem dicti beneficii ſive vicarie totiens quotiens in antea vacare contingerit memoratis dominis decano & capitulo pro tempore exiſtentibus aſſignamus tali cum conditione quod ipſi concorditer aut ſanior pars eorum alicui perſone idonee actu ſacerdoti vel infra annum ad ſacerdotium promovendum aptum conferant & provideant que quidem ſingula premiſſa firmiter tenere ſub debito juramenti ſui ſpondeat & promittat. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum robur & firmitatem nos Johannes decanus Wernherus cantor & Burchardus canonicus teſtamentarii predicti ſigillorum noſtrorum appenſione hanc inſtaurationem & nos Berthodus ſcolaſticus totumque capitulum ſepeſate eccleſie ſancti Petri recognoſcimus his ſcriptis erectionem inſtaurationem dationem & fundationem ut premittitur de noſtra libera conceſſione conſenſu & unanimi voluntate factas fore ratas & gratas habentes. In quorum etiam omnium & ſingulorum evidens teſtimonium & fidem ſigillum noſtrum quo utimur ad cauſas preſentibus litteris duximus impendendum. Actum & datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo in feſto beatorum Petri & Pauli apoſtolorum.

Anno MDVII. ſabbato poſt Joannis baptiſtæ conſul, ſenatus & communitas oppidi Aldendorff ad Werram vendiderunt altariſtæ S. Eliſabeth annuum cenſum quinque florenorum auri Rhenenſium.

Anno

Anno MDXXXVI. feria ſecunda poſt Simonis & Judæ apoſtolorum vicaria hæc acquiſivit quindecim florenos cenſus annui in Caſſell.

CCLXXX.

Reverſales ſuper dote altaris S. Joannis Baptiſtae.

Noverint univerſi quod ego Marquardus de Berſtat tam pro me quam etiam pro uxore mea Eliſabeth & pueris noſtris Cunrado & Gildeharde abrenunciavi abſolute & ſimpliciter omni actioni & juri ſi quod habuimus vel habere videbamur de facto vel de jure in quodam manſo ſito in villa Engelgis majore cum quo manſo eſt dotatum altare domini Volperti de Borcken in eccleſia Frideslarienſi ſitum promittens nihilominus data fide in manus domini mei Reinboldi de Merlowe decani Frideslar. & domini Widekindi de Holtzheim militis & in manus Cunradi de Homberg Volmari & aliorum concivium eorundem quod nunquam de cetero in futurum impediemus & impetemus bona eadem quoquo modo publice vel latenter nec per noſtros aliquos hæredes procurabimus impediri. Nos autem decanus, W. de Holtzheim miles & nos cives Frideslar. ad inſtantiam & rogatum Marquardi predicti in teſtimonium ac perpetuam firmitatem omnium premiſſorum noſtris ſigillis roboravimus cartam iſtam. Actum Frideslar. anno Domini M. CC. LXXXII. in octava beati Johannis Baptiſte.

CCLXXXI.

Sex ſolidi aſſignantur praedicto altari.

Noverint univerſi quod ego Erckenberth accedente conſenſu & voluntate uxoris meæ & omnium puerorum meorum vendidi domino Bertholdo cuſtodi eccleſie Frideslar. ſex ſolidorum redditus cum duobus pullis carnis priviis quos mihi de domo & arca ſingulis annis Dithmarus de capella miniſtravit cum omni jure quod buſſe inſarth & ausfarth dicitur in nativitate ſancti Johannis Baptiſte tres ſolidos ac in die beati Bartholomei apoſtoli proxime ſubſequentes alios tres perſolvendos ipſi domino Bertholdo vel cuicumque duxerit aſſignandos. In cujus rei evidentiam ſigillo prepoſituræ Frideslar. procuravi preſentem literam communiri. Datum anno Domini M CCC VI in die beati Dionifii.

CCLXXXII.

Super manſo ad vicariam S. Joannis Bapt. pertinente.

Noverint univerſi quod ego Marquardus de Berſtat tam pro me quam etiam pro uxore mea Eliſabeth & pueris noſtris Cunrado & Hildegarde abrenunciavi abſolute & ſimpliciter omni actioni & juri ſi quod habuimus vel habere videbamur de facto vel de jure in quodam manſo ſito in villa Engelgis majore cum quo manſo eſt dotatum altare domini Volperti de Borcken in eccleſia Fridslarienſi ſitum promittens nihilominus data fide in manus domini mei Reinboldi de Merlowe decani Fridslar. & domini Widekindi de Holtzheim militis & in manus Cunradi de Homberg Volmari & aliorum concivium eorundem, quod nunquam de cetero in futurum impediemus & impetemus bona eadem quoquo modo publice vel latenter nec per noſtros aliquos heredes procurabimus impediri. Nos autem decanus W. de Holtzheim miles & nos cives Fridslar. ad inſtantiam & rogatum Marquardi predicti in teſtimonium ac perpetuam firmitatem omnium premiſſorum noſtris ſigillis roboravimus cartam ipſam. Actum Fridslarie anno Dni MCCLXXXII. in octava beati Johannis Baptiſte.

CCLXXXIII.

Altare S. Andreae varia bona acquirit.

In nomine Domini amen. Quia humana memoria labilis eſt & caduca expedit ut facta hominum ſcripti & teſtium munimine fulciantur, hinc ego Hermannus de Holtzhauſen armiger ad omnium Chriſti fidelium notitiam pervenire cupio publice profitendo, quod manu communicata ſana & matura deliberatione antehabita Gele mee collateralis legittime nec non cum expreſſa voluntate unanimi & parili conſenſu omnium filiorum & filiarum mearum videlicet Melthildis Ottonis Hermanni Alberti atque Juthe vendidi honeſtis viris dominis Gotfrido Godeliben canonico eccleſie Fridslar. & Erhardo vicario altaris S. Petri in eccleſia eadem duos manſos in villa & campis ville Metze ſitos quos nunc excolit Albertus dictus Hylle, unum manſum quem ibidem excolit Conradus Opilio, item redditus trium quartalium pure ſiliginis & totidem avene in allodio Ruhende quod nunc excolit Conradus de Kirchbergk & viginti ſolidorum redditus cum uno ſolido denariorum ratione obleyge in duobus molendinis inter villas Wehrn & Torlon ſitis eo jure onere & honore quibus eadem bona poſſedi pacifice multis temporibus atque annis tenenda, utenda, locanda & titulo proprieta-

tis temporibus perpetuis poſſidenda in domibus horreis curiis pratis paſcuis agris cultis & incultis ſilvis & nemoribus viis & inviis aquarum decurſibus & generaliter in uſibus omnibus & juribus quibus eadem bona ab antiquo ſunt habita & poſſeſſa pro centum & viginti talentis denariorum Fridslarienſium currentium, quos iidem domini Gotfridus & Gerhardus mihi tradiderunt & eosdem numeratos rite & legaliter examinatos ab ipſis recepiſſe profiteor per preſentes ipſoque quitos proclamans publice denariis de eisdem renuncians etiam expreſſe omni exceptioni doli mali, defenſioni, reclamationi juris vel facti ac reſtitutionis in integrum que mihi aut alicui ſucceſſorum meorum, poſſent in contrarium ſuffragari & generaliter omni beneficio juris canonici & civilis que veniendi contra predictam venditionem poſſent oppoſitionis aut contradictionis materiam quomodolibet generare. Volo inſuper & promitto per preſentes dictorum bonorum venditorum warandiam facere debitam ubilibet & conſuetam. Hujus venditionis teſtes ſunt & iidem affuerunt: Eckhardus de Velſperg Fridericus de Hertingeshuſen Wehrnerus Lugelin Yſerus armigeri, Theodericus Thorkis Bertholdus Beverungen Henricus de Domo Lapidea oppidani Fridslarienſes, Henricus Hobekeltz, Conradus Biſchoff, Albertus Lantgreve Ludewicus Lantgreve, Sibodo filius Gerlaci de Dyleche conſules Velſpergenſes & quamplures fide digni vocati in teſtimonium & rogati. In horum omnium permanentiam & ſtabilis roboris firmitatem ego antedictus Hermannus de Holtzhuſen do has litteras ſigillo meo proprio & ſigillo univerſitatis civium in Velſperg quod ad meos rogatus preſentibus eſt appenſum, communitas & nos Henricus Hobekeltz, Conradus Biſchoff, Albertus Ludewicus dicti Landtgreve Sibodo filius Gerlaci de Dileche conſules Velſpergenſes recognoſcimus predicte venditioni ſimulque renuntiationi interfuiſſe & ad preces ſepedicti domicelli Hermanni Holtzhouſen domine Gele ipſius conjugis legitime puerorum ipſorum Methildis Otthonis Hermanni Alberti Alheydis atque Jutthe ſigillum noſtre univerſitatis appoſuiſſe huic ſcripto. Datum & actum in oppido Velſpergk anno Domini M° CCC° XII° ſub kalendis Martii.

CCLXXXIV.

XXI. Solidi den. ad eandem vicariam.

Univerſis hoc preſens ſcriptum viſuris & audituris ego Gerhardus de Corbach vicarius ſive rector altaris ſancti Petri in eccleſia Fridslarienſi cupio fore notum, quod in allodio in Runde & penſione annua ſive redditibus viginti & unius ſolidorum denariorum Haſſienſium quo

rector

rector altaris ſancti Andree ibidem habet ratione obleyge in duobus molendinis inter villas Wehrn & Torlon ſitis quod & qui quondam fuerunt Hermanni de Holtzhuſen militis, quod & quos quondam dominus Gotfridus Godelibi canonicus eccleſie Fridslarienſis predicte apud eundem Hermannum de Holtzhuſen cum aliis quibusdam bonis comparavit, prout continetur in litteris deſuper confectis, quibus preſens cedula eſt transfixa, nihil penitus juris mihi unquam competebat vel competit ſed allodium & cenſum omnium hujusmodi idem dominus Gotfridus ſolus ſuis ſumptibus comparavit debite & perſolvit, quod omnibus, quorum intereſt, ſub ſigillo officialitatis prepoſiture Fridslarienſis ad preces meas preſentibus appenſo cupio fore notum. Et nos officialis prepoſiture Fridslarienſis predicte recognoſcimus nos ad preces Gerhardi rectoris altaris ſancti Petri predicti ſigillum noſtre officialitatis predicte preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Datum anno Domini MCCCXXXIX. XI. kalend. Marcii.

CCLXXXV.

Dos altaris B. M. V. ratificatur & augetur.

Nos Henricus ſcolaſticus Johannes canonicus eccleſie Fridslarienſis & Hermannus armiger fratres dicti de Sweinsberg domini in Lewenſtein recognoſcimus publice per preſentes quod communicata manu pariique conſenſu ac etiam accedente bona voluntate omnium noſtrorum hæredum & cohæredum allodium ſitum in villa & campis villæ Herboldeshuſen prope Borcken quod Conradus dictus Nagl excolit & quod fœlicis memoriæ dominus Wernerus de Sweinsberg miles olim noſter pater pro ſalute ſuæ animæ ad unum beneficium eccleſiaſticum cum eodem allodio dotandum in extrema ſua voluntate de omni hæredum ſuorum conſenſu legavit & aſſignavit, nos compotes mentium & corporum donatione inter vivos pro ſalute animarum dicti patris noſtri & omnium noſtrorum progenitorum ac etiam noſtri ad altare beate virginis Mariæ ſitum in eccleſia Fridslarienſis ſuper ambone quod vulgariter dicitur uff dem letter donamus tradimus & aſſignamus in hiis ſcriptis ita quod Dithmarus dictus Konig ſacerdos primus rector dicti altaris & quilibet alter rector ejusdem altaris qui pro tempore fuerit dictum allodium cum omnibus ſuis juribus ſcilicet paſcuis pratis ſilvis agris ortis areis cultis & incultis & generaliter omnibus aliis ſuis appenditiis quocumque nomine cenſeantur titulo proprietatis perpetuo poſſideat & locationem ejusdem allodii per ſe faciat & fructus ejusdem allodii in ſuos uſus convertat ipſosque ſic deſerviat ſcilicet quod in qualibet ſeptimana quatuor miſſas vel ad minus tres legat unam de

beata virgine aliam pro defunctis & tertiam feria ſexta de ſancta cruce niſi aliud officium impediat illo die, item ad dictum altare damus pariter & aſſignamus redditus annuos unius maldri menſuræ Fridslarienſis partim ſiliginis & avene ſolvendos quolibet anno in omnem eventum ex triginta agris ſitis in minori Kerſtenhuſſen quos redditus apud Mezam relictam olim Henrici de Bulenhain & ſuos heredes propriis noſtris denariis, comparavimus, ab eodem rectore altaris prædicti qui pro tempore fuerit titulo proprietatis perpetuo poſſidendos etiam nos & noſtri hæredes rectorem dicti altaris qui pro tempore fuerit non debemus in poſſeſſione dictorum allodii & reddituum & perceptione fructuum eorundem unquam quomodolibet impedire ſed potius in quantum poterimus promovere volumus tamen hoc nobis ſalvum exiſtere quod nos tres fratres predicti temporibus noſtræ vitæ dictum altare quotiens ipſum vacare contigerit conferamus ſi vero unus vel duo noſtrum obierit ſuperſtes & ultimus inter nos tres qui fuerit dictum altare conferet tempore ſuæ vitæ ſed poſt noſtri trium fratrum obitum collatio ſeu jus patronatus ſepedicti altaris apud honorabiles viros dominos decanum ſcolaſticum cantorem totumque capitulum dictæ eccleſiæ Fridslarienſis in antea perpetuo remanere debebit omnium noſtrorum hæredum contradictione penitus quieſcente. In quorum omnium præmiſſorum teſtimonium & robur perpetuum nos tres fratres predicti ſigilla noſtra pro nobis & omnibus noſtris hæredibus appoſuimus huic cartæ. Datum anno Domini MCCCXL feria ſecunda proxima poſt Dominicam cantate.

CCLXXXVI.

Manſi & alia bona acquiruntur altari S. Andreae.

In nomine Domini amen. Quia humana memoria labilis eſt & caduca expedit ut facta hominum ſcripti & teſtium munimine fulciantur. Hinc ego Hermannus de Holtzhuſen armiger ad omnium Chriſti fidelium notitiam pervenire cupio publice profitendo quod manu communicata ſana & matura deliberatione antehabita, Gelæ meæ collateralis legitimæ nec non cum expreſſa voluntate unanimi & parili conſenſu omnium filiorum & filiarum mearum videlicet Methildis Ottonis Hermanni Alberti atque Jutthæ vendidi honeſtis viris dominis Godfrido Godelib canonico eccleſiæ Frideslar. & Erhardo vicario altaris ſancti Petri in eccleſia eadem duos manſos in villa & campis villæ Metge ſitos quos nunc excolit Albertus dictus Gylle, unum manſum quem ibidem excolit Conradus Opilio. Item redditus trium quartal. puri ſiliginis & tottidem avenæ in allodio Ruhende quod nunc excolit Conradus de Kirchbergk & viginti ſolidorum redditus cum uno ſolido denar. ratione obleyge in duobus molen-

molendinis inter villas Wehrn & Torlon ſitis, eo jure onere & honore quibus eadem bona poſſedi pacifice multis temporibus atque annis tenenda utenda locanda & titulo proprietatis temporibus perpetuis poſſidenda in domibus horreis curiis pratis paſcuis agris cultis & incultis ſilvis & nemoribus viis & inviis aquarum decurſibus & generaliter in uſibus omnibus & juribus quibus eadem bona ab antiquo ſunt habita & poſſeſſa pro centum & viginti talentis denar. Frideslar. currentium quos demum iidem domini Gotfridus & Gerhardus mihi tradiderunt & eosdem numeratos rite & legaliter examinatos ab ipſis recepiſſe profiteor per preſentes ipſosque quitos proclamans publice denariis de eisdem renuntians etiam expreſſe omni exceptioni doli mali defenſioni reclamationi juris vel facti, ac reſtitutioni in integrum que mihi aut alicui ſucceſſorum meorum poſſent in contrarium ſuffragari & generaliter omni beneficio juris canonici & civilis que veniendi contra predictam venditionem poſſent oppoſitionis & contradictionis materiam quomodolibet generare. Volo inſuper & promitto per preſentes dictorum bonorum venditorum warandiam facere debitam ubilibet & conſuetam. Hujus venditionis teſtes ſunt & iidem affuerunt Eckhardus de Velſperg Fridericus de Hertingeshuſen Wehrnerus Lugelin Yſterus armigeri Theodoricus Thorkis Bertholdus Beuerungen Henricus de Domo Lapidea oppidani Frideslar. Henricus Gobekelz Conradus Biſchoff Albertus Landtgreue Ludewicus Landtgreue Sibodo filius Gerlaci de Dybeche conſules Velſpergen. & quam plures fide digni vocati in teſtimonium & rogati. In horum omnium permanentiam ſtabilis roboris firmitatem ego ante dictus Hermannus de Holtzhuſen do has litteras ſigillo meo proprio ac ſigillo univerſitatis civium in Velſperg quod ad meos rogatus preſentibus eſt appenſum communitas. Et nos Henricus Hobekelz Conradus Biſchoff Albertus Ludewicus dicti Landtgreue Sibodo filius Gerlaci de Dileche conſules Velſpergen. recognoſcimus prædictæ venditioni ſimulque renuntiationi interfuiſſe & ad preces ſepedicti domicell. Hermanni Holtzhuſen dominæ Gelæ ipſius conjugis legitime puerorum ipſorum Methildis Otthonis Hermanni Alberti Alheydis atque Jutthæ ſigillum noſtræ univerſitatis appoſuiſſe huic ſcripto. Datum & actum in oppido Velſpergk anno Domini M° CCC° XII ſub kalendis Martii.

CCLXXXVII.

Charta priorum ex parte confirmatoria.

Univerſis hoc preſens ſcriptum viſuris & audituris. Ego Gerhardus de Corbach vicarius ſive rector altaris ſancti Petri in eccleſia Frideslar. cupio fore notum quod in allodio in Runde & penſione annua ſive

redditibus viginti & unius ſolidorum denar. Haſſienſ. quos rector altaris ſancti Andreæ ibidem habet ratione obleyge in duobus molendinis inter villas Wehrn & Torlon ſitis quod & qui quondam fuerunt Hermanni de Holtzhuſen militis, quod & quos quondam dominus Gotfridus Godelibi canonicus eccleſie Frideslarienſ. predicte apud eundem Hermannum de Holtzhuſen cum aliis quibusdam bonis comparavit prout continetur in literis deſuper confectis quibus preſens cedula eſt transfixa, nihil penitus juris mihi unquam competebat vel competit ſed allodium & cenſum annuum hujusmodi idem dominus Godfridus ſolus ſuis ſumptibus comparavit debite & perſolvit quod omnibus quorum intereſt ſub ſigillo officialitatis prepoſiture Frideslarienſis ad preces meas preſentibus appenſo cupio fore notum. Et nos officialis præpoſituræ Fridslar. prædictæ recognoſcimus nos ad preces Gerhardi rectoris altaris ſancti Petri predicti ſigillum noſtræ officialitatis prædictæ preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Datum anno Dni MCCCXXXIX, XI. Kal. Martii.

CCLXXXVIII.

Abdicatio praememoratorum bonorum.

Ad univerſorum Chriſti fidelium notitiam nos Ottho Hunt miles cupimus pervenire quod de noſtra & omnium noſtrorum coheredum preſentia & benevola voluntate Hermannus Holtzhauſen armiger noſter frater rite ac rationabiliter unanimi ſuorum coheredum conſenſu vendidit honeſtis viris dominis Gotfrido Godelibi canonico Fridslarienſ. & Gerhardo vicario altaris ſancti Petri in eccleſia Fridslar. duos manſos quos nunc in villa & in campis villæ Methe Albertus Gylle excolit unum manſum quem ibidem Conradus Opilio excolit, trium quart. ſiliginis redditus & tottidem avenæ in allodio fruhende quod Conradus de Kirchperg excolit & redditus viginti unius ſolidorum de molendinis duobus inter Wehen & Torlon ſitis cum omnibus ſuis juribus perpetuis temporibus poſſidendos recognoſcentes preſentibus publice profitendo nos omnesque hereditarios ſucceſſores nihil juris habere & vel habituros bonis in eisdem. Abrenuntiamus igitur motu voluntatis propriæ per preſentes pro nobis noſtrisque hereditariis ſimpliciter & abſolute omni actioni & juri ſi quod habuimus vel habere videbamur de jure vel facto in bonis antefatis, hujusmodi recognitionis & renuntiationis teſtes ſunt Johannes & Conradus de Elbene clerici, Theodoricus & Ottho de Elben Fhylo de Wehen Fridericus de Hertingeshuſen Guntherus de Vennehe Thomas & Henricus ſui filii armigeri Johannes Waltheri Boidegerus de Thuſen Myuckel Arnoldus Roybere Hartungus & Ditmarus Stindoleib

doleib ſcabini in Gudensberg, in quorum evidentiam damus hanc literam noſtro & ſigillo oppidanorum in Gudensberg, quod ad noſtros & puerorum noſtrorum rogatus eſt appenſum preſenti fideliter communitam. Et nos Johannes Waltheri Rudegerus de Thuſen Mynckel Arnoldus Royber Hartungus & Dyth. Stimdeleib ſcabini in Gudensberg recognoſcimus præfatis recognitioni & renuntiationi interfuiſſe & ſigillum noſtræ univerſitatis ad preces ſtrenui viri domini Ottho Hunt militis & ſuorum puerorum appenſione huic cartæ. Datum & actum in oppido Gudensberg anno Domini MCCC XII.

CCLXXXIX.

Venditio & ſtipulata warandia ſuper dictis bonis.

In nomine Domini amen. Actiones hominum faciliter exſufflantur niſi firmo litterarum munimine fulciantur. Hinc ego Ottho miles dictus Hunth recognoſco tenore preſentium publice profitendo quod matura deliberatione & ſana antehabita communicataque manu Alheydis meæ conthoralis legitimæ, atque cum libera & expreſſa voluntate unanimi & parili de conſenſu omnium filiorum & filiarum mearum videlicet Otthonis Hermanni Alberti Widekindi Alheydis Sophye Gyſslæ Jutthe Luckhardis & Methildis, honorabili viro domino Gotfrido dicto Godelib canonico eccleſiæ Fridslar. vendidi duos manſos in villa & campis villæ Metzhe ſitos, quorum manſorum unum nunc Albertus dictus Gylle excolit, & alium Conradus Opilio excolit ibidem eo jure onere & honore quibus eosdem in domibus horreis, curiis, curtis, pratis paſcuis agris cultis & incultis ſilvis viis & inviis nemoribus aquarum decurſibus & generaliter omnibus juribus tenendos locandos utendos & titulo veræ proprietatis perpetuis temporibus poſſidendos quibus mei progenitores poſſederunt eosdem & ego multis retroactis temporibus poſſedi pacifice & utebar pro triginta marcis puri argenti pondere Fritzlar. quas triginta marcas ab eodem domino Gotefrido vero pondere Fridslar. & libra libratas integraliter me recepiſſe profiteor per preſentes ipſumque qui tum proclamans publice pecunia de eadem. Renuntio etiam expreſſe una cum omnibus meis dictis filiis & filiabus omni exceptioni doli mali defenſioni reclamationi juris vel facti ac reſtitutioni in integrum que mihi aut alicui meorum ſucceſſorum poſſent in contrarium ſuffragari ac generaliter omni beneficio juris canonici & civilis que contra predictam ſimplicem venditionem oppoſitionis & contradictionis poſſent materiam quomodolibet generare. Dolo inſuper & fide data promitto dictorum manſorum warandiam facere debitam ubilibet & conſuetam. Hujus venditionis teſtes ſunt & eidem affuerunt honorabiles

rabiles viri domini Hermannus de Grüne cantor eccleſiae Fridslar. Hermannus de Falckenberg plebanus in Martorff Conradus de Geinſingen ſcolaris dicti domini cantoris Theodoricus Therckis Bertholdus Beverungen Bertholdus filius dicti Therckis & alii quam plures vocati pro teſtibus & rogati, jn hujus igitur venditionis & renuntiationis evidentiam ac perpetui roboris permanentiam do has litteras ſigillo meo & ſigillo predicti domini H. cantoris quod ad meos rogatus eſt appenſum preſentibus fideliter communitas & nos Hermannus de Grüne cantor dicte Fridslar. eccleſiæ recognoſcimus omnibus preexpreſſis affuiſſe & interfuiſſe & ad preces ſtrenui viri domini Otthonis militis predicti dominæ Alheidis ipſius uxoris & filiorum filiarumque ipſorum predictorum inſtantias noſtrum ſigillum appoſuiſſe preſentibus in teſtimonium premiſſorum. Datum & actum Fridslar. die Dominica quo in eccleſia Dei cantatur reminiſcere anno Domini MCCCXIII.

CCXC.

Renuntiatio uxoris & liberorum.

Nos Johannes de Elbene paſtor eccleſiæ in Griffede Conradus de Elbene plebanus ibidem Thylo de Elben officiatus in Gudensberg Wehenerus miles dictus de Gudenburg Hermannus Thilemannus dicti de Elben & Herbertus caſtrenſes in Gudensberg Bruno Heberling Theodoricus Stindeleib Rudegerus de Thuſen Hartungus ceterique ſcabini oppidi in Gudensberg recognoſcimus tenore preſentium publice profitendo, quod præſente valido viro domino Otthone milite Hunt conſtituti coram nobis honeſta matrona domina Alheidis legitima collateralis dicti domini Otto: Ottho Hermannus Albertus Widekindus Alheidis Sophia Gysla Jutta Lutkardis & Metza filii & filiæ dictorum dominorum, Ott. & Alheidis venditionem duorum manſorum in villa & campis villæ Metzen ſitorum cum omnibus uſufructibus & juribus quorumque nomine cenſeantur unius quem nunc Albertus Gyll excolit alius quem Conradus Opilio excolit ibidem agris etiam cultis & incultis paſcuis, nemoribus, curiis, curtis, horreis & ſimpliciter omnibus ſuis attinentiis honorabili viro domino Gotfrido Godelib canonico Fridsl. eccleſiæ pro triginta marcis puri argenti venditorum titulo proprietatis perpetuis temporibus poſſidendorum per ipſorum patrem dictum dominum Otthonem factam approbantes extenſis manibus parilibus vocibus unanimiter eidem conſenſerunt renuntiantesque voce libera omni exceptioni doli mali reſtitutioni in integrum & omni defenſioni juris canonici & civilis que ipſis inpoſterum poſſent contra dictam venditionem quomodolibet ſuffragari. In hujus igitur approbationis conſenſum & renuntiationis evidentiam nos Thylo

de

de Elben officialis predictus ad rogatus meorum cognatorum videlicet Johannis & Conradi clericorum ſupradictorum & aliorum meorum concaſtrenſium prefatorum, qui, quia ſinguli ſigulis carent ſigillis & Bruno Theod. Rudegerus Gartung ceterique ſcabini oppidi Gudensberg noſtra ſigilla ad ſepeſatæ dominæ Alheidis ſingulorumque ſuorum puerorum ante numeratorum rogatus & preces appoſuimus huic cartæ. Datum & actum Gudensberg ipſo die Gregorii anno Domini milleſimo CCCXIII.

CCXCI.

Littera ſuper molendino ad idem altare pertinente.

In nomine Domini amen. Officialis prepoſituræ Fridslar. in cauſa quam Gotfridus dictus Thekes ſacerdos contra Conradum dictum de Wehene proſequitur in judicio coram nobis dicto actore proponente quod idem reus quoddam molendinum juxta villam Wehen ſitum cum quo altare ipſius in eccleſia Fridslar. dotatum extitit, tenere invaſiſſet & molendinarium de dicto molendino potenter deduxiſſet in eccleſiaſticæ libertatis contumeliam nec non in ipſius Gotfridi prejudicium non modicum & gravamen reo ad hoc reſpondente quod dictum molendinum cum ſuis pertinentiis per judicem ſecularem arreſtaret & juſto modo vinciſſet, allegationibus petitionibus & reſponſionibus ut premittitur a partibus hinc inde propoſitis termino ad interloquendum ſuper premiſſis aſſignato viſis prænarratis & eis diligenter examinatis inter peritorum conſilia communicato interloquendo pronuntiamus judicem ſecularem ſuper bonis eccleſiaſticis nullam autoritatem habere arreſtandi ſeu judicandi ſecus ſi fecerit ſacrilegus eſt cenſendus præcipientes nihilominus ipſi reo & infra octo dies ſub pena excommunicationis latæ ſententiæ a dato preſentium computandos molendinarium quem de privato loco deduxit ut ſuperius eſt expreſſum reducat pacifice & quiete in ipſius molendini poſſeſſionem corporalem & exceſſu per ipſum commiſſo de dicto Gotfrido leſo ac nobis infra predictum tempus ſatisfaciat cum emenda debita & condigna lata eſt hec interlocutoria anno Domini MCCCXXIIII. XII. kal. Octobr.

CCXCII.

Litteræ ſuper quarta parte manſi in Metze.

Ego Conradus de Bugishuſſen armiger recognoſco publice in his ſcriptis quod de mutuo conſenſu & bona voluntate Conradi mei filii

una cnm Henrico de Schuzeberg opidano in Wolffhain meo coherede vendidi honorabili viro domino Hermanno de Falkenberg cantori eccleſiæ Fridslarienſis noſtram quartam partem manſo ſiti in campis villæ Metze, quem manſum una cum honorabilibus viris dominis decano & capittulo dictæ Fridslar. eccleſiæ nec non cum dictis de Holtzhuſen & dictis Hunt indiviſe jure hereditario proprietatis titulo tenuimus & poſſedimus pro ſeptem talentis Haſſienſ. denar. quorum media pars me contingit per eundem dictum cantorem pro dicta quarta parte manſi memorati traditis & plenarie perſolutis renuntians preſentibus pro me dicto meo filio ac omnibus meis heredibus hujus quarta parte manſi memorati & omni juri quod mihi dicto meo filio ac meis hæredibus competere poterit in eadem & pono ac manumitto pro me dicto meo filio ac meis hæredibus quantum in nobis eſt præfatum dominum cantorem in poſſeſſionem quartæ partis manſi prænotati promittens pro me dicto meo filio ac meis hæredibus debitam de dicta quarta parte manſi prælibati velle & debere facere warandiam quandocumque requiſitus fuero aut fuerit oportunum. In quorum premiſſorum teſtimonium damus ego & filius meus preſens ſcriptum ſigillis honorabilium virorum domini Alberti de Rumerode canonici eccleſiæ Fridslar. & officialitatis prepoſiture ejusdem eccleſiæ ad preces noſtras preſentibus appenſis fideliter communitum & nos Albertus de Rumerade canonicus eccleſiæ Fridslarienſis & officialis præpoſituræ dictæ eccleſiæ recognoſcimus nos ad preces Conradi de Bungishuſſen & Conradi ejus filii ſigilla noſtra preſentibus appendiſſe in teſtimonium omnium præmiſſorum teſtes hujus rei ſunt Johannes plebanus in Gumpeth Conradus dictus Monich Henricus dictus Biſchoff rector ſcolarum in Fridslar & quam plures alii fide digni. Datum anno Domini MCCCXLV. In die beati Lamperti.

CCXCIII.

Recognitio renuntiationis.

Nos Albertus de Rumerode canonicus eccleſiæ Fridslarienſis & Webrnerus officialis prepoſituræ dictæ eccleſiæ recognoſcimus in hiis ſcriptis quod conſtituta coram nobis Ermentrudis relicta quondam Ludovici Bengishuſien renuntians expreſſe ſimpliciter & in toto omni juri quod ei de quarta parte unius manſi ſiti in campis villæ Metze competebat ad cujus preces noſtra ſigilla ad hanc cartam que huic literæ eſt transfixa duximus firmiter appendenda. Dat. anno Domini MCCCXLV. In die beati Lamperti.

CCXCIV.

CCXCIV.

Ulterior recognitio.

Ego Henricus de Schutzberg opidanus in Wolfhagen recognoſco publice in hiis ſcriptis quod de mutuo conſenſu & bona voluntate Henrici mei filii Kunegundis Melchildis Katherinæ Alheidis Eliſabeth Sophiæ & Griſe filiarum mearum una cum Conrado de Berningshuſſen meo cohærede vendidi honorabili viro domino Hermanno de Falckenberg cantori eccleſiæ Fridslarienſis noſtram quartam partem manſi ſiti in campis villæ Metze quem manſum una cum honorabilibus viris dominis decano & capitulo dictæ Fridslarienſis eccleſiæ nec non cum dictis de Holtzhuſſen & dictis Hundt indiviſum jure hæreditario proprietatis titulo tenuimus & poſſedimus pro ſeptem talentis Haſſien. denariorum quorum media pars me contingit per eundem dictum cantorem pro dicta quarta parte manſi numeratis traditis & plenarie perſolutis renuntians preſentibus pro me & meis hæredibus ſupradictis de hujusmodi quarta parte manſi memorati & omni juri quod mihi & meis hæredibus competere poterit in eisdem. Et pono ac manumitto pro me & dictis meis hæredibus quantum in nobis eſt præfatum dominum cantorem in poſſeſſionem quartæ partis manſi prænotati promittens pro me & andectitis meis hæredibus debitam & de dicta quarta parte manſi prelibati velle & debere facere warandiam quandocumque requiſitus fuero aut fuerit oportunum. In quorum præmiſſorum teſtimonium damus ego & hæredes mei prænotati preſens ſcriptum ſigillo univerſitatis opidi Wolffhagen ad preces noſtras preſentibus appenſo fideliter communitum. Et ego Henricus de Schutzbergk nunc temporis proconſul & nos ad preſens ſe cum ſcabini in Wolffhagen videlicet Arnoldus de Doringenberg Wigandus Hulſs Mylies Wehrner Schmides Conradus Kempe Hermannus Gerlaci Hermannus Volcwini Balhorn de Ritte Thilo Heynen Henricus Hoeſe & Johannes Bottingen pariter profitemur quod ad petitionem Henrici de Schutzberg proconſulis anteſati & ſuorum puerorum prænominatorum ſigillum univerſitatis Burgenſium in Wolffhagen preſenti litteræ appoſuimus in teſtimonium premiſſorum. Datum anno Domini MCCCXLV. In die beati Lamperti.

CCXCV.

Fundatio altaris ſanctae crucis.

Ich Herman von Weinsbergk wepener Reinhart und Herman meine ſone bekennen offentlich an dieſſem briffe vor unſs und vor unſer rechten erben umb den altar des heiligen Creutzs den her Henrich gnant von Weinsberg etwan altariſta zu Fridslar dem Got gnade mit radt her Henrichs von Weinsberg etwan ſchulmeiſter zu Fridslar meins Bruders dem Gott gnade und hern Johans gnant Biſchoff altariſten daſelbſt zu Fridslar ſelgerede des vorgenanten hern Henrich in dem vorgnanten ſtiffte zu Fridslar geſtifft und gemacht hat, den ich Herman von Weinsberg vorgnant dem beſcheiden manne hern Arnoldt gnant Schade gereide gelehin hain, der der erſte rector und vormunder desſelben altars iſt, daſs diſſe ſtifftung deſſelben altars geſcheen iſt mit unſerm wiſſen, rathe, verhengniſſe und gutem Willen mit ſolchem underſcheide das ich Herman vorgnant denſelben altar lihen ſoll dweil daſs ich lebe, wan ich aber nit lenger were ſo ſollen wir Reinhart und Herman gebruder vorgnant denſelben altar lihen auch zu unſerm leibe, were aber daſs wir von tode abegingen ſo ſolle die lehenſchafft dan vorthmehr gefallen alleweg uf einen ſchulmeiſter zu Fridslar der ſolde dan denſelben altar ewiglich verlihen alſs dick alſs er ledig worde auch ſol man je vor allen dingen denſelben altar lihen eine biderbin pfaffen binnen dreien monaten der zuuor en truwen geloben ſall daſs er binnen eim jar prieſter werden ſoll ob er nicht gereide prifteren iſt, und der priſter ſoll je in der wochen uber denſelben altar vier meſſe leſſen oder leſſen laſſen ob er in dem erſten jar nit priſter iſt, die erſte meſſe von dem heiligen Creutz die ander von unſer frauwen die drit von allen gleubigen ſeelen die virde von dem tage wer auch daſs derſelbe pfaffe nicht binnen eim jar priſter wurde ſo ſolde derſelb altar widder uf die lehenhern gefallen zu lihne ledig und loſs und die lehenhern die zu zeiten weren ſolten dan denſelben altar eine andere biderbin pfaffen lihen und dem nicht mehr der jn vor hatte auch iſt geredt were das wir Reinhart und Hermann gebruder vorgnant zweitrechtig wurden undereinander denſelben altar zu lihen alſo daſs wir jn binnen dreien monaten nicht eintrechtiglich verlihen als vorgeſchriben ſthet ſo ſolde ich Reinhardt vorgenant ſeint deme daſs ich der eltſte bin denſelben altar vorlihen in dem virden monath ohn allerhande widderſprache Hermans meins bruders vorgnant enthede jch aber des nicht wan dan der virde mondt umbqueme ſo ſolde ein ſchulmeiſter zu Fridslar der zu zeiten were denſelb altar vorlihen zu dem mal und zu der zeit ohn widderſprache unſ r vorgenante gebrudere in alle

der

der maſſe und weiſſe wie vorgeſchriben ſtehet. Und zu urkundte und ewiger gezeugniſs aller dirre vorgeſchriben dinge und ſtucke ſo han jch Herman von Weinsberg wepener vorgnant mein eigen ingeſigel zuuorderſt an diſſen briff gehangen vor mich und vor mein erbin auch han ich Reinhart vorgnant auch mein ingeſigel an diſſen briff gehangen vor mich und vor Herman mein bruder vorgenant des ich Herman vorgnant ſentemal das ich kein eigen ingeſigel enhan mit jme ſementlichen gebruche. Datum anno Domini MCCCLXI. feria ſexta proxima poſt Dominicam qua cantatur quaſi modo geniti.

CCXCVI.

Domus praedicti altaris venditur.

Ich Herman von Sweinsbergk wepener und Reinhart und Herman meine ſone bekennen offentlich an diſſem briffe das wir unſer vollenbort und guden willen darzu gegeben hain und geben daſs her Hartlib Lendeman altariſt zu Fridslar gekaufft umb hern Arnolde gnant Schade auch altariſte zu Fridslar ſein haus das gelegen iſt uf dem platze daſs da hort zu dem newen altar des heiligen Creutzes das her Henrich gnant von Sweinsbergk etwan auch altariſt zu Fridslar dem Gott gnade geſtifft unde gemacht hatt in dem ſtiffte zu Fridslar des ich und mein vorgnant ſone lehnhern ſein dweil das wir leben vor ſechs und virzig pfund Heſſiſcher pfennige, alſo daſs her Arnold vorgnant dem ich denſelben altar gelihen han die vorgenante ſommen geldes renden und keren ſoll an beſſerung nutze und jerliche gulten des vorſchribenen altars alſs in dunket das jme und ſein nachkommlingen bequemlichen ſei, und des zu urkunde ſo han wir Herman und Reinhart mein ſon vorgnant unſer ingeſigele an diſſen briff gehangen des ich Herman Reinharts bruder vorgnant ſentdemal daſs ich kein eigen ingeſigell habe mit jn ſemptlich gebruche. Dat. anno Domini MCCCLXI. feria ſexta qua cantatur quaſi modo geniti.

CCXCVII.

Littera domus vicariae.

Ich Hartlieb Lendeman pfarher zu Hadamar becken offentlichen an diſſem gegenwertigen brieff das ich mit gudem vorbedachtem mude und wiſſentliche ſache reddelichen und rechtlichen hain verkaufft dem beſcheiden manne hern Thilman von Kirchain pfarher zu Ottera und wem er vergifftiget beſcheidet verkeufft oder verſetzet, mein zwei

hauſſe und habereide und was darzu gehoret da ich itzund inne wohne die da ligen uf dem platz zu Fridslar an der ecken bei Johan Volzhardes gegen Johan Bodeckere die etwan waren ein bei namen hern Arnoldes Schaden priſters und daſs ander Johannis Hornungs burger zu Fridslar, mit alle dem rechten notz und ehren alſs ich die huſung egnant biſs her gehat hain in aller eigener erblicher weiſſe ruwelichen und ewiglichen zu beſitzen und noch alle ſeinem willen zu beſtellenden vor vir und ſechszig pfundt Heſſiſcher pfennige Fridslar were die er mir daruor gentzlichen und nutzlichen gegeben und bezalt hat der ich jn ſage ledig und loſſ an deſſen briff, und verzihe kuntlichen der egenanten hauſe hobereide und was darzu gehoret und alle meins rechten das ich daran hatte oder gehaben mochte gentzlichen und zumale und ſetze den egenanten hern Thilman und wem er vergifftiget beſcheidet verkeufft oder verſetzt die egenante huſſe Hobereide und was darzu gehoret in ewelichen eigene gewehr der hauſung als vorgeſchriben ſteht und in alle daſs recht und eigenſchafft als ich darane gehat hain und gehaben mochte, und gelobe dem egenanten hern Thilman und wem er vergifftiget beſcheidet verkeuffet oder verſetzt die egenante hauſſe Hobereide und was darzu gehort rechte gantze werſchafft zu thun der egenante hauſſung in aller eigen erblichen weiſse alſs dick alſs des noth geworde und ſie daran nymmer zu hindern mit worten oder wercken heimlichen oder offenbar in keiner hande weiſſe, ausgenommen zwelff ſchilling pfennig geldes dem capittel des ſtiffts zu Fridslar alle jerlichs aus der egenanten hauſſunge zu zinſe. In kuntſchafft und zu urkunde dieſes kauffs und ſache alſs vorſteht geſchriben geb ich Hartlib egenant diſſen briff mit der officialitet der probſtei zu Fridslar und mit mein ſelbs jngeſigeln beſigelt dabei geweſt ſeint zu gezeugen die clugen lude her Thilman von Kirchain pfarher zu Wehene her Arnoldt Schade altariſt und Berthold Beberung burger zu Fridslar. Und wir official der probſtei zu Fridslar beken daſs wir unſer officialitet egnant inſigel durch bede willen des egnanten hern Hartliebes an diſen brif gehangen hain der geben iſt du man zalte nach Gots geburt dreizehenhundert jar in dem acht und ſechszigſten jare am montag nach der heiligen Petri und Pauli apoſtel tage in der gerſte erne.

CCXCVIII.

Dicta domus redit ad vicariam.

Wir Johann von Schonawe unnd Conrad von Melſungen canonick Johan Fritze und Gotſchalk von Derſſe altariſten der kirchen zu Fridslar

lar bekennen offentlich mit dieſſem briffe das wir alſs gekorne ſunlude zuſchen den erſamen priſtern hern Johan von Harlon vicarien in der vorgenanten kirchen als eine treuhender und ausrichter des teſtaments etwan hern Thilmans von Kirchain ſeligen pfarher du er lebte zu Ottera uff eine ſeitten und hern Johan von Hadmar pfleger des altars des heiligen creutzs uff dem letter uf die ander ſeith umb ſolche zweitracht alſs zuſchen jn erlauffen was von eins hauſſ wegen gelegen in der ſtat Fridslar an der ecken uffm platze daſs der vorgenant her Thilman ſelige alſs er lebte innehatte und her Johan von Hadamar angeſprochen hatte und aneſprache in meinung daſs es jn recht zu ſeime altar egnant gehorte und jme als eime pfleger deſſelben altars volgen ſolten mit beider vorgnanten parthien wiſſen und willenn freundlich gethedingt und geredt haben und derſelben parthei meinung eigentlich verhort und gewigen und wan nun wir jn den redden funden und gelernt han daſs das obgenante hauſs mit ſeiner hobereiden von alder zu dem vorgnanten altar gehort hat und dauon gefrembt was und auch daſs der egenante her Thilman daſelb haus mit drittenhalb pfundt geldes jerlicher gulde uf widderkauff bei ſeinem leben beſchwert hatte poben den grundtzinſſ den es gildet den erſamen hern den canoniken das die beſſerung des hauſſ dar poben gering was, des han wir die vorgnante parthei von macht wegen alſs ſie unſs darzu eintrechtlich gegeben han umb daſs dick genannt hauſſ und hobereide und alle zweiung die darumb zuſchen jn als vorgeſchriben ſtehet erlauffen ſein freundtlich und einmutiglich geſinnet bericht geſaſt und virſcheiden und ſuenen berichten ſaſſen und beſcheiden ſie mit crafft diſſ briffs daſs her Johan von Harlon alſs ein teſtamentar. vorgenant daſs Hauſſ und hobereide mit nutzen und beſchwerung alſs daſs her Thilman gelaſſen hatte durch heil deſſelbn hern Thilmans ſeele zu dem vorgnanten altar des heiligen creutzſſ uf dem Lettor leddiglichen und ohne widderrede ſoll volgen und ewiglich gehorn laſſen. Und her Johan von Hadamar als ein pfleger deſſelben altars daſs hauſſ auch alſo zu ime nemen und alle gulde die daruff als vorgeſchriben iſt ſthet, damit auch das haus hinder diſſem hauſſe ſtehet nit zuſchicken hat, alſo beſcheidlich welche zeit her Johan von Hadamar mergnant ob eſs jn geluſtet die gulden der drittehalb pfunt gelts ein theil oder alle abkeuffen kan geben mag oder verkeuffen wem er will es enſei eme gefallen von ablöſunge andere gulden deſſelben altars ohn aller lude widderredde diſſe richtung und ſune han beide parthei vorgnant von uns mit gutem willen und rechten wiſſen uffgenommen und geredt zu halten ohn geuerde, und zu urkunde aller diſſer vorgeſchriben ſache und richtung hain wir gekorne ſun luden obgenant gebeden den erſamen man den official der probſtei zu Fridslar daſs der ſeiner officialitet ingefigel zu

kunt-

kuntſchaft an diſſen briff hat gehangen daſs wir official egenant umb der vorgenanten herren willen uns erkennen an diſſem briſſe, der gegeben iſt alſs man zalte nach Chriſti geburt anno Domini milleſimo quadringenteſimo primo. In vigilia beatæ Catherinæ virginis.

CCXCIX.

Altarè S. Nicolai dotatur.

Univerſis hec viſuris ſeu audituris officialis prepoſituræ Fridslarienſis ſalutem in Domino. Notum facimus quod coram nobis conſtitutus perſonaliter magiſter Rotherus de Balhorn altariſta eccleſiæ Fridslarienſis predictæ nobis exhibuit oſtendit & preſentavit quandam patentem litteram ſigillo communitatis in Treiſe firmiter communitam non abolitam non abraſam non vitiatam non cancellatam nec in aliqua ſui parte ſuſpectam ſed omni vitio & ſuſpicione carens ut prima facie apparebat cujus tenor inferius deſcribitur quod petiit tranſcribi fideliter & publicari & ad perpetuam rei memoriam reputantes petitionem magiſtri Rotheri predicti fore juſtam & contonam rationi fecimus ipſum fideliter tranſcribi & publicari noſtrique ſigilli appenſione muniri & collationem fieri coram nobis volumusque deinceps quod preſentibus transactis fides plenaria adhibeatur in omnibus & per omnia ſicut originali prefato, quibus premiſſis authoritatem noſtram interpoſuimus tenor vero prefate litere talis eſt. Nos Gottfridus dictus Hochmut & Elizabeth conjuges legitimi opidani in Treiſe recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes quod ſana deliberatione prehabita coadunatisque manibus manſum unum ſitum in villa quæ eſt dicta Beſſe ſpectantem ad Ludovicum minorem annis quondam Ludovici de Borcken & mei ſcilicet Eliſabeth predicte filium ſucceſſione hereditaria cum omnibus ſuis juribus & appendiciis inquirendis pariter & queſitis honorabili viro domino Johanni de Misna canonico Fridslarienſi & Henrico dicto de Alsfelt opidanis ibidem teſtamentariis ſeu fidecommiſſariis quondam Wehrneri dicti Schollt convertendis ad uſum ſeu ad dotationem altaris ſancti Nicolai in eccleſia Fridslarienſi & comparatis de bonis relictis ab ipſo Wehrnero pro precio viginti quatuor talentarum denariorum Fritslar. uſualium vendidimus ac etiam vendimus in hiis ſcriptis abdicantes a nobis & predicto Ludovico cujus tutelam & adminiſtrationem gerimus quidquid ipſi & nobis in manſo predicto competebat ſeu in futuro competere videretur quam quidem pecuniam de manibus dictorum fidecommiſſariorum recepimus eam in uſus utiles dicti Ludovici minoris per ſuæ ſororis traditionem ad monaſterium ſancti monialium in Heide & neceſſarios convertentes in ipſa etiam venditione renuntiamus omni

actioni

actioni impetitioni exceptioni & omni juris auxilio tam canonici quam civilis per quod poſſemus in poſterum venditionem prehabitam annullare ſtatuentes dictum altare ſeu ſuum vicarium qui eſt vel qui pro tempore fuerit dicti manſi perpetui & verum poſſeſſorem prommittimus etiam ad cavendum omni indemnitati dicti altaris omnem impetitionem que anſprache vulgariter dicitur quotiens neceſſe fuerit deponere . . . noſtris laboribus & expenſis. Hujus venditionis teſtes ſunt honorabiles viri Johannes de Miſna & Dithericus de Borck canonici Fridslarienſes Albertus plebanus in Heynincheshuſen & Winterus ſacerdos Volmarus comes, H. de Holzheim Haple & Craffto opidani & conſules ibidem. In horum autem omnium certitudinem ampliorem nos Volpertus ſcultetus Rudulffus Arnoldus filius ſuus Meingos in Treiſa ad preces Gotfridi & Eliſabeth Lattemann de Alpfelt Johannes monetarius Wigandus Hochmuth Dither Rufus & Johannes ſuus frater ceterique conſules in Treiſſa ad preces Gotfridi & Eliſabeth predictorum ſigillo noſtro preſentem litteram dedimus firmiter communitam. Datum anno Domini MCCC ſexto II kal. Junii acta ſunt hæc ſub anno incarnationis Dominice milleſimo trecenteſimo octuageſimo octavo duodec. kal. Januarii preſentibus Henrico Fretterin vicarii in eadem eccleſia & domino Johanne Munden altariſta ibidem teſtes ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

CCC.

Inſtituitur vicaria S. Viti.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam geſta laudabiliter ne in oblivionis excidium deveniant convenit litterarum teſtimonio roborari hinc eſt quod ego Ludouicus de Merkebach canonicus eccleſie Fridslarienſis divinæ pietatis fervore accenſus ac terrena in celeſtia felici commertio commutare cupiens de bonis meis mihi a Deo collatis vicariam perpetuam in altari ſancti Nicolai in predicta Fridslar. in dem Stimche in honorem ſancti Viti de expreſſo honorabilium virorum dominorum decani capituli eccleſie Fridslarienſis jam dictæ beneplacito & conſenſu inſpirante Domino feliciter inſtaurare ipſamque vicariam certis bonis ac redditibus dotare decrevi pro laude Dei & divini cultus augmento in hunc modum quod poſt obitum Ludouici filii Catharinæ ſororis meæ quem ad ipſam vicariam ſancti Viti preſentibus inſtituo preſati domini decanus & capitulum memoratæ eccleſiæ quotiens eam vacare contigerit preſentabunt ad eamdem perſonam idoneam in ſacerdotio actualiter conſtitutam qui etiam vicarius divinis ſe ingerat & choro Fridslar. deſerviat ſicut alii altariſte tempore procedente & ut

ipſa vicaria perpetuo tempore ſubſiſtere & vicarius ipſius ferventius divinis inſudare valeat nomine dotis deputo & aſſigno eidem bona mea infra ſcripta videlicet bona mea que fuerunt Johannis Aliwan empta pro quinquaginta ſex libris denariorum ſita in campis villæ Werekele que excolit pronunc Hardmudus de Lohn item quatuordecim agros ſitos in dem Muleberge prope Torlon & duos agros in dem Wiſſenburn & quatuor agros in dem Wergarten quos excolit Hartlib de Balhorn in Torhlon & quosdam agros ibidem ſitos qui fuerunt dicti Stygers & dicti Vead ſitos an dem Muleberge quos excolit Hermannus de Balhorn & quinque ſolidos redditus quos prefatus Hermannus dat de quodam prato item do deputo & aſſigno eidem vicariæ domum meam ſitam contigue juxta curiam meam quam quidem domum apud Johannem Schindeleib comparavi cum curia & horreo eidem annexis & duos ortos ſitos ante munſterthor per vicarium qui pro tempore ſuerit percipiendos perpetuo & pacifice poſſidendos item lego trado & aſſigno eidem vicariæ triginta talenta denariorum Fridslar. qui recepi debent ante omnia de bonis meis que reliquero poſt mortem meam & converti debent in certos redditus duorum talentorum & cum eadem peccunia comparari pro vicaria antedicta. Volens & proteſtans publice in hiis ſcriptis quod de omnibus bonis ac redditibus predictis comparatis vel comparandis memorato Ludovico per me ut premittitur inſtituto nihil tribuatur niſi prius ad ſacros presbiteratus ordines ſit promotus & quidquid de eisdem bonis cedere vel decimari poterit anno quocunque medio tempore quo ad ſacros ordines presbiteratus promotus fuerit id conſeruari debet & in unam ſummam comportari pro bonis & redditibus pluribus comparandis ad ipſam vicariam ut idem Ludovicus aut vicarius pro tempore exiſtens ſuſtentationem habere valeat pleniorem. In horum omnium evidentiam & perpetui roboris firmitatem ſigillo honorabilis viri domini officialis prepoſituræ Fridslarienſis & meo ſigillo proprio dedi preſentem literam firmiter communitam & nos officialis prepoſituræ Fridslarienſis recognoſcimus ad preces dicti domini Ludovici de Meckebach & in evidens teſtimonium omnium præmiſſorum ſigillum præpoſituræ preſentibus appendiſſe. Datum anno Domini MCCCLII. In vigilia beati Bartholomei apoſtoli.

CCCI.

Et redditibus augetur.

Nos Henricus Berman & Kunegundis conjuges recognoſcimus publice in hiis ſcriptis quod manu communicata & bona deliberatione prehabita propter evidentem neceſſitatem noſtram vendidimus & juſte

ven-

venditionis titulo presentibus vendimus octo jugera nostra terræ arabilis sita in terminis campi villæ Torlon an dem Muelnberg cum omnibus suis juribus & pertinentiis universis quocumque nomine censeantur quemadmodum nos hactenus dignoscimur possedisse & ad me Kunegundem predictam ex morte prioris mei mariti existunt devoluta honesto viro Iwano filio quondam Conradi dicti Dudechin opidano Fridslariensi & suis heredibus jure hereditario perpetuo possidenda pro duodecim talentis denariorum Hass. legalium nobis in promptu solutorum & ut me Henricum predictum a captivitate qua graviter detinebar, liberarem que quidem octo jugera soluunt annis in die beati Michaelis strenuo viro Hermanno de Wehrne quatuor solidos denar. Hass. & renuntiamus expresse dictis jugeribus ut premittitur per nos venditis & omni juri ipsorum ore & manu literas per presentes promittentes facere warandiam debitam & consuetam in horum omnium evidentiam & perpetui roboris firmitatem sigillo conventus monasterii in Merkershusen & sigillo strenui viri Hermanni de Wehen predicti dedimus presentem literam firmiter communitam nos vero Prepositus priorissa & totus conventus monasterii in Merkershausen, quia Henricus Berman noster conversus apud nos captivatus existebat huic venditioni consensum nostrum plenarium adhibuimus & in signum consensus nostri sigillum conventus nostri apposuimus huic scripto & ego Hermannus de Wehrne armiger ad preces dictorum venditorum videlicet Henrici Berman & Cunegundis uxoris suæ sigillum meum apposui presentibus in evidens testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini MCCCXLIX, feria tertia post Dominicam qua cantatur judica me Deus.

CCCII.

Altari S. Liborii reditus legantur.

In nomine Domini amen. Nos Gerlacus Dei gratia abbas totusque conventus ecclesie Cappellensis ad notitiam tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod sacerdoti servienti altari quod domina Alheidis relicta Hartmudi dicti Swinougen in ecclesia Fridslariensi construi procuravit tria maldra siliginis & tria maldra avenæ infra beati Michaelis & beati Martini festa annis singulis perpetuis temporibus promittimus nos daturos ita etiam quod ad altare predictum prefate Alheidis, Hartmudi quondam sui mariti Hartmudi filii ipsorum ac Elisabeth filiæ eorundem ac ipsorum hæredum memoria perpetuo peragatur. Ne autem predicta a nostris successoribus infringantur præsens scriptum dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum anno Domini MCCLXXXI°. II. nonas Julii.

CCCIII.

Manſus legatur ad idem altare.

Ad eorum notitiam qui ſua intereſſe voluerint nos officialis prepoſituræ Fridslarienſis cupimus pervenire quod conſtituta coram nobis Juttha dicta Wenckerin famula domini Henrici de Gudensberg rectoris altaris ſancti Liborii in Fridslarienſi eccleſia recognovit ſe matura deliberatione & bona liberaque voluntate manſum ſuum ſitum in Obernzehener dictum Wenkeshube qui ad eam a ſuis progenitoribus hæreditario jure deſcenderat cum omni ſuo onere & honore quibus eundem manſum annis pluribus pacifice poſſederat donaſſe donatione inter vivos ad dictum altare ſancti Liborii in Fridslarienſi eccleſia deſerviendum perpetuis temporibus in ſuæ animæ ſuorumque progenitorum remedium animarum petens humiliter a nobis hanc litteram deſuper confectam ſigillo prepoſituræ Fridslarienſis ſigillari cujus juſtis petitionibus & devotis inclinati in teſtimonium dictæ donationis & memoriam ſigillum dictæ præpoſituræ appoſuimus huic ſcripto teſtes ſunt & affuerunt diſcreti viri domini Johannes de Sigen olim Prepoſitus ſanctimonialium extra muros Johannes dictus ſolidus & Thilmannus de Wehele vicarii eccleſie Fridslarienſis & alii plurimi fide digni. Datum feria quarta poſt Dominicam Letare anno Domini MCCCXXIX. &c.

CCCIV.

Prius legatum coram officiale iteratur.

Omnibus qui ſua intereſſe voluerint, nos officialis prepoſituræ Fridslarienſis cupimus ut ſit notum quod coram nobis conſtituta Juttha dicta Wenckeren famula domini Henrici de Gudensberg rectoris altaris ſancti Liborii in Fridslarienſi eccleſia, licet corpore debilis ſana tamen mente in ſuæ animæ ſalutem & ſuorum progenitorum memoriam manſum ſuum quem a ſuis parentibus multis temporibus pacifice poſſedit ſitum in Obernzehener legavit donavitque cum ſuis onere & honore dicti ſancti Liborii altari ab ipſius rectoribus perpetuo poſſidendum cetera vero bona ſua mobilia quorumcunque nomine cenſeantur ſive in veſtibus lectiſterniis aut utenſilibus vel pecudibus, omnia dicto ſuo domino Henrico de Gudensbergk donavit ſimpliciter & legavit, illis bonis mobilibus duntaxat exceptis que notabiliter & vocaliter per modum teſtamenti in remedium ſuæ animæ ut a Chriſti fidelibus fieri aſſolet aliis perſonis eccleſiaſticis deputavit petens a nobis hanc literam humiliter ſigillo prepoſituræ Fridslarienſis deſuper ſigillari cujus precibus

an-

annuentes noſtrum ſigillum huic ſcripto appoſuimus in teſtimonium præmiſſorum. Teſtes etiam affuerunt diſcreti viri domini Johannes dictus ſolidus ſuus confeſſor Thilmannus de Wohele vicarius Johannes de Sigen olim Prepoſitus ſanctimonialium extra muros & Wehenerus de Buren ſacerdotes. Datum die Urbani Papæ anno Domini milleſimo CCCXXIX.

CCCV.

Recognitio capituli ſuper praedicto legato.

Nos decanus ſcolaſticus totumque capitulum eccleſiæ Fridslarienſis recognoſcimus publice per preſentes quod dilecto nobis rectori altaris ſancti Liborii in ipſa eccleſia noſtra qui pro tempore fuerit dare debemus & volumus annis ſingulis perpetuis temporibus in feſto Michaelis ſex maldrorum ſiliginis & avenæ menſuræ Fridslarienſis redditus melioris crementi de decima noſtra in Geismar in omnem eventum quos dominus abbas & conventus monaſterii in Capelle ſibi dare tenebantur ita ſane ſi per grandinem ſeu exercitum aut terræ ſterilitatem vel aliud infortunium annona periret quo minus ipſe rector altaris anno quocumque predictos redditus de ipſa decima percipere poſſet ex tunc eccleſiæ noſtræ cellerarius hujusmodi ſex maldrorum redditus eidem rectori ſolvere & dare debebit omni contradictione penitus quieſcente. In horum omnium certitudinem ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum anno Domini MCCCXLIX. In die converſionis beati Pauli.

CCCVI.

Littera dimidii manſi pro altari OO. SS. in ambitu.

Ego Thilo de Kirchain oppidanus Fridslarienſis recognoſco in hiis ſcriptis publice profitendo quod matura deliberatione prehabita de conſenſu unanimi & voluntate omnium meorum hæredum & cohæredum vendidi & preſentibus vendo juſto venditionis titulo ad altare omnium ſanctorum in ambitu eccleſiæ Fritzlarienſis ad partem quæ nato Thilmanno quondam Alberti de Kirchain deputata eſt, ipſi Thilmanno & ſuis ſucceſſoribus qui pro tempore fuerint dimidium manſum meum ſitum in villa & campis villæ Haðamar, quem jure hæreditario longis temporibus pacifice poſſedi pro omni ſua utilitate poſſidendum pro viginti & octo talentis denariorum Haſſ. mihi pro dimidio manſo hujusmodi traditis numeratis & perſolutis renuntians preſentibus pro

me & meis hæredibus & cohæredibus univerſis omni juri mihi in dicto dimidio manſo & meis hæredibus & cohæredibus ex nunc competente & competere poſſe quomodolibet in futurum & ipſum jus in dicti altaris rectores qui fuerint transfero per preſentes. In cujus rei teſtimonium dedi preſens hoc ſcriptum ſigillo officialitatis prepoſituræ Fridslarienſis ad præces meas preſentibus appenſo fideliter communitum & nos officialis præpoſituræ Fridslarienſis recognoſcimus quod ad præces præſcripti Thilonis de Kirchain noſtræ officialitatis ſigillum preſentibus appoſuimus in teſtimonium omnium præmiſſorum. Datum anno Domini MCCCXXXIX. V. idus Aprilis.

CCCVII.

Cenſus annuus undecim flor. emitur.

Ich Johannes Glaſewalt altariſta ſanct Peters kirchen zu Fridslar Albertus ſein bruder bekennen vor uns und unſer erben daſs wir in bewieſsen Henriche von Wildungen mein Alberts obgenant vormunde, recht und reddelich ſo wir allermechtlichſt und beſtendlichſt gethun mogen verkaufft hain und in crafft diſſes briffs verkeuffen dem altar gnant altare omnium ſanctorum in der capellen im creutzgang der obgnanten ſanct Peters kirchen itzo beſitzer bin und mein nachkommen ülff gulden gelts jerlicher gulde aus unſer eigen erblichen wiſſen und eckern unther Lendtorff gelegen gnant in den ſtocken vor hundert und funff und ſibenzig gute geneme Rheiniſche gulden die uns die wirdigen und erbarn hern dechant und capittel von des altars obgnant wegen guttlich ubergeben und bezalt hain der wir ſie quit ledig und loſs ſagen in diſſem briffe, wir verkeuffer unſer erben ſollen und wollen dem obgnanten altar ſeinen beſitzern diſſe obgeſchrieben gulde alle jar uff ſanct Michaelistag guttlich geben weren und betzalen ſonder gerichte und notrecht wir verkeuffer unſer erben ſollen und wollen uns keinerlei freiheit gnade gewalt kommer verboth oder behelff geiſtlich oder wertlich widder diſſe verſchreibung uns zu gute und dem altar oder beſitzern zu ſchaden gebrauchen, wir verkeuffer ſollen und woln dem altar und beſitzer ſolchs kauffs rechte gantze volkommene gnuglich werſchafft thun und alle rechte anſprache abthun ſo dick und vil des noth iſt ungeweigert. Welcher wehrſchafft zu ſteuer wir obgnant verkeuffer unſer erbbriff der obgnanten wiſen und äcker gelegt haben hinter die wirdigen und erbarn hern dechant und capittel obgnant, doch haben wir obgnante verkeuffer vor unſs unſer erben die macht behalten ſolch eilff gulden gelts widder zu keuffen gantz mit hundert und funff und ſibenzig oder halb mit acht und achtzig gude

gene-

geneme Rheiniſche gulden wan uns geluſtet vor ſanct Michaelis tag ſo das alle vorſchienen gulde zuuor abezalt ſei alle geuerde ausgeſcheiden. Diſſes zu ſicherheit ſo hain ich Johanns Glaſsewalt obgnant vor mich mein erben mein ingeſigel an diſſen briff veſtiglich gehangen ſo hain ich Albertus obgnant den erſamen Henrich von Wildungen mein vormunden gebeten ſein ingeſigel an diſſen briff zu hencken daſs ich Henricus alſo bekenne, und zu mehrer ſicherheit hain wir beſampt Johannes und Albertus verkeuffer und Henrich von Wildungen als ein vormunde gebeten den erbarn hern official der probſtei zu Fridslar der officialitet ingeſigel zu hencken an diſſen briff das wir official alſo bekennen und gethan haben umb irer bede willen. Datum anno Domini MCCCCLXXXIIII. ipſo die Marci Evangeliſtæ.

CCCVIII.

Libra denariorum Haſſ. emitur.

Ich Henn Kyel burger zu Heimbergk bekennen in diſſem offen briffe vor mich mein erben das ich mit wiſſen und willen Peters meins ſonſs auch Clauſen meins eidens Eilen ſeiner ehlichen hauſſfrawen meiner dochter recht und reddelich verkeuffen und verkaufft hain in crafft diſſ briffs ein pfunt pfennige gelts Heſſiſcher wehrung jerlichs zinſes aus und von meinen acker von Haimberg uff dem wygenberge ſtoſſet uff Greden Steinhauſs und Cuntzen und Wiganden eckern nimants zinſshafftig, dem erbarn hern Johan Glaſewalt priſter beſitzer des altars aller heiligen im creutzgang zu Fridslar in ſanct Peters kirchen pro ſecunda perſona und allen ſeinen nachkommen vor achtzehen pfundt pfennige gelts die er mir guttlich zu meiner leibs notturfft vergnugt und bezalt hat der ich jene quit und loſſ ſage in diſſem briffe und ich meine erben ſollen und wollen vorgnante keuffer und ſeinen nachkommen beſitzer egnanten altars ſolchs kaufs ſo dick des noth geſchicht und zu aller zeit rechte ufrichtige und vollenkommen werſchafft thun und ine auch ſolch pfunt geldes zinſes halb uff ſanct Peters tag ad vincula gnant und die ander helffte darnach uff ſanct Peterstag ad cathedram gnant gutlich und ſonder allen ſchaden betzalen und ob ich meine erben uff ſolch termin jars ſeumig wurden an bezalung daſs doch nicht ſein ſoll erleuben ich und meine erben des an egnanten acker und anders an allen meinen gutern, und farende haben ſondern gerichtn und ohn alle notrecht zu erholen jedoch hat obgnanter keufer mir und meinen erben den gunſt und freundſchafft gethan das wir uns iglichen jars wan uns geluſtet das obgnant pfundt geldes widderumb mit achtzehen pfund pfennigen Heſſiſch guts ge-

nems gelts kauffen mogen doch alſo beſcheidtlich daſs aller vorſeſſener zins mit ſampt moglichen kóſten daruff ergangen zuuor obe guttlich entrichts und wol bezalt ſeien alle geuerde hiezu gantz und zumal ausgeſchloſſen, diſſe alle zu einer waren urkunde hab ich mit obgnanten meinen kindern und eiden gebeten den erſamen un achtparn Henrich von Wildungen rentmeiſter zu diſſer zeit zu Homberg ſein ingeſigel an diſſen briff thun hencken des ich Henrich itzgnant umb der obgenanten Hennen Peters Clauſs und Eilen bete willen alſo becken zu kuntſchafft hirüber. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo feria ſecunda proxima poſt Dominicam invocavit in quadrageſima &c.

CCCIX.

Variae poſſeſſiones acquiruntur.

Ich Contzman von Falckenbergk ritther und Wernher ſein ſon becken eins rechtlich vor unſs und all unſer erben offentlich an diſſem briffe das wir mit vor wohl bedachtem mude und mit guten willen rechtlich und reddelich verkaufft hain und verkeuffen unſer wiſſe die man nennet daſs ſtuck zuſchen Lentdorff und uns huſſen uf der ſchwalme und den acker der gelegen iſt vor dem roſen garthen, da man pflegt ufzuſtehende ſechs viertel korns ohn geuerde und den garten mit den beumen daſelbs mit allen iren zugehorungen und rechten als wir die gehat hain erſucht und unerſucht nicht ausgeſcheiden den beſcheiden leuden Henrich Nuwenhain burger zu Hombergk Katherinen ſeiner ehlichen wirthin und iren erben vor drei hundert gulden die ſie unſs dauor nutzlich bezalt han das wir ſie der quit ſagen in diſſem briffe und wir han die vorgenanten keuffer und ire erben geſatzt und ſetzen ſie mit crafft diſſes brifs in rechte und ruliche beſitzungen der vorgenanten wiſſen acker und garten die zu habende und die zu beſitzende zu beſetzen und zuentſetzende damit zu thun und zu laſſen zu alle irem notze und noch irem willen als mit anders irem eigen guthe ohn alle geuerde und wir hain vor unſs und unſer erben gentzlich daruff vorzihen und wir und unſer erben ſollen und wollen ſie und ire erben der wiſſen acker und garten mit alle iren zubehorungen und rechten wehren und in der rechte wehrſchafft thun wan und wie dick in des noth geſchicht ohn geuerde und ohn alle widderrede ohne verzog und ohn intrag wer auch ob die vorgnante verkeuffer oder ire erben die vorgnanten wiſſn garten und ackern mit iren zugehorungen furth imand verkeufften verſetzten geben oder beſcheiden und diſſen brief annerlegeten dan ſo ſollen und wollen wir und unſer erben

dem

dem und ſeinen erben oder nachkommen diſſen kauff und briff daruber und alle articul diſſes briffs ſtede und veſte halten ohn geuerde und ſie daran nicht hindern oder bedrangen und uns dawidder mit keinerlei behelffen geiſtlich oder wertlich daſs ſie daran gehindern moge des han uns die vorgenante kauffer die freundtſchafft gethan welchs jar wir oder unſer erben kommen vor ſanct Walpurgis tag zu in oder iren erben oder an wen die wiſſen acker oder garten queme nach dem als vorgeſchriben ſtheet und muden der umb ein widderkauff ſo ſollen und wollen ſie uns die mit iren zubehorungen widder zu kauffe geben vor drei hundert gude Rheiniſche gulden gudt von golde und ſchwehr gnug an gewichte und unſs dan widder darzu laſſen kommen mit aller eigenſchafft und rechte ledig und loſſ als vor, alſo beſcheidlich wan wir den widderkauff und die bezahlung alſo gethan hetten dan ſie oder jmandt von ir wegen an dem vorgnanten acker miſtrecht oder pflugrecht daſs ſollen und wollen wir oder wehr darzu queme von unſer wegen in gonnen nach gewonheit des landts und des felts da der acker gelegen iſt und ſie daran nicht hindern noch nymandt von unſern wegen, und aller vorgeſchriben redde und articul zu einem waren bekentniſs und urkunde ſtede und veſte zu halten ohn argeliſt und ohn geuerde han wir obgnante Cuntzeman von Falckenberg ritther und Wehrner ſein ſon vor unſs und alle unſer erben und nachkommen unſer jglicher ſein ingeſigel thun hencken an diſſen briff der gegeben iſt anno Domini MCCCC quintodecimo feria ſecunda poſt Dominicam quaſimodogeniti.

CCCX.

Prata & agri non niſi ſub certa conditione retro vendantur.

Ich Wernnher von Falckenbergk hern Cuntzmans ſeligen ſon bekenne vor mich und meine erben offentlich an diſſem briffe daſs ich rechtlich und reddlicher ſchult ſchuldig bin ohn zween gulden achtzig gulden guder Rheinſchen gulden dem beſcheiden Henrich Nuwenhain burger zu Homberg und Katherinen ſeiner ehlichen wirthin und iren erben die ſie mir guttlich und umb freundtſchaft willen gelehen han und ich oder meine erben ſollen und wollen in die guttlich widdergeben und betzalen als hirnach geſchriben ſtehet, mit namen iſt geredt umb die wiſſen die man nennet in dem ſtocke und den acker gelegen vor dem roſen garten und den garten mit den beumen die in der obgnante mein vatter ſelig und ich vor uff einem widderkauff vorkauff und vorſchriben hain daſs ich oder meins erben oder anders

jmandts von unſer wegen der nicht widderkeuffen oder loſen enſollen noch enwollen wir enhaben in den vor und erſt diſſe obgenante ohne zwen gulden achtzig gulden guttlich und gentzlich widder gegeben und zumal bezalt und ich han geredt und redde vor mich und alle mein erben daſs alſo ſtede und veſte zu halten ohn allerlei intrag und ohn gewerde. Und der zu einem waren bekentniſs und urkunde han ich Wernher von Falckenberg obgnant mein ingeſigel thun hencken an diſſen briff vor mich und meine erben. Datum anno Domini MCCCCXVIII feria ſexta proxima poſt diem ſancti Bartholomei apoſtoli.

CCCXI.

Bona alia acquiruntur ſed reluenda.

Ich Werner von Falckenbergk beken vor mich und alle meine erben offentlich an diſſem briff umb ſolch landt und ecker gnant der roſen garthen und ſtandisbige und das ſtocke als das mein vater ſeliger und ich vorſatzt hain und vorſchriben den beſcheiden luden Heintzen Nuwenhain burger zu Homberg und Catherinen ſeiner ehlichen wirthin und allen iren rechten erben noch ausweiſung ſolchs briſs den ſie daruber hain das beken ich Wehrner obgnant das mir die obgnant Heintze und Catherina uff das egnant landt und acker gethan han, zween und zwentzig gude Rheinſche gulden der ich ſie ſage quit ledig und loſſ in diſſem briff und han in geredt und geredde daſs wilch zeit ich oder mein erben wollen oder begerten daſs obgnante landt und ecker widder zu loſſen do ſollen und wollen ich und meine erben in und iren erben diſſe obgnante zween undt zwentzig gulden zuuore widder betzalen und ausrichten ohn alle widderredde oder behelff geiſtlich oder wertlich ohn geuerde, und diſſes zu einem waren urknnde und rechtem bekentniſs geb ich in diſſen briff vorſigelt mit meinem Wehrners obgnant ingeſigel veſte hiran gehangen vor mich und meine erben. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo quarto feria tertia proxima poſt feſtum purificationis beatæ Mariæ virginis.

CCCXII.

Bona in Ritthe emuntur.

In nomine Domini amen. Ego Henricus Brunonis plebanus in Gudensbergk teſtamentarius ſive manufidelis vel ultimæ voluntatis executor quondam Bruwardi dicti bei dem Borne oppidani ibidem mei

fratris

fratris recognoſco publice preſentibus profitendo quod maturo conſilio bonaque deliberatione prehabita juſto venditionis titulo vendidi pro ſolutione debitorum dicti quondam Bruardi mei fratris & teſtamento ipſius perficiendo prout ab ipſo accepi in mandatis bona ſita in & juxta villam Ritthe cum omnibus ſuis juribus ac pertinentiis quæ nunc excolit Wernerus Gisberti ad me per obitum dicti quondam Bruwardi mei fratris tamquam ad executorem teſtamenti ipſius & ex donatione inter vivos per ipſum mihi facta legittime devoluta honorabili viro domino Henrico Gisberti de Gudensberg officiali prepoſituræ Fridslarienſis & Chriſtinæ dictæ Dreſelerin de Fridslar per ipſos ac eum vel eos cui vel quibus bona ipſa donaverint legaverint vel aſſignaverint ſicut ea hucusque dictus quondam Bruwardus & ego habuimus tenuimus & poſſedimus jure hæreditario & proprietatis titulo perpetuis temporibus habenda tenenda & poſſidenda pacifice & quiete pro octoginta & quatuor talentis Haſſenſ. denariorum Fridslar. legalium mihi per dictos dominum Henricum & Chriſtianum emptores pro bonis eisdem traditis numeratis plenarie & perſolutis de quibus ipſos dico preſentibus quitos & ſolutos ponens & manumittens dictos dominum Henricum & Chriſtianum emptores ac eum vel eos cui vel quibus bona ipſa donaverint legaverint vel aſſignaverint in plenariam poſſeſſionem bonorum eorundem cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis. Renuntians expreſſe bonis ipſis & omni juri mihi & dicto quondam Bruwardo meo fratri competenti quomodolibet in eisdem atque ipſa bona cum ſuis juribus & pertinentiis quibuscumque in ipſos emptores ac eum vel eos cui vel quibus eadem bona donaverint legaverint vel aſſignaverint hæreditarie & perpetuo transfero per preſentes, & promitto eisdem emptoribus ei vel eis cui vel quibus ipſa bona ut prefertur donaverint ſolemni ſtipulatione verborum me velle & debere facere dictorum bonorum omniumque jurium & pertinentiarum ad eadem warandiam debitam & conſuetam quandocumque ipſis neceſſe extiterit & ſuper eo fuero requiſitus. In quorum omnium & ſingulorum evidens teſtimonium preſens ſcriptum ſive publicum inſtrumentum per Johannem notarium publicum infraſcriptum ad rogatum meum deſuper confectum & conſcriptum dedi & de predictis emptoribus ſigilli mei appenſione firmiter communitum. Actum & datum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quinto pontificatu ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri Urbani Dei providentia Papæ quinti menſis Auguſti vigeſima ſecunda die que fuit feria ſexta proxima ante feſtum beati Bartholomei apoſtoli hora diei tertiarum in curia prepoſituræ eccleſiæ Fridslar. preſentibus diſcretis viris magiſtro Gotfrido de Corbach altariſta eccleſiæ Fridslarienſis Henrico Waltheri laico & pluribus aliis fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Et ego Johannes dictus Wiſe de Caſſel clericus Mogunt. dioceſ publicus imperiali auctoritate notarius venditioni recognitioni pecuniæ ſolutioni bonorum manumiſſioni renuntiationi translationi warandiæ promiſſioni ſupradictis & aliis omnibus & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque cum ipſis ſic fieri vidi & audivi preſens publicum inſtrumentum exinde confeci propria manu conſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi per dictum Henricum Brunonis plebanum deſuper in teſtimonium rogatus & requiſitus

CCCXIII.

Bona praedicta donantur ad altare SS. Philippi & Jacobi.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum univerſis Chriſti fidelibus pateat evidenter quod anno a nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo nona die menſis Decembris hora diei ejusdem nona vel quaſi indictione prima pontificatu in Chriſto patris ſanctiſſimi ac domini noſtri domini Urbani divina providentia Pape ſexti anno primo in oppido Fridslar. Mogunt. dioceſ. in curia præpoſituræ ibidem in eſtuario ejusdem in mei notarii publici ſubſcripti & teſtium infraſcriptorum ad hoc rogatorum preſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis dominus Henricus Gerberti de Gudensberg ſcolaſticus eccleſiæ Rodinberg motus piis motibus affectans illorum eſſe particeps quorum oblivio in fine non erit ob perpetuam ſalutem animæ ſuæ & animarum progenitorum ſuorum memoriam meliori modo jure via & forma quibus melius & efficatius fieri potuit & valere, bona ſua ſita in & juxta villam Ritthe alias per ipſum emptionis titulo ab Henrico Brunonis quondam plebano in Gudensberg juſte & rite comparata cum uſufructu & obventionibus ſuis univerſis nec non onere & honore ad elemoſinas communium pauperum quas Henricus Brunonis rector cappellæ ſeu altaris beatorum Philippi & Jacobi apoſtolorum ſita in curia præpoſituræ Fridslar. ſui in dicto altari ſeparatim in ſecundis feriis perpetuo procurare debebunt & in augmentum reddituum elemoſinarum hujusmodi procurationi pertinentium benevole contribuit ac legittime donavit & irrevocabiliter aſſignavit dans tradens & aſſignans ſub modo forma & nomine preſcripto omne jus poſſeſſionem proprietatem & dominium que ſibi in prefatis bonis quomodolibet competebat prefato Henrico rectori dicte capelle ſeu altari & ipſis ſucceſſoribus univerſis etiam cum omnimoda impetitione & requiſita committens ſibi exnunc plenariam poteſtatem de prelibatis bonis faciendis ordinandis diſponendis prout ad

dicta-

dictarum elemoſinarum procurationem ipſi melius videbitur expedire absque etiam impendio hominis cujuscumque, renuntians omni juri auxilio per que hujusmodi donatio & aſſignatio in toto vel in parte vitiari irritari poſſet quomodolibet vel annullari promiſit prefatus dominus Henricus Stols mihi notario publico ſubſcripto ſolempniter ſtipulanti omnia & ſingula premiſſa & in preſenti inſtrumento contenta firma & rata habere & tenere & non contraſacere vel venire verbo vel opere quovismodo requirens me notarium publicum infraſcriptum ut ſuper hujusmodi unum vel plura publicum ſeu publica conficerem vel conficiam inſtrumenta. Acta ſunt anno menſe die indictione pontificatu & loco ſuperius deſignatis preſentibus honeſtis & diſcretis viris Johanne Frithonis Volperto dicto Crug altariſtis eccleſiæ Fridslar. nec non Henrico dicto Ronnenberg armigero pro teſtibus ad premiſſa vocatis & requiſitis.

Et ego Hermannus dictus Steingoſſe clericus Maguntinenſis dioceſ. publicus imperiali auctoritate notarius quia donationi aſſignationi ſtipulationi requiſitioni ac omnibus aliis & ſingulis premiſſis dum ut ſic premittitur agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque cum eisdem ſic fieri vidi & audivi ideo preſens publicum inſtrumentum exinde confeci propria manu ſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo conſueto ſignavi in teſtimonium omnium premiſſorum rogatus & requiſitus.

§. II.

In capella ſancti Johannis.

Altare S. Johannis X. alb. — Sancte Anne. Archipresbiter poſſeſſor dedit nichil. — Sancti Ciriaci capellanus domini commiſſarii dedit nichil.

In capella ſancti Nicolai & altaribus.

Altare ſanctorum Nicolai & Albani VI. alb. — Undecim millium virginum XV. alb. — Sancte Trinitatis. Notarius domini commiſſarii dedit nichil.

In cenobio monialium ſancte Katherine de altaribus.

Sanctorum Symonis & Jude. Notarius commiſſarii dedit nichil. — Pro ſecunda perſona XV. alb. — Sancti Bonifacii in capella vacat. — De eodem altari pro ſecundo perſonatu noviter inſtituto VIII. alb. — Altare beate Marie Magdalene X. alb. — Altare S. crucis in turri XIIII. alb. — De novo beneficio in ſummo altari fundato per quondam dominum Burghardum de Molsberg cantorem XII. alb.

In hoſpitali prope Fritzlariam de altaribus.

Summum altare in choro. Notarius commiſſarii dedit nil. — Pro ſecunda perſona XX. alb. — Altare Salvatoris in nova capella II. flor. — Sancti Andree apoſtoli propter paupertatem poſſeſſor dedit hac vice XII. alb. — Pro ſecunda perſona ejusdem XXIIII. alb. — Sancte crucis & trium Regum VIII. alb. — Altare beate virginis VI. alb. — Pro ſecunda perſona. Notarius collectionis dedit nichil. — Novum altare in medio eccleſie II. flor. — Pro ſecunda perſona D. Wigandus decanus collector dedit nichil. — Novum altare ante januam VII. alb. — Altare ſancte Trinitatis pro una perſona XXVI. alb. — Pro ſecunda perſona XVI. alb.

In capella ſupra pontem.

Altare S. Oswaldi XII. alb. — Pro ſecunda perſona VIII. alb. — Altare ſancti Johannis ſub ponte VII. alb.

In capella ſancti Georii.

Altare ſancti Georii XX. alb. — Altare ante chorum IIII. alb.

In

In Gudensberg de altaribus.

Altare S. crucis XII. alb. — Sancte Anne XX. alb. — Johannis Baptiſte XI. alb. — Pro ſecunda perſona VIII. alb. — S. Johannis Evang. XV. alb. — Sancti Sigismundi & omnium Sanctorum in hoſpitali X. alb. — Sancti Pancratii in caſtro XV. alb. — De capella S. crucis III. alb. — Novum altare beate virginis & ſancti Johannis XV. alb. — Commiſſio in ſummo altari VIII. alb. — Commenda der Bretzleben VIII. alb.

In Nydenſtein de altaribus.

Primiſſarie ibidem X. alb. — Pro ſecunda perſona primiſſarie X. alb. — Altare S. crucis & Andree I. flor. — Pro ſecunda perſona XXIIII. alb. — Altare undecim millium virginum X. alb. — Capella in Schomberg dominus Raw commiſſarius dedit nichil. — Altare S. Michaelis XX. alb. — Item de nova commenda in Wichturff noviter inſtituta IIII. alb.

In Kirchberg de altaribus.

Altare S. Mathei XXVI. alb. — De capella ibidem famulus domini commiſſarii dedit nichil. — Commiſſio in obern Vorſchucz VIII. alb.

In Czuſſchen.

Altare S. Jodoci X. alb. — Sancte Anne VI. alb.

CCCXIV.

Capella S. Joannis Bapt. cedit altariſtis eccleſ. Frideslar.

Richardus de Lapide ſuperiori decanus, totumque capitulum eccleſiæ Moguntinæ univerſis & ſingulis, ad quæ vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem in Domino. Cum Reverendiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter, dominus Adolphus Dei & apoſtolicæ ſedis gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis electus & confirmatus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector, capellam S. Joannis Baptiſtæ ſitam in atrio oppidi Frideslarienſis Moguntinæ diœceſis, cum omnibus juribus, pertinentiis, attinentiis, obventionibus, emolumentis & bonis, certis reſpectibus animum ſuum ad hoc moventibus, præſentiis ſeu quotidianis diſtributionibus, conſortio altariſtarum eccleſiæ ſancti Petri Frideslarienſis prædictæ diœceſis, per certas ſuas patentes literas incorporaverit, annexerit, & unierit, ita quod cedente vel decedente moderno poſſeſſore ſive rectore dictæ eccleſiæ, ſeu ipſam alias quolibet dimittente, liceat altariſtis pro tempore exiſtentibus, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem vel quaſi capellæ iſtius fructuum, reddituum & proventuum, jurium, pertinentiarum &c. nullo deſuper requiſito, libere & licite intrare, recipere ac ipſis uti, prout in deſuper confectis literis, ſigilloque præfati domini noſtri, domini Adolphi electi & confirmati ſigillatis plenius continet & habet, quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:

Adolphus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis electus & confirmatus, ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector honorabilibus altariſtis & conſortio altariſtarum eccleſiæ S. Petri oppidi noſtri Frideslarienſis devotis noſtris in Chriſto dilectis ſalutem in Domino ſempiternam. Inter cæteras ſollicitudines & curas, humeris noſtris incumbentes ad illa præcipue libenter intendimus, per quæ eccleſiarum & eccleſiaſticorum neceſſitatibus & inopiis provideri, & earum ſtatus feliciter conſervari ac pie ſublevari poſſit & valeat, piæ quoque devotionis ſinceritas, vita laudabilis & præclara morum honeſtas, quibus virtutum meritis Domino frequenti divinorum miniſterio feliciter militatis, voluntatem noſtram inclinant, & nos inducunt, ut in faciendis gratiis vobis reddamur non immerito liberales, ut noſtra beneficentia vos in omnipotentis Dei conſervet laudibus, nobisque & eccleſiæ noſtræ veſtris mediantibus interceſſionibus ſtatus accreſcat ſalutaris, populus nobis ſubjectus ad meliora veſtris bonis provocetur exemplis, ac omnium bonorum largiter per ſanctæ veſtræ converſationis ornatum glorificetur in excelſis. Cum igitur nedum fama promulgan-

gante, ſed & vera relatione didicimus, quod fructus, redditus & proventus altarium veſtrorum malitia temporum propter varios inopinatos & rerum diſſortunos eventus adeo diminuti & exiles exiſtunt, quod de ipſis decenter vos ſuſtentare & onera pro tempore vobis incumbentia commode ſupportare nequeatis, hac conſideratione pie moti ac zelo devotionis accenſi vos ſpecialibus favoribus & beneficiis proſequi volentes capellam S. Joannis Baptiſtæ ſitam in atrio præfati noſtri oppidi Frideslarienſis, cujus capellæ collatio, proviſio, præſentatio ſeu quævis alia diſpoſitio ad Archiepiſcopum Moguntinum pro tempore hactenus ſpectavit & pertinuit, ac ad nos hodie pleno jure ſpectare & pertinere dignoſcitur, cum omnibus & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, pertinentiis, attinentiis, obventionibus, emolumentis & bonis ſuis, præſentiis veſtris, ſeu quotidianis diſtributionibus inter vos, & qui pro tempore fuerint, altariſtæ, in ipſa eccleſia S. Petri diſtribuendis ex noſtris deliberationibus matura certa ſcientia & mera liberalitate perpetuo uniendam, annectendam & incorporandam decernimus, nec non auctoritate noſtra metropoca tenore præſentium, unimus, annectimus & incorporamus, ſic, quod cedente vel decendente moderno poſſeſſore ſeu rectore dictæ capellæ, ſeu illam alias quomodolibet dimittente, vos & qui pro tempore in dicta eccleſia ſancti Petri Frideslarienſis fuerint altariſtæ, corporalem, realem & actualem poſſeſſionem vel quaſi capellæ fructuum, reddituum, proventuum, jurium, pertinentiarum, attinentiarum, obventionum, emolumentorum & bonorum prædictorum, nullo deſuper noſtro, noſtrorum ſucceſſorum, aut nobis inferiorum requiſito conſenſu, apprehendere & cenſere nunc & futuris perpetuis temporibus colligere, levare, percipere, & de illis, prout vobis & eis expedire videbitur, diſponere, ordinare libere & licite poſſitis ac valeatis, ac poſſint & valeant; Proviſo tamen, quod dicta capella in divinis propterea non defraudetur obſequiis, & quod tam archiepiſcopalia, quam archidiaconalia jura ex eisdem fructibus & redditibus ſupportentur: volumus etiam, quod, quamprimum, & poſtquam hujusmodi incorporatio, unio & annexio, ſuum debitum fuerint ſortitæ effectum, vos & qui pro tempore ſunt altariſtæ in præfata eccleſia ſancti Petri, ſingulis annis futuris perpetuis temporibus & in ſingulis quatuor temporibus, aut in die, qua magis eis convenit, de ſero cum vigiliis & mane cum miſſa in præfata eccleſia memoriam noſtri, ſucceſſorum & progenitorum noſtrorum ſolemniter & decenter peragant & faciant; in quo ſi negligentes reperti fueritis ſeu fuerint, ex tunc prout ex nunc dictam incorporationem, unionem & annexionem nullius fore decernimus roboris vel momenti, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonium literarum. Da-

tum in civitate noſtra Moguntina, die decima ſexta menſis Septembris anno milleſimo, qnadringenteſimo ſexageſimo tertio.

Nos vero Richardus decanus totumque capitulum eccleſiæ Moguntinæ præfatæ quoad incorporationem, unionem & annexionem præfatas noſtrum in omnibus & per omnia adhibuimus & per præſens adhibemus conſenſum pariter & aſſenſum: In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum, quoad cauſas, ut jam præſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto.

CCCXV.

Praedicta capella incorporatur.

Adolphus archiep. Mog. &c. devotis nobis in Chriſto dilectis altariſtis & conſortio altariſtarum eccleſiæ ſancti Petri oppidi noſtri Fritzlarienſis ſalutem in Domino ſempiternam. Superioribus diebus propter augmentum cultus divini ac certis veſtris neceſſitatibus ſubveniendo de conſenſu & voluntate decani & capituli eccleſiæ Moguntinenſis capellam ſancti Joannis Baptiſtæ in atrio dicti noſtris oppidi Fritzlarienſis ſitam, cujus collatio ſeu quævis alia diſpoſitio ad nos & Archiepiſcopos Moguntinos ſpectabat & pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis veſtris præſentiis, quæ quotidianæ diſtributiones nuncupantur; incorporamus, & in hujusmodi incorporatione pro ſalute animæ noſtræ erectam ordinationem fecimus, quod vos & ſucceſſores veſtri altariſtæ in præfata eccleſia ſancti Petri perpetuis temporibus ſingulis quatuor partibus anni memoriam noſtri & progenitorum noſtrorum cum vigilis & miſſa defunctorum in præfata capella ſolempniter peragere debeatis & debeant, quemadmodum in noſtris litteris deſuper conceſſis plenius continetur; Cum igitur eadem capella pro tanta congregatione presbyterorum tempore exequiarum hujusmodi ibidem convenerint, & divinum officium celebrare volentium defectum altarium patiatur, ſicque etiam adeo anguſta & parva, quod tantam congregationem clericorum & laicorum, qui in hujusmodi exequiis cauſa devotionis convenerint, commode & absque preſſura ſuſcipere non valeat propter quod ipſorum devotio impediatur, nos in præmiſſis de opportuno remedio providere cupientes, vobis & ſucceſſoribus veſtris, quatenus vigilias hujusmodi de fero in domo ſive congregatione veſtra generali, ubi alias convenire conſueviſtis, devote legere, ac de mane quivis veſtrum & eorum miſſam pro defunctis in præfata eccleſia ſancti Petri, ac in proprio ſuo altari miſſas pro defunctis ſingulis ſextis feriis quatuor temporibus anni futuris perpetuis temporibus celebrare poſſitis,

&

& debeatis, quemadmodum in aliis noſtris litteris prænarratis fieri ordinavimus, & inſtituimus, præſentibus immutamus, indulgemus & ordinamus harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum &c. Datum in civitate noſtra Moguntinenſi die XVI. menſis Julii anno &c. LXVI.

CCCXVI.

Dotatio altaris B. M. V. & S. Victoris in Sacello S. Joannis Baptiſtae.

In nomine Domini amen. Nos Ospertus de Solheim Prepoſitus eccleſiæ beatæ Mariæ virginis opidi Gotenſ. Johannes de Solheim eccleſiæ ſancti Johannis Magunt. ſcolaſticus magiſter Johannes de Saſſenhuſſen phyſicus Johannes de Frideberg eccleſiæ ſancti Victoris perpetuus vicarius extra muros Mogunt. Albertus de Gudensberg nec non Conradus de Wolffhagen altariſtæ eccleſiæ Fridslar. Magunt. dioceſ. fidecommiſſarii ſeu ultimæ voluntatis executores honorabilis viri domini Henrici Carpentarii quondam decani eccleſiæ ſancti Victoris extra muros Mogunt. omnibus Chriſti fidelibus ad quos preſentes pervenerint ſinceram in Domino charitatem & indubitatam notitiam ſubſcriptorum ſplendor paternæ gloriæ qui ſua mundum ineffabili illuminat largitate pia vota fidelium de clementia ipſius majeſtatis ſperantium benigno favore proſequitur cum devota ipſorum humilitas charitatis operibus cernitur adjuvari cupientesque bona temporalia & tranſitoria per dictum Henricum decanum derelicta in eterna felici commertio commutare, ad laudem igitur Dei omnipotentis glorioſæque virginis matris ſuæ Mariæ, nec non ſancti Victoris ſanctæque Katherinæ virginis & ad augmentum cultus divini pro remedio animæ prædicti Henrici decani progenitorum conſanguineorum & benefactorum ſuorum quoddam altare in capella ſancti Johannis Baptiſtæ in terminis ſeu limitibus dictæ eccleſiæ Fridslar. ſituata erectum & in honorem pretactorum ſanctorum conſecratum, pro vicaria perpetua divina favente gratia & licentia beneplacito & conſenſu honorabilium virorum dominorum decani & capituli eccleſiæ Fridslar. prædictæ modo forma & tenore ſubſcriptis conſtruximus conſtituimus & conſecrari ordinavimus & dotavimus cum bonis infraſcriptis juxta totalem modum ſeriem & tenorem teſtamenti per eundem Henricum decanum facti & ordinati & primo ſex maldra partim ſiliginis & partim avenæ dicti altaris vicario & pro tempore exiſtenti annuatim in opido Tzwenſchen perſolvenda & tradenda. Item ſex libras denariorum Haſſienſ. de opido & prætorio Fridslar. per conſules ibidem nominatim perſolvendas item triginta quinque ſolidos Haſſ. de domo Sturmerſchen & unam libram Haſſ. de domo proxima a ſiniſtris ejuſ-

dem domus annuatim ſeu ſingulis annis tradenda & perſolvenda item quadraginta florenos in quibus dicto domino Henrico decano Hermannus Blueme de Caſſel cum fuerit ſeu egerit in humanis tenebatur & hodie efficaciter ſic obligatus in eorundem bonorum quoque poſſeſſionem predictum dominum Albertum de Gudensberg ad dictum altare ex nunc nominatum pro perpetuo vicario ſuo & dictæ vicariæ nomine in preſentibus & per preſentes inducimus corporalem a nobis predicto Henrico decano bonæ memoriæ juris competebat in dictis bonis omnibus & ſingulis expreſſe renuntiantes & penitus abdicantes. Ita ſane quod hujusmodi altaris rector pro tempore exiſtens actu presbiter eſſe debet & ad minus in ſanitate conſtitutus in qualibet ſeptimana per ſe vel alium tres miſſas unam ſecundis feriis pro defunctis & ſimpliciter pro anima dicti Henrici decani ſuorumque progenitorum & benefactorum ſuorum, ſecundam ad placitum tertiam ſabathis ſeu ſabathinis diebus devote legat ac legere debeat condictione quacumque ſemota quidquid inantea perpetuis temporibus ad dictam vicariam ſeu altare pretactum quando & quotiens vacare contigerit dominus decanus & ſenior canonicus in ingreſſu capituli eccleſiæ Fridslar. & pro tempore exiſtentes libere perſonam idoneam actu in ſacerdotio ſeu presbiteratu conſtitutam preſentare debeant ſeu preſentabunt ad altare ſupradictum ita tamen quod dictum dominum Albertum de Gudensberg debeant habere pro preſentato & ſi neceſſe fuerit denuo ob amicitiam & complacentiam ſingularem domini Osperti Prepoſiti & Johannis ſcolaſtici predictorum preſentari & in antea quamdiu in humanis egerint ſeu vixerint quotiens & quando dictum altare vacare contigerit decanus & canonicus predictus illum dumtaxat & non alium ad ſupplicationem & nominationem Osperti & Johannis predictorum ſeu alterius ſi unus eorum diſcederet ſuperſtitis pro quo ſupplicaverint ſeu ſupplicarit ſeu quem nominaverint ſeu nominaverit dummodo homo idoneus & legalis ſit & in presbiteratu ſeu ſacerdotio conſtitutus preſentare debeant contradictione vel quocumque impedimento penitus procul motis. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium preſentem donationem & omnia & ſingula contenta in eadem in formam publici inſtrumenti per notarium publicum infraſcriptum ſcribi & publicari mandavimus & noſtrorum ſigillorum appenſione muniri. Datum & actum Moguntiæ in domo ſeu curia in vulgari dicta zum groſſen ſteine habitationis venerabilis viri domini Joannis de Wittenbergk decretorum doctoris ſub anno Domini milleſimo tricenteſimo octuageſimo nono indictione duodecima pontificatus in Chriſto patris & domini noſtri domini Urbani divina providentia Pape ſexti anno duodecimo viceſima prima die menſis Septembris ejusdem diei hora veſperarum vel quaſi preſentibus venerabilibus & diſcretis viris dominis Johanne de Wittenbergk decreto-

rum

rum doctore predicto Henrico Mibnes bacalaureo in decretis Henrico inſtitoris de Geminden ſubdiacono Mogunt. dioceſ. & Conrado Scote de Gottingen clericis Magunt. dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Conradus Munther de Alffeldia clericus Mogunt. dioceſ. publicus imperiali auctoritate notarius omnibus & ſingulis dum ſic per dictos dominos fidecommiſſarios fierent & agerentur ſub anno indictione die menſe pontificatu & loco predictis una cum dictis teſtibus requiſitus interfui eaque omnia & ſingula ut ſic agerentur vidi & audivi & de mandato ſeu requiſitione dictorum fidecommiſſariorum ſcripſi & publicavi meoque ſigno ſolito & conſueto ſignavi in teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

CCCXVII.

Quatuor flor. dicto altari adduntur.

Wir burgermeiſter und rath alt und junghe der ſtede Houegeiſsmar thun kunt und bekenne vor uns alle unſer mitwonner und nachkommlinge daſs wir mit gudem berade und vorbedachten mude auch mit wol word wiſſenſchafft und willen all unſers ingeſeſſen burger und gemeintheit durch merkliche anligende notſache unſer ſtats nutz beſten willen eins rechten ſteden offkauffs erblich verkaufft haben und verkeuffen mit crafft diſs briſs dem erbarn hern Berthold Syboldes regirer und beſitzer des altars ſancti Ciriaci gelegen in ſanct Johannis capellen zu Fridslar und alle ſeinen nachkommen beſitzern deſſelben altars vier gude geneme volwichtige Rheiniſche gulden am golde oder pagament landes wehrung jerlicher zinſſe aus unſer ſtad gefellen geſchoſſen und uffkommen von unſerm rath hauſſe jerlichs zu bezalende dauor uns der gemelter keuffer guttlich bezalt hat achtzig und funff gude geneme wolwichtige Rheiniſche gulden landtleufftiger wehrung der wir ime und ſeine nachkommen volkommenlich quitiren und ledig ſagen welche vier gulden jerlicher zinſe wir verkeuffer vor uns und unſer nachkommen in guten waren geredden geloben und verpflichten uns uff unſer koſt und ebentheur dem gemelten keuffer und ſeinen nachkommen von nhu forth an erblich und ewiglich alle und igliches jars uff ſanct Jacobs tag des heiligen apoſtels ſonder alle verzog binnen der ſtatth Fridslar in des keuffers oder ſeinen nachkommen ſicher behalt ſonder allerleie hinder kommer oder offhalt zu libbern und zu bezalen ſonder einich intrag oder widderrede. Und wir verkeuffer obgemelt haben vor uns und unſer nachkommen vorzeben und

vorzichen geinwertlich uf die gemelten vir gulden renthe und uf alle exceptionen oder uff zage auch aller und iglicher privilegien geſezten und ſtatuten wie die von Bebiſten Konigen Keyſern oder andern hern efft furſten gegeben oder geben mochten, werden der in keine weiſs hir widder vorzunemenden oder zu gebruchenden auch ſollen und wollen wir verkeuffer und unſer nachkommen diſſ briffs und verkauffs recht gantze volnkommen warſchafft thun und der gulde hebendig machen ſo gewonlich und recht iſt wen und alſs dick dem keuffer und ſeinen nachkommen des noth geſcheidt ſondern alle behelff doch hat der obgenante keuffer vor ſich und ſeine nachkommen uns den willen und gunſt hirzu gethan daſs wir oder unſer nachkommen allezeit von uns gelibet binnen den nechſt virzehen tagen noch dem vorgnanten ſanct Jacobs tage dieſelbe vir gulden jerliches zinſes widder an unſs keuffen mogen mit achtzig und funff gulden gudes genemen volwichtigen Rheiniſches goldes landeswehrung doch alſo daſs alle vorſeſſen und erſchienen gulde auch mit ſchaden und koſten daruff ergongen zuuorn gantz bezalt ſey und ſolch ablöſung ſoll geſchehen zu Fridslar in der ſtath mit der gemelten heupt ſummen komersloſſ unbehafft und unbeſchwert alle geuerde und argeliſt hiezu gantz ausgeſcheiden. In urkunden der warheit aller vorgeſchriben dinge haben wir burgermeimeiſter und rath und gemeinheit zu Hobegeiſſmar obengnant vor uns und unſer nachkommen unſer ſtath groſs ingeſigel wiſſentlich an diſſen briff thun hangen. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto am mitwochen nach ſanct Pauls bekerung tagk.

CCCXVIII.

Reſtauratio capellae S. Nicolai in Fritzlar.

Wir Bertolt von Gots gnaden des hilgen ſtulſs zu Mentz Ertzbiſchoff des heiligen Romiſchen richs durch Germanien Ertzcantzler und Churfurſt bekennen uffentlich mit diſſem brief alſs dy capelle ſanct Nyclaſs in unſer ſtadt Fritzlar buwefellig wurden iſt und die werdigen und erſamen unſer lieben andechtigen dechant und capittel ſant Petirs ſtifft daſelbſs vormeynen die zu buwen nit ſchuldig zcu ſyn wan ſie nicht mere wan die lyhung der geiſtlichen lehen darinn haben, damit aber die gemelt capeile nit vorgenglich ſunder Got zcu lobe in weſen und buwe erhalten werde haben wir uf verwilgung dechans und capittels vorgemelt mit denen erſamen unſern liben getruwen burgenmeiſtern und rathe gemelter unſer ſtadt gehandelt und ſolche capelle inen zcugeſtelt und beuohlen alſo, daſs ſie die an dachwerke und andern nottorfftigen buwe buwen, und in buwe halten ſullen

und

und wullen und mogen auch ſich der zcu gemeyner der ſtadt nottorfft gebruchen, daſs ire daruff zu irer nottorfft innehalten ane irrunge adir intrag des gemelten ſtiffts oder ymants anders von iren wegen doch dem gemelten ſtifft an ſyner lyhung der geiſtlichen lehen in ſolicher capellen unſchedelich. Des zu orkunde habe wir unſer ingeſigel an diſſen brief thun henken der geben iſt zcu Fritzlar am ſampstag nach ſant Mertens unſers patronen anno Domini MCCCC. XIIII.

CCCXIX.

Dotatio ſummi altaris ad S. Nicolaum.

In nomine Domini amen. Nos decanus totumque capitulum eccleſiæ Fridslarienſis recognoſcimus preſentibus & ad univerſorum notitiam cupimus pervenire quod diſcreti viri Conradus plebanus in Spangenberg Thylemannus dictus Mulner noſter vicarius & Thylmannus filius quondam Hermanni dicti junioris clericus feruore divinæ pietatis accenſi & terrena in celeſtia felici commertio permutare cupientes de noſtro ac totius noſtri capituli expreſſo beneplacito & conſenſu in altari ſito in eccleſia ſancti Nicolai in opido Fridslar. perpetuam vicariam ſalubriter inſtauraverunt, ipſamque vicariam ejusdem altaris pro divini cultus augmento ſuis bonis hæreditariis dotaverunt infraſcriptis videlicet cum uno allodio ſuo, ſito in villa & terminis campi villa Holtzheim, quod quondam fuit Hermanni dicti Mulner ſenioris cum ſuis juribus & appenditiis univerſis quocunque nomine cenſeantur & ſpecialiter cum quatuor ſolidorum redditibus dandis ibidem de quodam orto ac una auca & tribus pullis quod quidem allodium ex nunc ſolvit novem maldra & in ipſum altare ſive vicariam ipſam in ſuorum & progenitorum ſuorum animarum remedium & ſalutem legitima donatione & juſta traditione in eventum dotalitii ſive dotis tranſtulerunt & aſſignaverunt eidem libere & abſolute ita ut vicarius qui pro tempore fuerit de eodem allodio pro ſua ſuſtentatione fructus exinde percipiat & de ipſo diſponat prout melius ſibi placuerit nec non in ipſo altari qualibet ſeptimana quatuor miſſas celebret ſeu celebrari procuret nullâ difficultate eum in hoc aliquatenus excuſantes quod facturum ſe promittat in manus noſtri decani pro tempore exiſtentis promiſſi tamen quod parrochiæ eccleſiæ noſtræ cui ipſa eccleſia ſancti Nicolai eſt annexa nullum preiudicium aliqualiter generetur quæque oblationes quæ in dicto altari offerri conſuerunt ſeu contigerit tempore precedente ebdomadariorum uſibus absque dolo & fraude quibuslibet applicentur vicarius vero ejusdem altaris pro tempore exiſtens ad nulla alia onera vel ſervitia chori & eccleſiæ noſtræ facienda ſit aſtrictus niſi quod in

ſum-

ſummis feſtivitatibus nobiscum & vicariis & altariſtis noſtris in proceſſione procedat ac ambitum & cimiterium eccleſiæ noſtræ circumeat in ſua religione ſolemniter ut eſt moris ſpecialiter eſt condictum, quod quotienscunque ipſum altare ſive vicariam eadem vacare contigerit totiens nos ipſam perſonæ idoneæ quæ nobis ſicut alius eccleſiæ noſtræ altariſta obedientiam faciat tanquam veri patroni conferre debebimus & ipſum inſtituere de eadem vicaria contradictione cujuscunque quieſcente penitus, hac etiam condictione notabiliter interiecta quod poſt mortem Conradi plebani in Spangenberg cui ipſam vicariam ejusdem altaris contulimus aut poſt reſignationem ipſius memoratam vicariam Thilmanno Mülner junioris ſi eam acceptare voluerit & vixerit & poſtquam tunc ab eodem Thilmanno vacaverit uni ſaltem perſonæ idoneæ poſt eum pro qua hæredes Conradi Mulner bonæ memoriæ nos rogaverunt conferre debebimus & volumus & ſolemniter inſtituere de eadem ſi vero poſt mortem præfati Conradi vel ante, idem Thilmannus morte preventus aut aliquem ordinem profeſſus eandem vicariam ex hujusmodi collatione non conſequeretur aut acceptare nollet, ex tunc uni perſonæ idoneæ loco ipſius Thilmanni & poſt ejusdem perſonnæ vocationem alteri perſonæ idoneæ pro quibus hæredes jam dicti Conradi Mulner nos rogaverunt conferre tenebimur & eisdem ſucceſſive conferre volumus omni excuſatione penitus procul mota & deinceps inantea eandem vicariam perpetuis temporibus conferemus cuicunque decreverimus pro noſtræ libito voluntatis, & ut iſta omnia & ſingula premiſſa per nos in debitæ firmitatis robore fideliter obſerventur ſigillo eccleſiæ noſtræ dedimus preſentes litteras firmiter communitas. Datum anno Domini milleſimo CCCXLVI. In die beatorum apoſtolorum Simonis & Judæ.

CCCXX.

Altare S. Bonif. in coenobio S. Catherinae confirmatur.

Bertoldus Archiep. Mog. &c. Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus, inſtaurationem, fundationem erectionem & dotationem perpetui beneficii pro ſecunda perſona ad altare in capella ſancti Bonifacii in cenobio ſanctimonialium beatæ Catharinæ ordinis ſancti Auguſtini in novo oppido Fritslarienſi noſtrarum proprietatis & diœcœſis ſitum, per honorabilem devotum nobis in Chriſto dilectum Joannem Dortener altariſtam in eccleſia ſancti Petri ibidem in honorem Dei omnipotentis, ejusque intemeratæ genitricis virginis Mariæ ac ſanctorum Bonifacii & ſociorum ejus, ac pro augmento cultus divini,

ſuæ-

ſuæque & ſuorum progenitorum, parentum, benefactorum, & omnium Chriſti fidelium defunctorum animarum ſalute cum certis reditibus pro unius ſacerdotis dicto altari miniſtrantis congrua ſuſtentatione ſufficienter dotatum, prout in litteris authenticis dotationis hujusmodi, quibus hæc præſens noſtræ confirmationis pagina eſt tránsfixa, plenius ſumus informati, dummodo ſine præjudicio Rectoris eccleſiæ parochialis ac cujusvis alterius injuria facta exiſtant, accedente etiam id abbatiſſæ & conventus prædictarum litterarum conſenſu ratas & gratas habentes, ipſas perpetuando approbamus & collaudamus, atque in Dei nomine authoritate noſtra ordinaria præſentibus confirmamus, fructus, reditus, & bona in prædictis fundationis & dotationis litteris deſignata titulo & proprietati altaris prænominati, ac libertati eccleſiaſticæ aſſcribimus, ac jus nominandi ſive præſentandi dicti altaris ſeu beneficii perpetui illi ſeu illis, cui vel quibus in ſæpedictis litteris reſervatum exiſtit, futuris temporibus juxta continentiam earundem litterarum reſervantes, noſtris tamen, & eccleſiæ Moguntinæ . . . quoque noſtrorum juribus ſalvis manentibus. Datæ apud arcem ſancti Martini in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die . . . menſis Junii anno Domini milleſimo CCCC LXXXX quarto.

CCCXXI.

Altare S. crucis in praedicto coenobio confirmatur.

Bertholdus Dei gratia Archiep. Mog. ad perpetuam rei memoriam ad hoc nos commiſſæ nobis ſollicitudinis cura interpellat, ut, quæ in divini cultus augmentum, animarumque ſalutem pie ſalubriterque deſtinantur, his noſtræ auctoritatis adminiculum atque robur impartiamur; ſane pro parte religioſarum nobis in Chriſto dilectarum prioriſſæ & conventus cœnobii noſtri ſanctæ Catharinæ in novo oppido noſtro Fritzlarienſi expoſitum exiſtit, quo pacto religioſa quondam Gyſela Stegreyn conventualis dicti coenobii, dum adhuc in humanis ageret, in honorem omnipotentis Dei, ejusque genitricis glorioſæ, ſanctæ Catharinæ ac ſanctæ crucis, præterea etiam in animæ ſuæ, parentumque ſuorum ac agnatorum, nec non benefactorum dicti cœnobii, atque omnium fidelium animarum ſalutem novem florenos auri Rhenenſis annui cenſus, qui per magiſtros civium ac conſulatum oppidi Waldeck, donec redimentur, annuatim ſolvuntur & ceduntur, prout in quibusdam litteris deſuper confectis detineri dicitur, ac decem quartalia partim ſiliginis & partim avenæ in Welden de bonis pa-

trimonialibus dictæ Gyſelæ annuatim cedentibus pro ſuſtentatione cujusdam ſecundæ perſonæ, quæ in altari ſanctæ crucis in dicto cœnobio ſito ſingulis ebdomadis tres primas miſſas legeret ſive diceret, & pro ſuper expreſſis animabus Deum exoret, tradiderit, donaverit, ac ſupradictæ ſecundæ perſonæ, quæ præfato altari modo ſupradicto inſerviret, aſſignaverit, collationemque dicti ſtipendii ſupradictis prioriſſæ & conventui reſervantes. prout hæc & alia in quodam publico inſtrumento de manu Joannis Tinckelberg tabellionis, ut apparuit, ſubſcripto coram nobis exhibito plenius continetur; cujus tenor incipit: In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto die veneris, quæ erat nona menſis Januarii, indictione ſecunda &c. In calce autem dicebat: acta ſunt hæc, & facta anno, indictione, pontificatu, die, menſe, hora, & loco, quibus ſupra præſentibus ibidem honorabili viro domino Nicolao Leyen de Grünenberg presbytero capellano dicti cœnobii Moguntinenſis diœceſis teſtibus ad præmiſſa vocatis, pariterque rogatis, fuitque propterea nobis pro parte prioriſſæ & conventus humiliter ſupplicatum, quatenus dictas donationem, aſſignationem, inſtitutionem & reſervationem authoritate noſtra ordinaria approbare, confirmare, ac dictum ſtipendium in titulum perpetui beneficii pro ſecunda perſona ſuper dicto altari inſtituenda erigere dignaremur; Nos vero ampliationi divini cultus, ſaluti animarum, piisque ſupplicum votis annuere volentes, donationem aſſignationem, inſtitutionem ac reſervationem ſupradictas cum modis ſupra expreſſis ratas atque gratas habentes, præſentium tenore authoritate noſtra ordinaria approbamus laudamus, & confirmamus, dictumque ſtipendium in titulum perpetui beneficii in ſupradicto altari ſanctæ crucis pro ſecunda perſona in eodem altari inſtituenda erigimus & inſtituimus per præſentes, jus etiam patronatus ſive præſentandi dictis prioriſſæ & conventui reſervantes, volumus tamen & ordinamus, quod poſſeſſor ejusdem beneficii non pluribus quam duabus miſſis ebdometatim dicendis oneretur; præterea volumus & perpetuo ſtatuentes edicto donationem, inſtitutionem hanc noſtram confirmationem & erectionem prædictas ab omnibus & ſingulis poſteris perpetuis futuris temporibus, ſub divinæ majeſtatis offenſa inviolabiliter obſervari, juribus tamen noſtris ad eccleſiæ noſtræ Moguntinæ, nec non aliorum quorumcunque, quorum de jure vel de conſuetudine intereſt, debitis ſemper ſalvis manentibus; in cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datæ Wormatiæ quarta die menſis Martii anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto.

CCCXXII.

CCCXXII.

Proviſio de Altari S. crucis.

Bertholdus Archiep. Mog. &c. Honorabili Raben de Papenheim canonico ac commiſſario noſtro Fritzlarienſi devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam, & ad infraſcripta diligentiam adhibere, cum alias ad petitionem religioſarum devotarum nobis in Chriſto dilectarum prioriſſæ & conventus cœnobii noſtri ſanctæ Catharinæ in oppido noſtro Fritzlarienſi donationem & aſſignationem quorundam cenſuum & redituum per quondam religioſam ac devotam Giſelam Stegrin conventualem dicti cœnobii ac altare ſanctæ crucis in dicto cœnobio ſitum pro quadam ſecunda perſona, quæ in dicto altari ſingulis ebdomedis miſſas legeret, ſive diceret in modum ſtipendii factas authoritate noſtra ordinaria ratificamus & confirmamus, ac dictum ſtipendium in titulum eccleſiaſtici beneficii pro quadam ſecunda perſona in dicto altari inſtituenda ereximus, & inſtituimus jus patronatus ſive præſentandi ejusdem beneficii præfatæ prioriſſæ & conventui reſervantes, prout in noſtris litteris deſuper confectis latius continetur. Quare præfatæ prioriſſa & conventus nobis devotum in Chriſto dilectum Joannem Witzenhein presbyterum noſtræ diœcœſis nobis veluti idoneum præſentaverunt, eique de beneficio antedicto auctoritate noſtra ordinaria provideri inſtantius poſtularunt, unde juſtis earum petitionibus annuentes, eidem Joanni de dicto beneficio providimus, ſibi id cum omnibus & ſingulis juribus, obventionibus & emolumentis contulimus, providemusque & conferimus per præſentes, tibi diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus Joannem præfatum in realem ac corporalem poſſeſſionem beneficii prædicti inducas, & inſtalles, inductumque & inſtallatum defendas, ſibique de fructibus, reditibus, & proventibus univerſis integre reſponderi facias, amoto exinde quolibet alio illicito detentore, cæteraque facias, quæ juris & ordo rationis expoſcit, datæ Wormatiæ noſtro ſub ſigillo quinta die menſis Martii anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto.

Anno MDXI. die ultima Maji officialis præpoſituræ Frideslarienſis decrevit proclamari Joannem de Urff per dominam Gertrudim de Urffa prioriſſam totumque conventum cœnobii S. Catherinæ novi oppidi Fritzlariæ præſentatum ad altare S. crucis ex obitu Hermanni Petri vacans.

CCCXXIII.

Fundatio altaris in capella hoſpitalis S. Spiritus extra oppidum Fritzlar confirmatur.

Dietherus Dei gratia ſancte Mag. ſedis electus &c. Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalutem in Domino qui eſt omnium vera ſalus. Inſtaurationem fundationem & dotacionem cujusdam perpetui eccleſiaſtici beneficii in altari de novo conſtruendo in medio capellæ hoſpitalis S. Spiritus extra muros oppidi noſtri *Fritzlarienſis* & in honore ſumme & individue Trinitatis glorioſiſſime virginis Marie ſancti Johannis Baptiſte ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ſancti Steffani martyris, ſancti Martini confeſſoris patroni noſtri ſanctarum Katherine Dorothee & Barbare virginum conſecrande & per nobis in Chriſto dilectos Conradum de Bueren canonicum & Johannem Holtz altariſtam eccleſie Fritzlarienſis pro ſalute animarum parentum benefactorum & ipſorum cum certis ſufficientibus redditibus pro unius ſacerdotis competencia ſufficienter dotati prout in litteris dotationis autenticis ſub dato anni à nativitate Domini milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi ſexti indictione nona die vero quarta menſis Maji pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Sixti Pape quarti anno quinto ſigillisque devotorum fidelium noſtrorum proconſulum conſulum ac officialatus prepoſiture Fritzlarienſis ſigillatis & munitis hujusmodi plenius continetur & habetur, dummodo ſine prejudicio rectoris parochialis eccleſie ibidem cujuscunque alterius alieni juris injuria facte ſint & fiant ratas atque gratas habentes ſupradictas erectionem, inſtauracionem fundacionem & dotacionem ac bona cum quibus idem altare ad preſens dotatum eſt ſeu eciam inantea dotabitur, approbamus collaudamus, rectificamus & confirmamus per preſentes jus vero patronatus quibus reſervatum eſt reſervantes harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra Magunt. die XXV. menſis Maji anno &c. milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

CCCXXIV.

Confirmatio fundationis altaris in capella S. Spiritus extra oppidum Fritzlar.

Dietherus Dei gratia &c. Ad perpetuam rei memoriam. Adhec nos commiſſe nobis ſollicitudinis cura interpellat, ut que in augmentum

mentum divini cultus animarumque ſalutem pie ſalubriterque deſtinantur hiis noſtre authoritatis robur impartiamur. Porrecta ſiquidem pro parte nobis in Chriſto dilectorum Berte mulieris relicte quondam Heinrici Pipart dum in humanis ageret civis Fritzlarien. Johannis ſenioris, Johannisque junioris presbiterorum ac etiam Konnegundis filiorum ac filie dicte Berte petitio continebat, quod ipſi piam voluntatem Heinrici Pipart eorum quondam mariti patrisque exequi volentes, vicariam, perpetuam ſive beneficium eccleſiaſticum ſimplex *in capella ſancti ſpiritus extra muros oppidi noſtri Fritzlarien.* de conſenſu rectoris & patronorum dicte capelle & etiam cum reſervatione juris patronatus dicti beneficii ſub certis modis fundare intendant & pro dotibus eidem decem & novem florenos cenſus annui aſſignare, donare & tradere juraque & obligationes deſuper diſponentes & caventes ad ciſtam certam ſub cuſtodia & clauſura conſulatus dicti noſtri oppidi Fritzlarien. & pro tempore poſſeſſoris dicti beneficii reponere intendant & ut poſſeſſor ſingulis ſeptimanis miſſas duas & præter eas quatuor anni temporibus ut puta Angariis unam miſſam pro defunctis cum officio vigiliarum dicat & legat prout hec & alia in litteris fundationis deſuper in forma publica confectis latius continentur; fuitque nobis pro parte præfatorum oratorum humiliter ſupplicatum, ut dicte erectioni, fundationi, dotationi, omnibusque aliis & ſingulis ſupra narratis auctoritatem noſtram interponere eaque ordinaria poteſtate noſtra confirmare dignaremur. Nos vero amplificationi divini cultus, ſaluti animarum, piisque ſupplicum ac juſtis votis libenter annuentes, erectionem, fundationem, dotationem & reſervationem predictam cum omnibus modificationibus & clauſulis coram nobis allegatis & ſecundum formam litterarum prenarratarum productis de ordinaria poteſtate noſtra laudavimus approbavimus & confirmavimus, laudamusque approbamus & in Dei nomine confirmamus per preſentes acceptando dotationem & donationem predictam, jus etiam patronatus in dicto beneficio oratoribus prefatis ac eorum heredibus ſecundum modum in litteris expreſſum reſervantes, omnibus & ſingulis diſtricte precipiendo mandantes ne contra hujusmodi donationem, traditionem & liberalitatem moliantur quovis modo penam offenſe Divinæ Majeſtatis evitaturi noſtris eccleſieque Mogunt. ac cujuslibet juribus ſemper ſalvis. Date in caſtro noſtro Aſchaffenburgio noſtro ſub ſigillo appenſo die quarta decima Maji anno Dni. milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo.

CCCXXV.

Altare S. Andreae in hoſpitali confirmatur.

Bertholdus Archiep. Mog. &c. univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtaurationem, erectionem & dotationem perpetui beneficii pro tertia perſona ad altare ſancti Andreæ in capella ſancti Spiritus extra muros oppidi Fritzlarienſis noſtræ proprietatis & diœceſis ſiti per quondam honorabilis devoti nobis dilecti Joannis Reidenhauſen eccleſiæ ſancti Petri Fritzlarienſis altariſtæ naturales hæredes ac ultimæ voluntatis ejusdem executores ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, ejusdemque glorioſiſſimæ virginis & matris Mariæ, atque beatorum Petri-Pauli & Andreæ apoſtolorum, inque divini cultus propagationem, prædictique Joannis teſtatoris defuncti, nec non omnium parentum, benefactorum ſuorum & fidelium animarum ſalutem & remiſſionem peccaminum, viamque & extremam diſpoſitionem certis reditibus pro unius ſacerdotis dicto altari miniſtrantis congrua ſuſtentatione ſufficienter dotatum, prout ex litteris dotationis hujusmodi, quibus hæc præſens noſtræ confirmationis pagina eſt transfixa, plenius ſumus informati, dummodo ſine præjudicio rectoris eccleſiæ parochialis ac cujusvis alterius injuria facta exiſtant, accedente etiam ad hoc conſenſu & voluntate rectoris dictæ capellæ ſancti Spiritus ratas & gratas habentes, ipſas perpetuando approbamus & collaudamus, atque in Dei nomine authoritate noſtra ordinaria præſentibus confirmamus, fructus, reditus & bona in dictis litteris fundationis & dotationis deſignata titulo & proprietati altaris prænominati ac libertati eccleſiaſticæ aſcribimus, ac jus patronatus ſive præſentandi præfati altaris ſeu beneficii perpetui illi vel illis, cui vel quibus in ſæpedictis litteris fundationis & dotationis reſervatum exiſtit futuris temporibus juxta continentiam earundem litterarum reſervantes, noſtris tamen & eccleſiæ noſtræ Moguntinæ, ſucceſſorum quoque noſtrorum juribus ſemper ſalvis manentibus. Datæ apud arcem ſancti Martini in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die XIX. menſis Octobris anno &c XV° primo.

De hoſpitali B. Mariæ V. protectorio ſpeciali Sifridi Archiep. Mog. an. MCCXXXIX. munito vid. apud de Gud. T. 1. pag. 556.

CCCXXVI.

CCCXXVI.

Diſpoſitio circa hoſpitale.

Wir Petrus von Gods gnaden des heilgen ſtules zu Mentze Ertzebiſchoff des heilgin romſchen riches in Dutſchen landen Ertzcanceller. Want wir geneyget ſint zu der bede der mylden und ynnigen unſer lieben getruwen burger zu Fritzlar ume den buw eyns hoſpitalis den ſy gemacht han unter der ſtad by der brucken dy ubir dy Edern geit veſtlich und anemeliche zu habende, ſo beſtedigen wir das in Godes namen alſo das derſelbe hoſpital ſich nicht breyden odir meren ſal dan als das gereyde begriffen iſt odir itzund had, ouch ſo virhenge oder gunnen wir yme von ſunderlicher gnade das he ſal haben eynen eygenen priſter dem dy burger vorgnant alſo vil geben und beſtedigen ſollen daz he darvon habe eyne bequemliche und erliche fundunge oder narunge und der ſal den ſiechen dy dar ſyn oder dy hirnach kommen und irme geſinde darſelbis alle chriſtenliche rechte tun und handelangen und anders keynen dy da uſſwendig der ſtad ſyn wan dy ire eygene parkirchen ſuchin ſolin dar ſy hyn gehoren, ouch han wir demeſelbin hoſpitale vorhenget und vorlehen daz he haben ſal eynen Kirchob in der ſtad als dy ſpettal begriffen iſt daruff dy krancken und ire geſinde wan ſy ſterben ſollen begraben werden von dem egenanten irme priſter und uff daz das werck der mildekeit gemeret und gebeſſirt werde allin den dy mit bichte und warer ruwe zu hulffe den krancken oder ſichen dy keinwortig ſin odir hirnach komen des vorgenanten hoſpitalis ire hande hülfflichen reychen oder denſelbin etwaz ires gudes an irer leſten zid geben darume wir von der barmhertzikeit des allir gewaldigeſten Godes von der gewalt der heylgen apoſtelen Petri und Pauli und von vordynſte des heylgen ſente Mertins unſers patronen virtzig tage irer geſaſten buzze in Gode mildeglichen loſen und entpinden. Datum Nuwenburg anno Dni M° CCC° VIII°. XVI. kal. Auguſti.

CCCXXVII.

Initia hoſpitalis Fritzlarienſis.

In Godes namen amen. Wir dy prabiſt, prioren und gantze conuent der kloſtirjungfrauen des hoſpitaliſs uzwendig der mure Fritzlar tun kunt allen den zu den diſe keynwortige ſchrifft komet, daz wir ume fruntſchafft dy wir mit den burgern zu Fritzlar han, zu laſſin,

gazze ygklich brod yn ſtucke geteilet nach ſamwitzikeit des teylers und wy vil des brodes iſt, daz ſal den armen dy zu deme hobe komen und den ſuchen vollenkomliche und tegerliche gegeben werden mit wiſſinſchaff und yn keynwortikeit des den dy ſcheffen und rad der ſtad czu Fritzlar darczu ſetzin , weris ouch daz dy dy darczu geſaſt were von ſeumniſſe oder krancheyt oder von wilchin ſachen daz were daz he wan men pharre meſſe glockin ludet nicht enqueme oder nicht keynwortig wer darume enſolde nicht dy mynner da vorgeſchriben almoſe gentzliche und truwliche den armen gehandelaget werden yn den tagen hirnach geſchriben by namen alle ſuntage eyn ſcheffel des mitwochin nehiſt darnach eyn ſcheffel des fritages zu hant darnach eyn ſcheffel rocken gebacken in der wiſe vorgeſchriben allir uznemunge hagils hercrafft oder fures und gemeynlich allir ander uznemunge rechtis oder geſchicht genczliche hingeleget oder abegetan und ſal czumale und tegerliche den armen gegeben werden vortme yn den drey tagen vorgeſchriben als ſich dy vorgnante almoſe geboret czu gebende ſo ſollen zwey gancze brod den armen yn deme hoſpitale by der Edern dy ſy heiſchen und bidden in unſerm hobe vorgenant milde und willekliche gehandelaget werden, wer is ouch daz von weders nod oder von unbequemlicheit der lufft oder anders von wilchin ſachin hinderniſſe der molen daz ſy mel nicht gehaben nochten oder gemalen oder keyn brod haben mochten ſo ſolden dy armen getroſt werden mit gelde geczalt nach der maſſe und macht eyns ſcheffels dry tage vorgenant, wer is ouch daz nicht geſche das vorſumniſſe oder gebreche yn dem backende oder der gifft der milden almoſe vorgeſchriben irſchene queme oder geborte ſo ſolden dy erſamen und geiſtlichen lude der abt und convent des vorgeſchriben cloſtirs mit eyner pene eyns virteyles rocken Fritzlarer maſſes virfallin und ouch dy burgermeiſter und ſcheffen czu Fritzlar dy czu cziden weren dy follin haben und han mit diſſem briebe von volbort der partye vollenkomen und gantze macht ane alle gerichte phande czu nemende der erſamen und geiſtlichen lude yn irme hobe vorgeſchriben vor dy pene und vor daz daz virſumet were alſo daz dy milde almoſe vorgeſchriben in keyne wis ſal betrogen werden, ouch han vortzehin dy geiſtliche lude dy abt und convent vorgnant lutirliche und offintliche daz ſy von der name der phande widder dy ſtadt czu Fritzlar oder widder dy burger czu Fritzlar ſemptliche oder byſunder yn gerichte oder ane gerichte ummer keynen richter ſuchen oder rache oder keynerley ſache wollin bewegin oder uffheben und globen der abt und convent vorgnant mynen willen vorgeſchriben in allin ſynen punctten und artikeln zu bebaldene und gentzliche in allin dingen zu irfullen und nicht widder zukommende mit worte mit werke oder mit keyner geſchichte, diſe dink ſint geſchehin czu Fritzlar in deme rathuſe nach eſſinsczid

czid yn keynwortikeit der czuge hirnach geſchriben dy ſunderlichin darczu geheiſchit und gebeden ſint hern Wernhere geheiſſin von Elbene abte czu Breidenouwe, Godfride Godelibes Henrich von Waldeke canonicken der kirchen czu Fritzlar. Petro officialn der prepoſituren czu Fritzlar, Conrad von Volkmarſchin probiſte der jungfrauen uſſwendig der mure Fritzlar, Conrad Roden, Hartmudo Volperte Johan geheiſſin Altmar, Guntherus Johan von Nuwenberg vicarien der kirchin czu Fritzlar, Conrad Altmar Volprachte von Cenre hern Symon Wigande von Maſsheim Gerharden Frederich Henrich von Gudensberg Johann von Alsfelt hern Ysfrede Wernhern von dem Markede Siferde von Kirchberg Wernhern von Richinbach priſtern Henrich Babiſte Heinrich von Rittebur Germeiſtern Volcmarn Greben Heinrich von Holzhem meiſter Eberhard geheiſſin uffme hobe Henrich Katzmann Conrad Hippeln Conrad von Hohinberg Conrad von Holtzhem Herman von Leinegow Henrich geheiſſin Same Henrich von Felsberg Thiderich von Saſſinhuſſin Syferde von Waldecken Hermanne von Kirchberg burger und ſcheffen czu Fritzlar und andersvil byderley lude. Diſſ dinge zu ſicherheit und czu eyner ewigen veſtenunge ſo gebe ich diſſen keynwortigen brieb mit ingeſigel des officials prepoſituren czu Fritzlar des probiſtes des heilgen Geiſtes uſſwendig der muren Fritzlar der ſtad czu Fritzlar und myme eigen veſtliche beſigelt, und wir official und dy probiſt des heilgen Geiſtes und dy burgermeiſter und ſcheffen czu Fritzlar vorgenant bekennen umb bede willen des erſamen mannes hern Hermannes geheiſſin von Grune ſengirs vorgnant daz wir unſer ingeſigel an diſen brieb han gehangen czu geczugniſſe und czu eyner ewigen beſtedegunge allir vorgnanten dingen. Datum anno Domini M° CCC° XIIII. IIII idus Aprilis.

CCCXXXV.

Acceptatur ab Haynenſibus.

Wir dy abt und convent des cloſtirs czu Hegene vorgnant vorkyſen hirubir mit frygem willen weris daz in der uzrichtunge des vorgnanten geſeczis oder an der uzrichtunge der milden almoſe vorgnant nach dem willen des ſetzirs wir funden worden vorſumende oder gebrechlich ſo ſolden dy burgermeiſtere ſcheffen und radlude czu Fritzlar dy czu cziden weren, haben und han mit diſſem keynwortigen briebe volle und frye macht unſer phande czu nemende vor dy pene und vor dy virſumeniſſe, wir globen ouch umme dy name der phande widder dy ſtad czu Fritzlar oder burger czu Fritzlar ſemptliche oder byſundern yn deme gerichte oder uſſwendig des gerichtes von rechte oder von geſchichte nummer nicht czu tunde darwidder

oder nicht czu ſuchende von uns oder von keyme andern gerichte oder richter oder keyne rache oder en darubir keynerley klage ummer czu irwegende und wir abt und convent des cloſtirs czu Hegene vorgnant czu eyme ewigen beheltniſſe des milden und guden willen vorgeſchriben yn allin ſinen punten und artikelen vorgeſchriben wir by namen und ſunderlichen den burgermeiſtern ſcheffen nnd radluden czu Fritzlar dy czu cziden ſint von der gemeynen ſtad wegen vorbynden wir uns mit dieſem briebe und vorkundigen uns mit diſem briebe, darzu virbunden und globen in guden truwen den milden und guden willin mit den wercken in allin ſynen artikelen vollenkomliche und truwliche czu irfullende und des nummer widder czukomende mit worte mit werke oder mit keynerley ſache und vorzihen offintliche und luterliche allis rechten geiſtlich und werntlich allir uznemunge rechtes und der werke allis geſetzis gewontheyde allir hulffe von hantfeſten dy irworben weren oder irworben mochten werden, briebe dy irworben weren oder noch mochten werden irworben wilchirley forme oder wu daz dy hilden und uznemunge, vorte, ſache, trugene und ubils und gemeynliche allir uznemunge, beſchermunge, widderrufunge und der verfolgunge dar von der milde wille oder dy vorgeſchriben almoſe und der uzrichtungen mochte hir nachmales yn keyner hande wiſe gekrenket werden, diſer dinge allir czu ſichirheit und czu eyner ewigen beſtedigunge, wir der abt und der convent des cloſtirs czu Hegene vorgnant geben diſen brieb mit unſerm eygen ingeſigel des wir alle wege gebruchen und ouch mit den ingeſigel des abtes von Bredenouwe des officials der prepoſituren czu Fritzlar und des probiſte des hoſpitals uzwendig der mure Fritzlar truwelich befeſtint oder beſigelt und wir der abt czu Bredenouwe official der prepoſiture czu Fritzlar und der probiſt des hoſpitals vorgnant bekennen umb bede willen der erſamen und geiſtlichen luden des abtes und conventes des vorgeſchriben cloſtirs daz wir unſer ingeſigel an diſen brieb han gehangen czu geczugeniſſe und czu eyner ewigen beſtedigunge allir diſer vorgnanten dinge, dit iſt geſchehin und gegeben in dem jare und an dem tage alſe vorgeſchriben iſt yn keynwortikeit der vorgeſchriben czüge.

CCCXXXVI.

Altariſta B. M. V. ad S. Georgium admittendus ad conſortium.

Ditherus Dei gratia ſanctæ Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Rhomani imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps elector

electoꝛ devotis nobis in Chriſto dilectis altariſtis de conſortio eccleſie ſancti Petri opidi noſtri Fridslar. noſtre dioceſ. ſalutem in Domino ſempiternam. Expoſita ſiquidem nobis nuper devoti nobis in Chriſto dilecti Rodorici altariſte ſive perpetui vicarii altaris beatæ Mariæ virginis in capella ſancti Georgii martiris opidi prefati ſiti petitio continebat quod licet ipſe ad fraternitatem ſive conſortium veſtrum quod pro veteri more in dicta eccleſia habere conſueviſtis recipi a vobis ſepe numero poſtulaverit, & eidem veluti uni ex tali fraternitate ſive conſortis pares & ſolitas diſtributiones & alia emolumenta communicare ſecundum certas illius conſortii conſtitutiones ordinationes & obſervantias ac dicti altaris ſui fundationem inſtitutionem & confirmationem debeatis, vos tamen eundem ad illud admittere & ſibi de premiſſis reſpondere hactenus excuſetis. Quocirca nobis fuit pro parte dicti Roderici humiliter ſupplicatum quatenus ſibi auctoritate noſtra ordinaria de remedio oportuno providere dignaremur nos in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pena vobis precipientes & mandantes quatinus eundem Rodericum infra triginta dies a die executionis preſentium ad fraternitatem ſive conſortium veſtrum admittatis & eum veluti unum ex vobis tractetis ac ſibi ſolitas diſtributiones communicetis vel coram nobis ſexta die poſt lapſum terminum præfati plene inſtructi compareatis allegaturi cauſas rationabiles quare premiſſa adimplere non debeatis alioquin contumatia veſtra non obſtante ad ulteriora prout de jure poterimus procedemus, harum noſtrarum quibus ſecretum noſtrum a tergo appenſum eſt teſtimonium litteram. Datum Lanſtein decima octava menſis Septembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

CCCXXXVII.

Dotatio altaris S. Georgii extra muros Fridslar.

In nomine Domini amen. Nos Bernhardus de Wolingkuſen decanus Nicolaus Trotte ſcolaſticus Johannes Imhobe cantor ceterique canonici eccleſiæ ſancti Petri Fridslarienſis capitulum repreſentantes recognoſcimus per preſentes quod cum providorum virorum Michaelis Pfaffen clerici Johannis von Rheine opidani Fridslar. donationis petitio nobis oblata continebat quod quondam piæ memoriæ ex bonis dereliſtis Hermanni Koch laici aliqualis pecunialis ſumma ad ipſos preveniſſet in cultum divinum vertenda ſed quia in capella ſancti Georgii extra muros dicti opidi Fridslarienſis dudum conſecratum fuiſſet altare in honorem beatæ Mariæ virginis Georii Jodocique ſanctorum nullis quaſi penſionibus proviſum unde ipſius paupertate oppreſſum rectore viduatum ne

ergo Deo dicatum in uſum redeat prophanum predictum vero altare tredecim florenorum penſionis annui cenſus dotare cupientes talibus videlicet modo & forma quod predictus Johannes vom Rhine trium florenorum annuo cenſu quoad vitam ſuam fruetur reliquum vero in medietate in utilitate cedat altaris predicti. Et quod ipſe Michael una cum Henrico Eberhardi predictum altare ſimul & ſemel regere gubernare fructus penſiones ipſius equaliter inter ſe dividere frui & uti poſſunt & debent altero vero decedente ſuperſtite ſolo & in ſolidum & per amplius uno ſolo rectore permanente noſtram quoque ad predictam voluntatem & conſenſum humiliter poſtularunt. Nos vero Bernhardus decanus & ceteri ſupranominati hujusmodi petitioni tanquam juſtæ annuentes nemini benefacere prohibere imo in adjutorium ſuccurrere volentes præfatorum benefactorum optata adimplere Dei adjutorio quantum in nobis eſt cupientes & facta nobis fide de predicti altaris fundatione conſecratione deſolatione & præfatorum benefactorum dotatione eisdem exponentibus Michaeli & Henrico ſimul & ſemel præfatum altare cum omnibus & ſingulis ſuis emolumentis talibus modo & forma ut ſupra continetur contulimus & conferimus per preſentes, quibus quidem pariter defunctis quotienscunque tunc predictum altare vacare contigerit collationem nobis & ſucceſſoribus noſtris reſeruamus tantum pro una perſona inſtituendam volumus autem in predicto beneficio omni ſeptimana duas miſſas ad minus celebrari. In ſalutem animæ Hermanni Koch parentumque ſuorum fundatoris ſupradicti. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem & teſtimonium preſentes noſtras literas noſtri ſigilli quo utimur ad cauſas duximus appenſione communiri. Datum & actum anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo in vigilia vigiliæ nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti.

CCCXXXVIII.

Traditio domus ad idem altare.

In nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti amen. Noverint univerſi & ſinguli preſentes pariterque & futuri per hoc verum & publicum inſtrumentum. Quod anno a nativitate ejusdem Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo indictione quinta decima die vero Dominica duodecima menſis Novembris pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Nicolai divina providentia Pape quinti anno ſexto. In noſtri notarii publici teſtiumque fide dignorum infraſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum preſentia perſonaliter conſtituta honeſta mulier Alheidis famula quondam domini Rudulfi

dulffi Knorren plebani dum vixit in Lohn, non vi, dolo metu coacta aut fraude ſeu aliqua machinatione circumventa ſed gratis & ex certa ſcientia atque ſpontanea voluntate in animæ ſuæ dictique quondam domini Rudulffi ac eorum progenitorum ſalutem omnibus cauſa & forma & ſtilo melioribus quibus id fieri potuit & debuit animum ad hoc gerens benivolum quandam ejus domum in vico communiter die Grebengaſſe inter domos domini Henrici Schlegerende eccleſiæ ſancti Petri Fridslarienſis altariſtæ & Johannis Felbeners ſitam ad altare beatæ Mariæ virginis ac ſanctorum Georgii & Jodoci martirum ſitum in capella ſancti Georii extra muros opidi Fridslar Magunt. dioceſ. & honorabili viro domino Michaeli Pfaff ejusdem altaris rectori ac omnibus ſuis in eodem altari perpetuis ſucceſſoribus cum omnibus ſuis juribus proprietatibus honoribus & oneribus dedit donavit ceſſit remiſit & transtulit ac preſentibus dat & donat redit & remittit donatione pura & ſimplici rata & irrevocabili que fit ut dicitur inter vivos perpetuo valitura conſtituens etiam ipſa donatrix præfatum dominum Michaelem preſentem & donationem ipſam nomine dicti ſui altaris acceptantem & omnes ſuos in eodem altari ſucceſſores in predicta domo ſic ut præfertur ceſſa & donata veros dominos atque legittimos patronos ponens eos & eorum quemlibet nomine ejusdem altaris in locum ſuum ita quodammodo idem dominus Michael & quilibet ejus ſucceſſor & dicti altaris pro tempore rector poſſit debet & valeat eadem domo & ejus fundo in perpetuum ad omnem ſuum & cujuslibet ipſorum libitum frui uti & gaudere ipſamque domum ut rem propriam coram quibuscumque dominis judicibus tam eccleſiaſticis quam ſecularibus quibuscumque cenſeantur nominibus defendere cenſus etiam fundales ac alia civilia opera ex eadem domo quovismodo cedentia ſolvere & exercere prout & quemadmodum pſa donatrix hucusque ante ceſſionem hujusmodi facere & peragere conſuevit, promiſit etiam dicta donatrix mihi infraſcripto notario ſolemniter ſtipulando & recipiendo ſe de præfata domo ſic ut prefertur ceſſa & remiſſa nullæ alteræ perſonæ univerſitati vel collegio ullo unquam tempore aliam feciſſe ſeu facere velle donationem ceſſionem vel remiſſionem nec contra preſentem per ſe vel alium quovis queſito colore ullo modo facere vel venire quacumque occaſione vel cauſa renuntians expreſſe ex ejus certa ſcientia omni juri ſibi quoad revocationem donationem hujusmodi quomodolibet competenti qua quidem ceſſione & remiſſione ab eadem donatrice facta idem dominus Michael præfati altaris rector volens beneficii ſibi & dicto ſuo altari facti memor eſſe ſeque gratum reddere attendens eandem donatricem aliam ſibi non retinere habitationem ipſam in eadem domo una ſecum ad ejus vitam morari atque uſum in ea habere voluit, ſibique cameram uſu ſuo in eadem domo verbo aſſignavit ſuper quibus omnibus tam donatarius quam donatrix

trix prefati petierunt ſibi hinc inde a me ſubſcripto notario fieri unum vel plura inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta fuerunt hec prefato in opido Fridslarienſi in curia & habitatione venerabilis viri & domini Bernhardi de Wolmershuſſen eccleſiæ ſancti Petri Fridslarienſis decani ſub anno indictione die menſe loco & pontificatu quibus ſupra, preſentibus ibidem venerabili viro domino Bernhardo decano prefato nec non honorabilibus magiſtro Wilhelmo de Colke & domino Thilmanno Greben dictæ eccleſiæ altariſtis ac diſcretis Henrico Alsfelt Henrico Setteler Nicolao Hecker Ludovico Roding & Hidda Schonbes laicis dictæ diœceſis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Johannes Hubenſtriker de Fridslar clericus Maguntin. diœceſ. publicus ſacra imperiali auctoritate notarius quia prædictæ domus donationi legationi & aſſignationi poteſtatis traditioni ratihabitioni omnibusque aliis & ſingulis præmiſſis dum ſic agerentur & fierent una cum prænominatis teſtibus interfui preſens eaque ſic fieri vidi & audivi idcirco hoc preſens publicum inſtrumentum confeci manu alterius fideliter me aliis arduis præpeditis negotiis ſcribi procuravi, ſed in hanc publicam redegi formam ſubſcripſi propria manu ſignoque nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſigulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

CCCXXXIX.

Summum altare in Ponte Lapideo dotatur.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis pateat manifeſte quod ſub anno nativitatis ejusdem Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono indictione ſeptima menſis Aprilis die ultima hora diei ejusdem veſperorum vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Bonifacii divina providentia Pape noni anno decimo Fridslar in domo habitationis diſcreti viri Hermanni Steingos clerici ſita ante valvam prope Rheingoſſenthor ſupra Wolffisgruben & in eius eſtuario Magunt. dioceſ. in mei notarii publici ſubſcripti & honorabilium teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus diſcretus vir dominus Hermannus Steingos jam dictus affectans & volens terrena in ſpiritualia commutare & ob divini cultus augmentum animæque ſuæ & animarum parentum ſuorum nec non omnium fidelium ſalutem altare ſupremum ſeu ſummum in capella Ponti Lapideo ante Fridslar. &c. predictum annexa ante valvam Monſterthor ſitum & in omnipotentis Dei & ejus ſancti ſepulchri glorioſæ virginis Mariæ matris Chriſti ſancti

Johan-

Johannis evangeliſtæ omnium ſanctorum apoſtolorum & beatæ Mariæ Magdalenæ honorem conſecrandum bonis ſuis a Deo ſibi collatis & ſic infra ſcriptis & ſpecificatis de conſenſu & voluntate ut dicebat honorabilium virorum dominorum decani & capituli eccleſiæ ſancti Petri Fridslar. dotavit & eidem altari omnibus melioribus modo via & forma & efficatioribus quo & quibus potuit & debuit dedit & aſſignavit per litterarum ſuper eisdem bonis & redditibus traditarum & conſcriptarum traditionem & proprietatem eorundem bonorum cum poſſeſſione perpetua videlicet primo decem talenta annui cenſus denar. Haſſienſ. cum quinque pullis de tota villa Heymershuſſen prope Zcuſchen item quatuor talenta jam dictorum denariorum in libertate Fridslarienſi de bonis Dipelonis tamen annuatim cedenda item duas eorundem denariorum libras annui cenſus de & ex bonis Volckmari Strithuſen oppidani Fridslar. Item unam dictorum denariorum libram annui cenſus de tota villa Hadamar. Item donavit dicto altari duas denar. Haſſienſ. libras annui cenſus de bonis dictæ der Tobennichten Inſsper aſſignavit ei unum predictorum denar. talentum annuatim dicti Volzen in dicta libertate Fridslar. Item triginta ſolidos ſepedictorum denariorum de bonis Henrici Wedekindes annuatim. Item dedit & aſſignavit ſpecialiter dicto altari ad comparationem luminum & candelarum in divino offic'o neceſſariarum & pro comparatione olei ut tempore nocturnali in Lampade in dicta capella luceat & ardeat decem & novem ſolidos annui cenſus de bonis Volgmari Wolff oppidani Fridslar. ita ſane quod ipſis capellæ & altari quam diu viveret preeſſe vellet ac etiam ipſis bonis uti & gaudere jusque patronatus & quidquid ex promiſſionis dotatis & bonis aſſignatis juris in dictis capella & altari haberet de quacumque occaſione eo defuncto in præfatos decanum & capitulum transtulit & extunc transferri conſtituit, hoc ſemper ſalvo quod poſt ejus diſceſſum ſeu obitum illo vel illi cui aut quibus ipſe dotator in extremis & in ſine vitæ ſuæ daret concederet ſeu aſſignaret poſſet vel poſſent infra duorum menſium ſpatium pro una perſona per ipſos dominos inſtituenda ipſis dominis ſupplicare ac denuo dicto altari vacante per obitum inſtituti ſeu alias quocumque modo pro ſecunda perſona & tandem pro ſecunda vice qualitercumque vacante pro perſona tertia per dictos dominos inſtituenda poſſet aut poſſent rogare & intervenire ac dicti domini tribus vicibus ſucceſſivis ut pretactum eſt præces & ſupplicationes ſeu interventiones pretactas deberent admittere & pie exaudire ac illi pro quo ſupplicaretur benigne conferre absque contradictione, hoc adjecto quod pro quocumque rogaretur vel in poſterum dicta & altare conferretur deberet eſſe presbiter & collatio alteri facta nullius deberet eſſe momenti & ipſa capella & altare uni alteri qui actu presbiter eſſet conferri & aſſignari deberet. Inſuper omnes & ſinguli inſtituti in

dictam capellam & altare predictum ſub obedientia debita domini decani Fridslar. eſſe deberent prout alii altariſtæ & capellarum rectores Fridslar. exiſtentes & facere obedientiam ei & inſtitutus pro tempore omni ſeptimana tres miſſas videlicet quarta ſexta feriis & ſabatho celebrare ſeu celebrari ordinare & facere deberet quod ſi non fecerit nec ſic diſpoſuerit memoratus dominus decanus Fridslar. pro tempore exiſtens per ſubtractionem fructuum ſuorum ipſum inſtitutum poterit corrigere & coercere inſuper omne etiam jus quod vicarii perpetui eccleſiæ Fridslar. predictæ in aliis capellis in terminis parrochiæ Fridslar. conſtitutis habuerunt & hodie habent hoc idem jus in capella memorata habere deberent & preſens dotatio deberet eſſe absque omni eorum prejudicio nec rector capellæ & altaris prædicti ipſos vicarios actu regentes aut eorum ſucceſſores in eorum jure impedire aliqualiter deberet ſed gratanter eorum parrochiam & Pontis Lapidei edificium promovere omni tempore juxta ſuum poſſe ſuper quibus omnibus & ſingulis dictis dominus Hermannus Steingos dotator requiſivit me notarium publicum ſubſcriptum ut ſupra premiſſis omnibus & ſingulis publicum conficerem inſtrumentum. Acta ſunt hec anno indictione menſe die hora loco pontificatu quibus ſuper preſentibus honorabilibus & diſcretis viris magiſtro Johanne Eckelonis eccleſie Fridslar. predictæ canonico Johanne Luternbach presbitero Henrico Lupi de Caſſel & Conrado Wedelbergk de Nuwenburg clericis dicte Mogunt. dioceſ. proteſtibus ad premiſſa vocatis pariter & requiſitis.

Ego Cunradus Conradi de Munden clericus Mogunt. dioceſ. publicus imperiali auctoritate notarius quia premiſſis dotationi donationi aſſignationi ordinationi omnibusque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut confertur fierent & agerentur fieri una cum prenominatis teſtibus preſens, ideo preſens publicum inſtrumentum exinde conſcripſi ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi & in hanc publicam formam redegi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

§. III.

In eadem ſede Fridtzlarienſi de eccleſiis.

Gudensberg LXXX. alb. — * Metza LXXX. alb. — Zcuſchen archipresbiter dedit nichil. — Nydenſteyne XL. alb. — Ritterſane XL. alb. — Beſſe archipresbiter ſedis

Dith-

Dithmollen dedit nichil. — Ritte XL. alb. — Buna XL. alb. — Vorſchucz ſuperior XL. alb. — Kirpurg quia in biennalibus dedit XX. alb. — Fraumonſter XX. alb. — Zenner inferior XL. alb. — ** Burberg XX. alb. — Harlen XX. alb. — Niddern Meiderich XX. alb. — Maden XX. alb. — Obern Zenner X. alb. — Hademar X. alb. — *** Geismar X. alb. — Loen X. alb. — Wehern X. alb. — Glichen X. alb. — Elmeshain X. alb. — Hob X. alb. — Elgershuſen X. alb.

* An. MDVIII. die octavo menſis Maji officiali præpoſituræ eccleſiæ S. Petri Fritzlarienſis Adam Hanſo per Giſonem Hundt ſeniorem armigerum præſentatus eſt ad eccleſiam parochialem in Metz per obitum Johannis Hundt canonici vacantem.

** De hoc loco egit Joh. Herm. Schminckius in diſſert. hiſtorica: De epiſcopatu Buraburgenſi.

*** Conf. Schminckius diſſert. de cultu religioſæ arboris Jovis §. XIV. &c. & quæ infra cap. II. notavimus.

CCCXL.

Parochia in Beſſe cantoriae Fritslar. incorporata &c.

In nomine Domini amen. Nos decanus . . . ſcolaſticus canonici & capitulum eccleſie Fritslarienſis, preſentibus litteris, publice profitemur, cum propter tenues & exiles, redditus & proventus cantorie eccleſie noſtre in quibus cantor dicte noſtre eccleſie ſecundum ſue dignitatis exigenciam ſufficere non poterat eidem cantarie eccleſiam parochialem in Beſſe que ab olim ad noſtram & capituli noſtri collationem & preſentacionem communiter pertinere noſcebatur, in corporauerimus & coadunauerimus atque incorporari & coadunari per reverendum in Chriſto patrem & dominum noſtrum dominum Henricum ſancte Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopum fecerimus & obtinuerimus,

ac jus conferendi perpetuam vicariam dicte ecclesie & presentandi ad eam inantea perpetuis temporibus, in . . . cantorem prefate nostre ecclesie, qui fuerit transtulerimus. Et ex nunc jus conferendi & presentandi ad eandem perpetuam vicariam ecclesie in Besse, predicte, quociens vacaverit perpetuis temporibus in cantorem dicte nostre ecclesie & quoslibet ejus successores translatum esse volumus presentibus pleno jure, secundum quod collacio eiusdem ecclesie in Besse & presentatio ad eam, ad nos & nostrum capitulum communiter ab antiquo pertinere noscebatur. Quod honorabilis vir dominus Hermannus de Falckinberg, nunc cantor ecclesie nostre pro obtinenda incorporatione prescripte ecclesie in Besse cantorie hujusmodi per dominum nostrum Henricum Archiepiscopum Mogunt. predictum facta, expensas fecit & exposuit quatuor marcas argenti puri Fritslar. ponderis, ita sane, si ipsum dominum Hermannum cantorem ante adepcionem pacifice possessionis ecclesie in Besse predicte, sue dignitati ut prescribitur incorporate, & perceptionem fructuum ejusdem plenariam ab hac vita decedere contigerit, quod ejus in dicta cantarie successor, illas quatuor marcas argenti per ipsum & sic expositas, suis testamentariis & manufidelibus infra unius mensis spacium a die qua cantariam predictam adeptus fuerit computandas, sub pena suspensionis a perceptione prebendalis stipendii persolvere debebit expedite per eosdem testamentarios siue manufideles pro ipsius domini Hermanni voluntate in usus ecclesie nostre conuertendas nisi idem dominus Hermannus cantor debitis in tantum fuerit oneratus, quod dicte quatuor marce argenti ad solucionem hujusmodi debitorum merito requirantur, ad que premissa inuiolabiliter observanda. Nos decanus scolasticus, canonici & capitulum ecclesie Fritslar. predicte nos & nostros successores presentibus firmiter obligamus. In quorum premissorum testimonium & certitudinem pleniorem presens hoc scriptum sigillo ecclesie nostre predicte dedimus communitum. Actum in generali capitulo in ecclesia nostra predicta habito anno Domini MCCCXLII feria sexta proxima post Dominicam judica proxima sexta feria precedente continuato.

CCCXLI.

Institutio parochi in Buna.

Uriel Archiep. Mogun. &c. Universis & singulis divinorum rectoribus per civitatem & diœcœsin nostras ubilibet constitutis salutem in Domino; cum nuper devotus nobis in Christo dilectus Henricus Schneidewind clericus nostræ diœcœsis ad parochialem ecclesiam villæ Buna nostræ diœcœsis, cum suis annexis & filiabus ad præsens per obi-

obitum Joannis Franck noviſſimi illius, dum in humanis ageret, poſſeſſoris vacantem, nobis per illuſtrem dominum Wilhelmum Landgravium Haſſiæ amicum noſtrum chariſſimum tanquam ſeniorem & præfatæ eccleſiæ verum & indubitatum patronum aut collatorem legitime præſentatus ſupplicavit, quatenus ipſum in & ad dictam parochialem eccleſiam juxta præſentationem nobis deſuper factam inſtituere dignaremur; Nos vero volentes præfatum Henricum principalem inveſtituram hujusmodi a nobis humiliter petentem favore proſequi gratioſo, eundem Henricum ad dictam parochialem eccleſiam inſtituendum & inveſtiendum duximus, inſtituimusque & inveſtimus ipſum authoritate noſtra ordinaria per præſentes, mandantes vobis, quatenus eundem Henricum ſic, ut præfertur, inſtitutum & inveſtitum in ſæpe dictam parochialem eccleſiam juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem corporalem, realem & actualem poſſeſſionem inducatis, inductumque defendatis, facientes tibi, quantum in vobis eſt, de omnibus & ſingulis prædictæ eccleſiæ parochialis fructibus, reditibus integre reſponderi adhibitis circa hæc ſolennitatibus debitis & conſuetis. Datæ Aſchaffenburgi ſub ſigillo noſtro die ſecunda menſis Januarii anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo.

CCCXLII.

Praeſentatio ad parochiam Zenner.

Decanus totumque capitulum eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Mogunt. dioc. Venerabili viro domino Johanni Bertram officiali prepoſiture ejusdem eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis ſalutem in Domino. Quia eccleſia parochialis ville Czener ex libera reſignacione honorabilis domini Johannis Schutzen ultimi poſſeſſoris vacat, cujus quidem plebanie jus conferendi & preſentandi ad nos noſtrosque ſucceſſores pleno jure ſpectare dinoſcitur, vobis honorabilem Dominum Johannem Kortz presbiterum prelibate dioceſis, cui dictam plebaniam contulimus, tanquam abilem & idoneum ad dictam eccleſiam regendam & gubernandam tenore preſencium preſentamus ſupplicantes una cum & pro eodem, quatenus ipſum in & ad dictam eccleſiam inſtituere & inveſtire poſſeſſionemque corporalem realem & actualem tradere & tradi mandare aliaque que in hac parte vobis incumbunt facere dignemini adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri capituli ad cauſas preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo die vero quinta menſis Februarii.

CCCXLIII.

Praelaturis Frideslar. bona adnectuntur.

Nos Heinricus Dei gracia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus publice in hiis ſcriptis & ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod nos de conſenſu ac voluntate honorabilium virorum decani & capituli eccleſie noſtre Moguntine nec non provida deliberacione prehabita ad ſtatum eccleſie Fritslarienſis noſtre dioc. quam non immerito quodam ſpeciali favore proſequimur, affectionis paterne oculos dirigentes, invenimus ejus prefaturas ſcilicet decanatum ſcolaſtriam & cantoriam in temporalium facultate pati defectum nec ipſas vel earum quamlibet tantis habundare redditibus, quantas tam venerabiles prelaturas habundare deceret, propter quod ex officii noſtri debito ex premiſſis & aliis quibusdam certis & racionabilibus cauſis ad hoc nos moventibus fructus & obvenciones eccleſiarum parochialium noſtre Mogunt. dioc. videlicet eccleſie S. Marie extra muros Fritslarienſes decanatui & eccleſie in Burberg ſcolaſtrie ac eccleſie in Beſſe cantorie de conſenſu decani & capituli prefate eccleſie Fritslarienſis dictarum eccleſiarum S. Marie, in Burberg & in Beſſe patronorum duximus annectendos & ipſos eisdem prelaturis prout preſcribitur annectimus per preſentes dantes decano, ſcolaſtico & cantori eccleſie Fritslarienſis prenotate liberam poteſtatem cuilibet prout ad ipſum ſpectat poſtquam predictas eccleſias ſive earum alteras vacare contigerit, fructus & obvenciones ipſarum eccleſiarum ſupradictos, prout cuilibet ſunt uniti & annexi vice & nomine paſtoris, tollendi, colligendi, percipiendi & alias qualitercunque diſponendi de ipſis prout ſibi viderint expedire, juribus tamen papalibus, dyociſani ac archidiaconi in omnibus illeſis remanentibus, ſalvo eciam vicariis, quos inantea per memoratos decanum & capitulum eccleſie Fritslarienſis ad easdem eccleſias parochiales preſentari contigerit & inſtitui, congruis porcionibus, per quas jura epiſcopalia ſolvere, hoſpitalitatem tenere & alia incumbencia onera valeant ſupportare, quarum ſiquidem porcionum moderacionem nobis vel noſtris ſucceſſoribus inpoſterum duximus reſervandam & ejus declaracionem nobis preſentibus reſervamus, dantes ſibi has noſtras literas ſigilli noſtri munimine munitas in evidens teſtimonium premiſſorum. Et nos Johannes Dei gracia decanus totumque capitulum eccleſie Moguntine predicte recognoſcimus publice in hiis ſcriptis premiſſa omnia & ſingula de noſtro conſenſu & voluntate proceſſiſſe & quod ad majorem premiſſorum roboris firmitatem duximus ſigillum capituli noſtri predicti preſentibus appendendum. Datum Aſchaffinburg decimo kalendas Novembris anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo, CCCXLIV.

CCCXLIV.

Concordia cum decano ſuper eccleſia illi incorporata.

Nos ſcolaſticus, cantor totumque capitulum eccleſie Fritzlarienſis tenore preſencium publice proteſtamur, quod litem motam & controverſiam inter dominum Hermannum de Talwig decanum noſtrum & eccleſie noſtre antedicte parte ex una & Ludewicum de Caſſele vicarium perpetue vicarie eccleſie parochialis monaſterii ſancte Marie prope Fritzlariam parte ex altera occaſione cujusdam incorporacionis dicte eccleſie parochialis facte decanatui eccleſie noſtre antedicte dudum per venerabilem in Chriſto patrem ac dominum dominum Heinricum quondam Archiepiſcopum Moguntinum dum adhuc erat in plenitudine poteſtatis & quieta poſſeſſione archiepiſcopatus antedicti rogati & requiſiti per partes antedictas in hunc modum in amicicia concordavimus, quod dictus dominus noſter decanus dicto Ludewico unum maldrum ſiliginis menſure Fritzlarienſis . . nunc in feſto Michahelis proximo dare debebit & ipſe Ludewicus dominum noſtrum decanum in incorporacione antedicta & in redditibus decanatui racione dicte incorporacionis annexis nec colonos prefato domino decano dictos redditus miniſtrantes non debebit inpoſterum impedire nec de cetero ullo judicio convenire quovis modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtre eccleſie ad cauſas appoſuimus huic ſcripto ſub anno Domini M° CCC° L° octavo ipſo die Lamperti epiſcopi.

CCCXLV.

Ordinatio circa IV. marcas a decano perſolvendas.

In nomine Domini amen. Nos ſcolaſticus, cantor, canonici & capitulum eccleſie Fritslarienſis preſentibus literis publice profitemur, cum propter tenues & exiles redditus & proventus decanatus eccleſie noſtre, in quibus decanus dicte noſtre eccleſie ſecundum ſue dignitatis exigenciam ſufficere non poterat eidem decanatui, eccleſiam parochialem ſancte Marie extra muros Fritslarienſes, que ab olim ad noſtram & capituli noſtri collacionem & preſentacionem communiter pertinere noſcebatur, incorporaverimus & coadunaverimus atque incorporari & coadunari per reverendum in Chriſto patrem & dominum noſtrum dominum Heinricum ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopum fecerimus & obtinuerimus ac jus conferendi perpetuam vicariam dicte eccleſie & preſentandi ad eam inantea perpetuis temporibus in decanum prefate noſtre eccleſie qui pro tempore fuerit, transtulerimus &

ex

ex nunc jus conferendi & preſentandi ad eandem perpetuam vicariam eccleſie ſancte Marie predicte quociens vacaverit perpetuis temporibus decanum dicte noſtre eccleſie & quoslibet ejus ſucceſſores translatum eſſe volumus preſentibus pleno jure ſecundum quod collacio ejusdem eccleſie ſancte Marie & preſentacio ad eam ad nos & noſtrum capitulum communiter ab antiquo pertinere noſcebatur. Quod honorabilis vir dominus Hermannus de Ittere nunc decanus eccleſie noſtre pro obtinenda incorporacione preſcripte eccleſie ſancte Marie decanatui predicto per dominum noſtrum Heinricum Archiepiſcopum Mogunt. predictum factum expenſas fecit & expoſuit quatuor marcas argenti puri Fritslarienſis ponderis, ita ſane, ſi ipſum dominum Hermannum decanum ante adepcionem pacifice poſſeſſionis eccleſie ſancte Marie predicte ſue dignitati ut preſcribitur incorporate & percepcionem fructuum ejusdem plenariam, ab hac vita decedere contigerit, quod ejus in dicto decanatu ſucceſſor illas quatuor marcas argenti per ipſum ut ſic expoſitas ſuis teſtamentariis & manuſidelibus infra unius menſis ſpacium a die qua decanatum predictum adeptus fuerit ſub pena ſuſpenſionis a percepcione prebendalis ſtipendii perſolvere debebit expedite per eosdem teſtamentarios ſive manuſideles pro ejusdem domini Hermanni voluntate in uſus eccleſie noſtre convertendas, niſi idem dominus Hermannus debitis in tantum fuerit oneratus, quod dicte quatuor marce argenti ad ſolucionem debitorum ſuorum requirantur, ad que premiſſa inviolabiliter obſervanda nos ſcolaſticus, cantor, canonici & capitulum eccleſie Fritzlarienſ. predicte nos & noſtros ſucceſſores preſentibus firmiter obligamus. In quorum premiſſorum teſtimonium & certitudinem pleniorem preſens hoc ſcriptum ſigillo noſtre eccleſie predicte dedimus communitum. Actum in generali capitulo in eccleſia noſtra predicta habito anno Domini M° CCC° XLII. feria ſexta proxima poſt Dominicam judica a proxima feria ſexta precedente continuato.

§. IV.

In ſede Marturff de eccleſiis.

Marturff LXXX. alb. — Homberg quia plebanus in biennalibus dedit XL. alb. — Siperhuſen LXXX. alb. — Borcken XL. alb. — Engelgis minor XL. alb. — Rengeshuſen XL. alb. — Maltzfeldt XX. alb. — Rengersfelde XX. alb. — Grentzenbach XX. alb. — Gumperte XX. alb. — Arn-

Arnſpach XX. alb. — Truckenerfurdt XX. alb. — Naſſen Erfurdt XX. alb. — Verne XX. alb. — Dilche XX. alb. — Rabenshuſen XX. alb. — Holczhuſen XX. alb. — Hebelde XX. alb. — Kerſtenhuſen quia in biennalibus X. alb. — Beysheim XX. alb. — Utershuſen XX. alb. — Sungelſchen & Leutdurff filia archipresbiter dedit nichil. — Almeſshuſen X. alb. — Caſturff X. alb. — Suntheim X alb. — Waſsmudeshuſen X alb. — Wernswig X. alb. — Freudentail X. alb. — Engelgis major X. alb. — Wichte X. alb. — Milbach X. ab. — Hulſe X. alb. — Appenfelde X. Alb. — De capellis in Rumphuſen Archipresbiter ſedis Uttera dedit nichil.

De altaribus in Homberg in parochia.

Altare S. Nicolai XII. alb. — S. Sebaſtiani VIII. alb. — S. Michaelis VIII. alb. — Sancte Crucis XII. alb. — S. Katherine XVI. alb. — S. Petri & Pauli VIII. alb. — S. Elizabeth XI. alb. — De ſtipendio S. Michaelis domini Wigandi Goſswyn teſtamentarii.

In Libertate.

Sancte Trinitatis IX. alb. — S. Michaelis VIII. alb. — Omnium Apoſtolorum X. alb. — Decem millium martyrum XIIII. alb. — Omnium virginum XIII. alb. — Omnium confeſſorum III. alb. — Sancte Elizabeth in infirmario XIIII. alb. — Sancte Crucis in capella S. Nicolai XVI. alb. — Pro ſecunda perſona vacat. — Stipendium in Rackeshuſen etiam vacat.

In Marturff de altaribus.

S. Johannis X. alb. — Beate Virginis X. alb. — Altare campanarie XIII. alb. — De ſtidendio in Tabelshus XII.

alb. — De alio ſtipendio ſanctorum Petri & Pauli XII. alb. — De commiſſione in Helgershuſen VIII. alb. — De commiſſione in Mosheim VIII. alb. — Commiſſio in Utershuſen vacat.

In Borckenn.

Altare beate virginis XIII. alb. — S. Nicolai VI. alb. — Altare in Verne VI. alb. — Altare in Holczhuſen VIII. alb. — Novum ſtipendium in Borcken VIII. alb.

In ſede Genſingen de Eccleſiis.

Genſingen Archipresbiter dedit nichil. Melſungen LXXX. alb. — Brunslar LXXX. alb. — Velſperg incorporata eſt ordini Teutonicorum. — Spangenberg XXXX. alb. — Gryffte XXXX. alb. — Lichtenauwe XL. alb. — Eyterhain XX. alb. — Richenbach eſt incorporata ordini Theutonicorum. — Ludenbach in biennalibus dedit X. alb. — Velmede XX. alb. — Lare XX. alb. — Walberg XX. alb. — Bodegern quia in biennalibus X. alb. — Wolffershuſen XX. alb. — Schwartzenberg XX. alb. — Widelbach XX. alb. — Quentel quia in biennalibus dedit X. alb. — Grabenauwe in biennalibus X. alb. — Heſenrode XX. alb. — Reterade X. alb. — Meinhorishuſen X. alb. — Durnhain X. alb. — Curle X. alb. — Walderode X. alb. — Obernmelſungen X. alb. — Denhuſen X. alb. — Capella in Caldenbach X. alb.

De altaribus in & prope Felsberg.

Altare in Bodegern XII. alb. — Altare beate Virginis in nova capella prope Felsberg XX. alb. — Sancte Crucis ibidem XX. alb. — S. Katherine ibidem XX. alb. — Altare S. Pancratii in caſtro XII. alb. — Altare S. Valentini XII. alb.

In Spangenberg de altaribus.

Sancte Katherine XX. alb. — S. Sebaſtiani VI alb. — S. Nicolai XIIII. alb. — S. Ciriaci X. alb. — Beate Virginis VI. alb. — Sancti ſepulcri XV. alb. — Hoſpitale ibidem VIII. alb. — Sancte Elizabeth in hoſpitali XIIII. alb. — Altare in caſtro VI. alb. — altare in monte ſancte Crucis prope Spangenberg VI. alb. — Sancti Jodoci in Spangenberg VIII. alb.

In Melſungen de Altaribus.

SS. Petri & Pauli XXX. alb. — S. Katherine X. alb. — Sancte Crucis LXV. alb. — Altare primiſſarie VII. alb — Altare S. Nicolai XX. alb. Altare in capella ibidem VI. alb.

In Lichtenauwe de Altaribus.

Sancti Johannis X. alb. — Sancti Kiliani X. alb. — Altare primiſſarie X. alb. — Altare in Runde VI. alb. — Capella in Eppenberga nil. — Capella extra muros prope Lichtenauwe XII. alb. — Novum beneficium in capella beate virginis in cimiterio eccleſie ſancti Cyriaci extra muros Lichtenauwe VI. alb.

An. MDXXIII. die vigeſima nona menſis Maji officialis præpoſiture Fritzlarienſis proclamari fecit Adamum Goſſel ad parochialem eccleſiam in Remigesfelde per liberam reſignationem Conradi Magerſoppe vacantem per Heinricum de Holtzheim præſentatum.

CCCXLVI.

Regiſtrum actorum in cauſa beneficiali eccleſie parochialis Majoris Englis ville Moguntine dioceſis coram venerabili viro domino officiali prepoſiture Fritzlarienſis inter honorabiles dominos Sebaſtianum Wiſſenbuch & Dionyſium Berg &c.

In nomine Domini amen. Anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo primo, indictione nona die vero viceſima prima menſis Julii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini Leonis divina providencia Pape decimo anno nono coram venerabili viro domino officiali prepoſiture eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Moguntine dioceſis, inque mei notarii publici ac ſcribe jurati jam dicte prepoſiture ac teſtium infraſcriptorum fide dignorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſencia perſonaliter conſtitutus honorabilis dominus Sebaſtianus Wiſſenbuch ſuccentor dicte collegiate eccleſie Fritzlarienſis presbiter Mogunt. dioceſ. principalis pro ſe ipſo quasdam preſentacionis literas de & ſuper parochiali eccleſia ville majoris Englis Mogunt. dioc. per venerabiles & egregios viros dominos decanum & capitulum collegiate eccleſie Fritzlarienſis prefate dioceſis gratioſe ſibi datas & conceſſas prenominato domino officiali judici facto realiter & inſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit & preſentavit, petiit ad ſtatum ſibi deſuper litteras proclamacionis in forma ſolita & conſueta decerni & concedi, quas quidem literas preſentacionis memoratus dominus officialis & judex de manibus ſuis reverenter accipiens proclamacionis literas petitas & deſideratas in forma ſolita decrevit & conceſſit easque prout petite fuerant & decrete per me notarium infraſcriptum fieri & ſubſcribi ſuique ſigilli appenſione communiri juſſit, voluit pariter & mandavit prout & quemadmodum ex eisdem per me notarium cauſæ hujusmodi in notam receptis & inferius apud acta cauſe plenius continetur & habetur.

Deinde anno, indiccione die & menſe quibus ſupra, coram prenominato domino officiali & judice comparuit diſcretus Dionyſius Bergk predicte Mogunt. dioc. clericus ut aſſeruit principalis principaliter pro ſe ipſo ſimiliter quasdam preſentacionis literas de & ſuper prædicta parochiali eccleſia ville Englis majoris per reverendum dominum D. Nicolaum Bergk abbatem monaſterii ſancti Johannis Baptiſte in Capelle ordinis premonſtratenſis gracioſe ſibi conceſſas & datas exhibuit & preſentavit ac litteras deſuper proclamacionis in forma ſolita & conſueta decerni & concedi debita cum inſtancia poſtulavit; Memoratus tunc dominus

minus officialis & judex prænominato Dionyſio Bergk ſic ut premittitur preſentato petenti & poſtulanti dixit ſibi hodie ante duas horas per honorabilem dominum Sebaſtianum Wiſſenbach ſuccentorem eccleſie Fritzlarienſis per venerabiles & egregios viros dominos decanum & capitulum jam dicte eccleſie Fritzlarienſis preſentatum literas preſentacionis de & ſuper jam dicta parochiali eccleſia ville Englis majoris datas & exhibitas, dictoque Sebaſtiano ſic ut premittur preſentato inſtanti & petenti litteras proclamacionis deſuper fuiſſe & eſſe decretas & in forma ſolita datas & emanatas cum aſſignacione certi termini futuri, in quo quidem termino pro intereſſe & jure ſuo comparere poſſet ac jus ſuum allegare & deducere. Replicando prefatus dominus Dionyſius literas proclamacionis prius petitas ſimiliter & ſibi pro jure ſuo de & ſuper ſua preſentacione decerni & concedi debita cum inſtancia poſtulavit. Memoratus tunc dominus officialis literas preſentacionis hujusmodi ad ſe recepit proclamacionis literas in forma ſolita decrevit & conceſſit, easque prout petite fuerant & decrete per me notarium & ſcribam ſuum juratum infra ſcriptum fieri & ſubſcribi, ſuique ſigilli ſuppreſſione communiri juſſit voluit pariter & mandavit, prout & quemadmodum ex eisdem per me notarium cauſe hujusmodi in notam receptis & inferius apud acta regiſtratis plenius continetur & habetur.

Tenores vero preſentacionum de quibus ſupra fit mentio ſequuntur & ſunt tales.

CCCXLVII.

Praeſentatio ad parochiam in Majori Englis.

Wernherus de Büern decanus ceterique canonici capitulares eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis honorabili viro domino officiali prepoſiture ejusdem eccleſie ſalutem. Ad eccleſiam parochialem ville majoris Eglis Mogunt. dioc. ad preſens per obitum quondam domini Johannis Schniders illius noviſſimi poſſeſſoris vacantem, cujus quidem eccleſie parochialis collacio ſeu proviſio ad nos pro hac vice ſpectare dinoſcitur, honorabilem dominum Sebaſtianum Wiſſenbach Mog. dioc presbiterum tanquam abilem & idoneum preſentandum duximus & vobis preſentamus per preſentes, affectantes, quatenus dictum dominum Sebaſtianum ſic ut premittitur per nos preſentatum prout veſtrum ſpectat ad officium inſtituere & inveſtire velitis adhibitis circa hec ſolennitatibus debitis & conſuetis; in cujus rei teſtimonium noſtri capituli ſigillum quo ad cauſas utimur preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo primo die vero viceſima menſis Junii.

Preſentate ſiquidem & tradite fuerunt dicte preſentacionis litere prefato domino officiali in prepoſiture loco judicii & conſiſtoriali, ſub

anno, indictione die menſe & pontificatu quibus ſupra, preſentibus ibidem diſcretis Adamo Goſſel & Nicolao Zymmerman procuratore dicte prepoſiture prefate Mogunt. dioc. teſtibus ad premiſſa ſpecialiter vocatis & requiſitis.

CCCXLVIII.

Alia praeſentatio ad eandem parochiam.

Honorabili viro ac domino domino officiali prepoſiture Fritslarienſis Nicolaus Bergk permiſſione divina abbas eccleſie ſancti Johannis Baptiſte in cappella ordinis premonſtratenſis quicquid poterit reverencie & honoris. Ad eccleſiam parochialem in Majori Engellis ad preſens vacantem per obitum domini Johannis N. bone memorie noviſſimi & immediati rectoris, cujus collacio & jus pro hac vice conferendi ad nos ſpectare dinoſcitur, Dioniſium Bergk noſtrum familiarem, cui eccleſiam parochialem predictam nobis pro nunc ut pretangitur ſic vacantem, pure propter Deum contulimus, vobis & veſtre dignitati tanquam abilem & idoneam perſonam preſentamus, rogantes dignitatem & dilectionem veſtram propter Deum quatenus prefatum Dionyſium in & ad dictam eccleſiam parochialem inveſtire & inſtituere ac curam animarum eidem committere dignemini & de omnibus & ſingulis ad antedictam eccleſiam pertinentibus redditibus, fructibus, emolumentis & obventionibus integraliter ſibi reſponderi faciatis prout ad veſtrum ſpectat officum, adhibitis circa hec ſolennitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum abbaciale preſentibus eſt appenſum. Anno domini milleſimo quingenteſimo viceſimo primo die vero viceſima prima menſis Junii.

Preſentate & tradite fuerunt & ſunt hujusmodi litere preſentacionis prefato domino officiali & judici preſentibus honorabili domino Johanne Roder altariſta dicte eccleſie ſancti Petri Fritzlar. & Hermanno Schwengel cive opidi Fritzl. Mog. dioc. teſtibus ad premiſſa rogatis ſpecialiter & requiſitis &c.

Omittimus, quod in actis ſequitur examen teſtium, aliasque formulas judiciarias ſat ſuperque notas; ſolam addimus chartam, qua Abbas initam olim ſuper dicto jure patronatus alternativam cum capitulo Fritzlar. contendit:

CCCXLIX.

Alternativi juris patr. dictae parochiae documentum.

Nos abbas & conventus monaſterii Capellenſis ordînis Premonſtratenſis, decanus & capitulum eccleſie Fritzlarienſis Moguntine diceſis ſcire volumus & cupimus univerſos preſentes literas inſpecturos, quod ſuper omni diſſenſione, lite & queſtione qualitercunque habita inter nos abbatem & conventum monaſterii cappellenſis ſuper jure patronatus eccleſie parochialis ville majoris Englis parte ex una & honorandos viros decanum & capitulum eccleſie Fritzlarienſis parte ex altera de plano ſummarie & amice compoſuimus concordavimus & ordinavimus componimus, concordamus & ordinamus preſentibus in hunc modum, quod vacante canonice eccleſia parochiali majori Englis predicta alternatis & ſucceſſivis vicibus conferemus & preſentabimus perſonas ad parochialem eccleſiam antedictam. In nunc aut proxima vacacione eccleſie Englis predicte decanus & capitulum Fritzl. predicti omni oppoſicione juris & facti abbatis & conventus monaſterii & conventus Cappellenſis predicti penitus ceſſante, quem decreverint preſentabunt, & ſic deinceps alternatis & ſucceſſivis vicibus preſentabimus ad parochialem eccleſiam Englis antedictam. Acta ſunt hec Fritzlarie in curia Dni Gotfridi Canonici Fritzlarienſis preſentibus teſtibus ſubſcriptis videlicet domino Hartmudo vicario Fritzlar. & Magiſtro Eberhardo advocato Fritzl. & pluribus aliis fide dignis. In horum omnium evidenciam & debiti roboris firmitatem damus preſentes literas ſigillis abbatis & conventus monaſterii Cappellenſis predicti & capituli Fritzlarienſis eccleſie predicte fideliter conſignatis. Datum anno Domini MCCCXIIII. VII. kalendas Auguſti.

An. MCCCXXVIII. die ultimo Aprilis fundatum eſt altare in eccleſia S. Georgii caſtri Homberg ab Henrico Haſſiæ Landgravio. Kuchenbecker. annal. Haſſ. Coll. 1. pag. 77.

CCCL.

Diſtributiones quotidianae in eccleſia in Hoemburg.

Uriel &c. Univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam; cum in parochiali eccleſia oppidi Hoemburg Haſſiæ noſtræ diœcœſis nonnullæ perpetuæ vicariæ adeo decenter inſtitutæ & dotatæ ſint, ut quivis vicarius in eisdem reſidens competenter vitam ducere poſſit, nihilominus

nus nonnulli ejusdem ecclesiæ vicarii in beneficiis hujusmodi nequaquam residentes, non solum fructus & reditus earundem vicariarum, verum etiam quotidianas distributiones, quæ residentibus & deservientibus de jure tantummodo debentur, in absentia recipere consueverunt, quemadmodum de præsenti recipiunt, quo fit, ut divinus in eadem ecclesia cultus negligatur, reditus & bona vicariarum hujusmodi deteriorentur, beneficiisque ipsis juxta fundationum & dotationum tenorem nequaquam satisfiat; nos ergo volentes hujusmodi inconvenientiis (prout ex pastorali nobis injuncto officio tenemur) opportunis remediis occurrere, authoritate nostra ordinaria statuimus, volumus & ordinamus, ut distributiones quotidianæ in prædicta parochiali ecclesia in Hoemburg de cætero duntaxat vicariis sive altaristis residentibus & easdem deservientibus dari & distiribui debeant; consuetudine de recipiendis distributionibus quotidianis in absentia, quam præsentium tenore cassamus & omnino tollimus, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque; & nihilominus honorabili N. commissario nostro Fritzlariensi pro tempore existenti districte precipiendo mandamus, quatenus hujusmodi nostram ordinationem in præfata parochiali ecclesia publicet, & de cætero inviolabiliter observari faciat; contradictores quoslibet authoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendo; datum apud arcem sancti Martini in civitate nostra Moguntina sub sigillo nostro die undecima mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo nono.

CCCLI.

Provisio de altari S. Crucis in Hoenburg.

Bertholdus Dei gratia &c. devoto nobis dilecto Philippo Rucker clerico nostræ diœcœsis salutem in Domino sempiternam, dignum arbitramur, ut eos, qui ecclesiasticam delegerint sortem, eosdem etiam gratiis & beneficiis nostris prosequamur; sane, ut asseris, beneficium altaris sanctæ Crucis in parochiali ecclesia in Hœnnberg nostræ diœcœsis siti per obitum quondam Heinrici Sanderi ultimi atque legitimi illius, dum vixit, possessoris per tantum tempus vacavit, vacetque ad presens legitimo possessore, ut secundum sacrorum canonum provisiones & statuta præfati altaris collatio, provisio, & quævis alia dispositio ad nos tanquam metropolitanum hac vice legitime sit devoluta, fuitque nobis pro parte tua humiliter supplicatum, ut altare praedictum cum omnibus juribus tibi gratiose conferre, atque de ea providere dignaremur; nos habita ratione meritorum tuorum, & quod diutina vacatio beneficiis periculosa esse consueverit, altare prædictum tua assertione sic vacans

pro

pro jure ſic devoluto tibi conferimus, atque de eo in Dei nomine providemus, inveſtientes te præſentialiter de eodem, mandantes omnibus & ſingulis ordinariis, eorumque vicariis ſeu officialibus, quorum intereſt, ut te per nos, ut præmittitur, proviſum canonice inſtituant, in poſſeſſionem dicti altaris inducant, inductumque defendant, amoto exinde quolibet alio illicito detentore; facientes tibi de omnibus & ſingulis fructibus, honoribus, aliisque quibuscumque ad dictum altare pertinentibus integre reſponderi. Et ſi qui forſan in præmiſſis ſe inobedientes oſtenderint, honorabili officiali præpoſituræ eccleſiæ ſancti Petri extra muros civitatis noſtræ Moguntinæ devoto nobis in Chriſto dilecto ulteriorem executionem tenore præſentium committentes, quatenus eosdem rebelles & inobedientes authoritate noſtra eccleſiaſticam per cenſuram ad hoc compellat. Datæ &c.

CCCLII.

Praeſentatio ad altare in caſtro Spangenberg.

Wilhelmus Dei gracia Lantgravius terre Haſſie comes in Katzenelnbogen Dietz Cziegenhain & Nidda &c. venerabili officiali prepoſiture ſancti Petri Fritzlarienſis Magunt. dioc. ſalutem & incrementum. Quia altare ſanctorum Felicis & Adaucti in caſtro noſtro Spangenburgenſi per illicitam & indebitam reſignationem quondam domini Johannis Bartholis de Eſchweg ultimi ejusdem poſſeſſoris vacavit ac ad preſens vacat; cujus jus preſentandi ad nos noſtrosque heredes tamquam ad ſeniorem principem de jure patronatus pleno jure pertinere dinoſcitur, ideo vobis diſcretum nobis dilectum ac fidelem dominum Theodericum Baliſtarii de Spangenberg clericum dicte Magunt. dioceſ. tanquam abilem & idoneum ad prefatum altare preſentandum duximus ac tenore preſentium preſentamus affectantes quatenus eundem dominum Theodericum Baliſtarii ad dictum altare prout moris eſt ac juris inveſtire & inſtallare dignemini, eique de fructibus & redditibus ac emolimentis ejusdem altaris a quibuscunque quorum intereſt aut intereſſe poterit in futurum plenarie & integre reſponderi faciatis adhibitis circa hec ſolempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei evidenti teſtimonio juſſimus ſigillo noſtro communiri. Datum Oppenheim prima die Septembris anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo.

Præſentatus modo dictus ab officiali præpoſituræ Fritzlarienſis proclamatur in litteris anno eodem datis in vigilia nativitatis.

An. MDIII. ſexta die menſis Junii capitulum eccleſiæ S. Martini Caſſellenſis officiali præpoſituræ Fritzl. ad eccleſiam parochialem in villa Eyterhan prope Spangenberg per reſignationem Helwici Schulphaff vacantem præſentat Hermannum . . de Kettenbach. Kuchenbecker coll. V. p. 119.

An. MCCVII. comites de Cygenhain eccleſiam in Richenbach transtulerunt in fratres hoſpitalis S. Mariæ Jeroſolymitani. de Guden. Tom. III. pag. 1075.

Cum vero elapſo abhinc quadriennio hujus translationis confirmatio peteretur, Sifridus Archiepiſcopus Mog. eam ut nulliter factam declaravit, tandem authoritate ordinaria ratam habuit. de Guden. loc. cit. pag. 1077.

§. V.

In ſede Diethmollen, primo in Caſſel.

Domini decanus & capitulum eccleſie ſancti Martini in Caſſel VIII. fl. — Dominus decanus de decanatu X. alb.

De altaribus in eadem eccleſia collegiata.

Sancti Andree XV. alb. — Sancte Criſtine XI. alb. — S. Johannis Baptiſtæ IX. alb. — Trium Regum V. alb. — Sanctorum Jodoci, Nicolai & Katherine pro una perſona VI. alb. — Pro ſecunda perſona VI. alb. — Pro tertia perſona VI. alb. — Altare corporis Chriſti XXV. alb. — S. Georii V. alb. — Sancte Katherine V. alb.

In hoſpitali in libertate ibidem de altaribus.

S. Elizabeth XII. alb. — Beate virginis XIII. alb. — S. Jodoci VIII. alb. — Trium Regum XX. alb.

In

In parochiali eccleſia ſancti Ciriaci in veteri opido de altaribus.

Sancti Johannis Evangel. XXVI. alb. — Pro ſecunda perſona II. alb. — Sancte Katherine XII. alb. — Sancti Sebaſtiani X. alb. — Pro ſecunda perſona XV. alb. — Sancti Nicolai XII. alb. — Sancti Jodoci VIII. alb. — Sancte crucis & quatuor doctorum XX. alb. — Sancte Elizabeth V. alb. — Beate virginis XXI. alb. — Sanctorum Alexii & Andree in cripta ſub choro X. alb.

In Aneberga. *

Sancti Johannis X. alb. — Sancte crucis XV. alb.

In eccleſia beate Marie Magdalene in novo opido de altaribus.

Sancti Nicolai VIII. alb. — Sancte Katherine VI. alb. — Pro ſecunda perſona X. alb. — Beate virginis dominus doctor Schryndyſen collector nichil. — Sancti Loduici III. alb. — Capella ſancti Nicolai prope pontem IIII. alb. — Tres Commiſſiones in Leproſorio vacant. — Altare in caſtro XII. alb. — Capella in Emerich cluſa IIII. alb. — Capella in Aldenfelde VI.

De altaribus in regali eccleſia ſancte crucis in Confugio.

Sancte crucis LVI. alb. — Beate virginis IIII. alb. — Sancti Henrici Imperatoris XII. alb. — Sancte Margarethe V. alb. — Sancti ſepulcri XXV. alb. — Sancte Trinitatis

* Vid. beſchr. der ſtadt Caſſel. beylag. nr. IV. pag 7.

X. alb. — Sancte Konigundis III. alb. — Capella S. Nicolai X. alb. — S. Benedicti XXXV. alb. — Sancte Juliane in nemore XIII. alb.

In opido Münden.

Sanctorum Martini & Jodoci V. alb. — Pro ſecunda perſona X. alb. — Sancti Michaelis X. alb. — Sancti Nicolai VI. alb. — Pro ſecunda perſona VI. alb. — Primiſſaria ibidem in ſummo altari VIII. alb.

Sequuntur nove commende.

Altare S. Anthonii VI. alb. — Pro ſecunda perſona ejusdem altaris IIII. alb. — Commenda altaris ſancte Trinitatis VI. alb. — Commenda altaris ſancti Bartholomei VI. alb. — Pro ſecunda perſona ejusdem altaris VI. alb. — Commenda altaris ſancti Thome VI. alb. — Commenda altaris ſancti Andree VI. alb. — De altari S. Severi VI. alb. — Altare ſanctorum Petri &c. ante chorum VI. alb. — Item de altari ſanctorum Egidii & Valentini in capella ſancti Egidii dominus doctor Jeorius Giſeleri nil dedit, altare eſt ſuſpenſum & clauſum. — Altare S. Laurentii in turri capelle S. Egidii X. alb. — Pro ſecunda perſona ejusdem altaris VI. alb.

De eccleſiis in eadem ſede Diethmollen.

Due eccleſie parochiales in Caſſel ſunt incorporate monaſterio in Anaberga. — Münden quia poſſeſſor dicit fructus biennales dedit duntaxat XL. alb — Dietmollen XL. alb. — Wolffſanger XL. alb. — Kauffungen XL. alb. — Twern XL. alb. — Frommershuſen famulus domini collectoris dedit nichil. — Lutwerſtin XX. alb. — Symeshuſen XX. alb. — Velmar quia in biennalibus dedit tantum X. alb. — Wy-

mar XX. alb. — Volmershuſen in biennalibus X. alb. — Eſchenſtrudt XX. alb. — Crumbach XX. alb. — Walda XX. alb. — Helgenrade XX. alb. — Bettenhuſen X. alb. — Berckeshuſen in biennalibus V. alb. — Lantgrebenhain XX. alb. — Eſkerode X. alb. — Hockershuſen X. alb. — Uſslacht X. alb. — Lutzelnberga X. alb. — Helſa in biennalibus V. alb. — Spela in biennalibus V. alb. — Lampach vacat.

In ſede Brache, in Rodenberg.

Domini decanus & capitulum eccleſie beate virginis in Rotenberg VIII. fl.

De altaribus in predicta eccleſia.

Sancti Michaelis in ſacriſtia X. alb. — S. Henrici & Cunegundis XII. alb. — Pro ſecunda perſona XII. alb. — Sancte Katherine XV. alb. — Quinque vulnerum XXIIII. alb. — Decem millium martyrum VI. alb. — Omnium apoſtolorum IX. alb. — Pro ſecunda perſona IX. alb. — S. Ciriaci in ambitu XVI. alb.

In eccleſia parochiali ibidem.

Altare primiſſarie V. alb. — Altare in caſtro Rotenberg vacat. — Altare ſancti Nicolai extra muros ibidem XV. alb.

In capella ſancti Georii.

Altare ſancti Georii XVIII. alb. — Trium Regum LX. alb. — Sancte Trinitatis X. alb. — De commiſſione in Elnbach VI. alb. — De duabus commiſſionibus in Morſen IIII. alb.

De eccleſiis ejusdem ſedis.

Bracha LXXX. alb. — Bebera in biennalibus dedit XL. alb. — Rotenberg LXXX. alb. — Ywa XL. alb. — Benhuſen XL. alb. — Aldenmorſen XL. alb. — Nuwenmorſen XL. alb. — Breydbach XL. alb. — Sybrachtshuſen XL. alb. — Canfelt XX. alb. — Hayn XX. alb. — Phffyffa archipresbiter ſedis Brache dedit nichil. — Obern Guda XX. alb. — Heynebach XX. alb. — Haſela XX. alb. — Ranshuſen XX. alb. — Elnbach XX. alb. — Bynforte XX. alb. — Mockelar XX. alb. — Mockebach vacat. — Lippenhuſen XX. alb. — Saltza XX. alb. — Gylfershuſen XX. alb.

An. MCCCLXVI. die viceſima menſis Maji eccleſiæ parochialis S. Martini in Caſſell in collegiatam erectio publicata fuit. Henricus Haſſiæ Landgravius & Otto ejusdem filius novum hoc collegium pro duodecim ſacerdotibus canonicis inſtitutum multis redditibus in Gudenſperg, Ritteruene, Twerne, Ritte, Wellede, Wymar, Wolfeſanger, Symetshuſen, Umbach & Heilgenrode nec non jure patronatus in Heylgenrode, in Swarzinberg & in Witzenhauſen dotarunt. vid. Kuchenbecker anal. Haſſ. coll. V. a pag. 27 usque 122. ubi & aliæ donationes huic eccleſiæ ſucceſſive factæ occurrunt quam plurimæ.

CCCLIII.

Capella S. Georii in Caſſel transfertur in collegiatam ibidem.

Joannes permiſſione divina abbas monaſterii beatæ Mariæ virginis in Breydenaw ordinis ſancti Benedicti Moguntinenſis diœcœſis univerſis & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, quosque infraſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, pateat evidenter, quod venerabilis vir dominus Andreas Hedenreich ſenior & rector presbyterorum clericorum & fratrum Albæ

Curiæ

Curiæ in Caſſel dictæ diœcœſis coram nobis notario ac teſtibus anno & die inferius annotatis perſonaliter conſtitutus, nonnullas litteras apoſtolicas felicis recordationis domini Pii Papæ ſecundi ejus vero bulla plumbea cum cordula canabina more Romanæ curiæ ſubimpendente bullatas una cum proceſſu deſuper fulminato atque decreto, facto, realiter & in ſcriptis exhibuit, quorum quidem litterarum apoſtolicarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: Pius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio abbati monaſterii ſancti Petri oppidi Erffurtenſis Moguntinenſis diœcœſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum illius perfecta ſunt opera, vices licet immeriti geramus in terris, eum incitari animas convenit, ut ea, quæ pro ipſius laude & gloria, nec non divini cultus augmento ac piorum locorum felici regimine provida deliberatione incoepta comperimus, ad debitum conſumationis exitum feliciter perducamus, nec non piis & honeſtis ſupplicum votis, illis præſertim, quæ ipſius divini cultus augmentum reſpiciunt, quantum cum Deo poſſumus, libenter annuamus, eaque favoribus proſequimur opportunis, exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum univerſorum presbyterorum, clericorum in oppido Caſſellenſi in loco, qui dicitur in dem Wiſſen Hove Moguntinenſis diœcœſis commorantium petitio continebat, quod licet quondam nobilis vir Ludowicus princeps landgraviæ Haſſiæ ejusdem diœcœſis dudum ob laudabilem & honeſtam vitam nonnullorum presbyterorum & clericorum in ſuburbiæ civitatis Hildenſemenſis in loco in dem Brüle, alias Luchten Hove habitantium zelo devotionis accenſus, quem ad eosdem geſſit, & gerebat, cupiebat ſimiles in ſuo Dominio habere, & divinum cultum per ipſos presbyteros, & clericos adaugeri, ſuosque ſubditos per bona exempla eorundem ad ſalubrem vitam perduci ad honorem Dei & glorioſæ virginis Mariæ, omniumque ſanctorum nec non pro ſua & progenitorum hæredum ac ſucceſſorum ſuorum animarum ſalute quandam curiam ſuam vulgariter Wiſſe Hob nuncupatum in loco, qui dicitur in dem Brüle prope antiquam portam oppidi Caſſelenſis dictæ diœcœſis, in quo dictus quondam Ludowicus reſidere conſuevit, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis presbyteris & clericis prædictis tunc præſentibus & futuris, dilectis, filiis Nicolao Tant de Alsfeld, Hermanno de Wern & Bernhardo de Buderick, univerſoque collegio canonicorum eccleſiæ beatæ Mariæ in Luchtenhofe ſuburbii civitatis Hildenſemenſis prædictæ, ut per eos ſeu eorum cooperationem & diligentiam concurrente ſuperiori authoritate inibi capella & altaria cum neceſſariis ædificiis & officinis pro collegio pauperum presbyterorum & clericorum inibi adinſtar collegii dictæ eccleſiæ beatæ Mariæ divino cultui mancipandorum juxta omnem ritum, modum & ordinem fundationis, erectionis, inſtitutionis & confirmationis dicti collegii beatæ Mariæ, ut

tam

tam ad divinum cultum, quam vitam, mores & disciplinam confirmaretur & erigeretur, cum pleno dominio & omnimoda libertate ac cum universis ad illam pertinentibus bonis & juribus inibi libera & spontanea voluntatis donatione inter vivos perpetuo donavit & assignavit, ita, ut inibi instituendi presbyteri & clerici prædicti quondam Ludowici, progenitorum, parentum, hæredum & successorum suorum pro tempore quotidianam memorationem in orationibus suis, & nihilominus quater in anno speciales & solenniter pro defunctis de sua genealogia cum vigiliis & missis consuetis anniversaria celebrare perpetuo deberent & tenerentur; quodque etiam præfatum collegium erigendum ab abbate monasterii Bursfeldensis & priore domus Cartusiensis in Eptemberg dictæ Moguntinensis diœcœsis pro tempore, quociens opus esset, visitaretur, & sollicite provideretur, ne personis necessariis inibi Domino servituris aliquando destitueretur, aut personæ illic pro tempore divino servitio mancipati a vitæ & morum honestate nullatenus declinarent, prout de præmissis in litteris dicti quondam Ludowici suo sigillo munitis, quas præsentibus haberi volumus, pro expressis dicitur latius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, licet in dicta curia sive loco dicti presbyteri & clerici sint instituti, & quædam capella a dictis presbyteris & clericis erecta, & per ordinarium loci, seu ejus in spiritualibus suffraganeum in honorum sancti Georii martyris consecrata fuerit, nihilominus presbyteri & clerici prædicti dubitant, promissa tempore procedente ab aliquo infringi, ipsosque illorum occasione posse imposterum molestari, quare pro parte presbyterorum & clericorum præfatorum nobis humiliter fuit supplicatum, ut præmissis robur apostolicæ confirmationis adjicere, nec non capellam prædictam in ecclesiam collegiatam erigere, quodque clerici & presbyteri præfati canonici nuncupentur & sint, decernere, & alias super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur; nos igitur dictorum presbyterorum & clericorum prædictorum vitæ integritatem in Domino commendantes, ac de præmissis omnibus & singulis certam notitiam non habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus de præmissis omnibus & singulis & eorum circumstantiis universis authoritate nostra te diligenter informes, & si per informationem hujusmodi præmissa vera esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, litteras præfati quondam Ludowici ac donationem & assignationem dictæ curiæ cum memoria singulis diebus, & quater in anno anniversariis, ut præfertur, nec non erectionem dictæ capellæ, ejusque conversationem, & omnia prædicta, prout superius enarrantur, & quæcunque inde secuta authoritate prædicta approbes & confirmes, suppleasque omnes & singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, nec non capellam

præ-

prædictam in ecclesiam collegiatam erigas, quodque clerici & presbyteri prædicti canonici nuncupentur & sint, ac esse censeantur, ita, quod superiorem habeant, nec non ipsi juribus, libertatibus & privilegiis aliarum collegiatarum ecclesiarum & præsertim dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ in Luchtinhoff, quibus se omnimode conformare debeant, & cœterum hujusmodi canonicos de jure vel de consuetudine aut alias suffragantibus, etiam si eos ad locum alium transferri contigerit, perpetuo uti pariter & gaudere possint, ipsosque presbyteros & clericos cum familia & domesticis suis ab omni subjectione ac omni jure parochialis seu collegiatæ ecclesiæ sancti Martini dicti oppidi in cujus parochia, curia seu loco capella hujusmodi existit, liberos prorsus & exemptos fore debere eadem authoritate decernas, constituas, & declares; volumus tamen, quod presbyteri & clerici præfati & eorum successores annis singulis in perpetuum in festo resurrectionis Domini nostri Jesu Christi realiter & cum effectu unum talentum monetæ illarum partium decano & capitulo dictæ ecclesiæ sancti Martini, quorum ad id accessit assensus, solvere & assignare teneantur, & insuper, cum, sicut accepimus, præfatus quondam Ludowicus jus patronatus sive præsentandi personam idoneam ad perpetuum altare situm in ecclesia monasterii monialium in Anaberge dicti oppidi Hern noscatur, ipseque quondam Ludowicus omni juri sibi in dicto altari jure patronatus competenti sponte & libere cesserit ac in presbyteros & clericos præfatos plenarie inibi juris sibi in eodem servandi transtulerit, ipsumque altare per liberam resignationem dilecti filii Joannis Dippelynn ultimi illius possessoris coram notario publico & testibus extra Romanam curiam sponte factam & per habentem potestatem admissam vacaverit & vacet ad præsens, nos attendentes, quod presbyteri & clerici præfati pro tempore existentes non possent commode sustentari, nisi de aliquo subventionis auxilio succurratur, volumus & eadem auctoritate tibi committimus, ut si tibi de resignatione altaris hujusmodi constiterit, si resignatio ipsa admissa non sit, illam auctoritate nostra hac vice duntaxat recipias & admittas, eaque per te recepta & admissa, altare prædictum, si vacat, vel cum per cessum vel decessum illud ad præsens obtinentis vel alias quomodolibet dimittentis vacare contigerit, etiam si præmissio vel alias quovis modo vacet illud, quod sine cura est, & cujus quatuor capellæ prædictæ, cujus decem marcharum argenti fructus, reditus & proventus secundum communem existimationem valorem annuum ut asseritur, non excedunt, auctoritate prædicta in perpetuum unias, incorpores, & annectas, ita, quod liceat ex tunc presbyteris & clericis dictæ capellæ corporalem possessionem dicti altaris, juriumque & pertinentiarum ejusdem auctoritate propria libere apprehendere, ac in suos & dictæ capellæ usus, & utilitatem perpetuo convertere, diocesani loci & cujuscunque alterius licen-

tia ſuper hoc minime requiſita, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac dicti monaſterii juramento, confirmatione apoſtolica aut quavis alia firmitate roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, nec non dicto jure patronatus, cœterisque contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolicæ ſedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per eosdem, & quæcunque inde ſecuta ad dictum altare volumus non extendi, ſi nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium gravari, & quibuscunque privilegiis, indulgentiis, & litteris apoſtolicis generalibus & ſpecialibus, quorumcunque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis; nos enim ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo. Poſt quarum quidem litterarum præſentationem & receptionem nobis & per nos, ut præmittitur, factas, fuimus pro parte dictorum presbyterorum & clericorum debita cum inſtantia requiſiti, ut ad earundem realem effectualem executionem procedere, litterasque deſuper in forma ſolita & conſueta decernere atque concedere dignaremur; Nos igitur Guntherus abbas executor & commiſſarius præfatus mandatum apoſtolicum nobis in hac parte decretum reverenter exequi volentes, ut tenemur, humilibus ſupplicationibus dictorum presbyterorum & clericorum ut rationabilibus annuentes, recepta primum per nos de omnibus & ſingulis in eisdem conſenſis ac eorum circumſtantiis univerſis plena & debita informatione, ad laudem itaque Dei omnipotentis & glorioſæ virginis Mariæ inclitique martyris beati Georgii, omniumque ſanctorum litteras illuſtris quondam principis domini Ludowici Landgravii Haſſiæ, donationemque & aſſignationem curiæ vulgariter Wiſſe Hob nuncupatæ in loco, qui dicitur in dem Brûle prope antiquam portam oppidi Caſſelenſis cum dicta quotidiana memoria & quatuor in anno anniverſariis, nec non erectionem & conſecrationem capellæ inibi ſitæ cum omnibus & ſingulis in præfatis apoſtolicis litteris enarratis, & quæcunque inde ſecuta apoſtolica nobis in hac parte tradita auctoritate approbamus & confirmamus, omnes & ſingulos defectus, ſi qui in præmiſſis intervenerint ſimili ſupplentes auctoritate prædictaque capellam in eccleſiam collegiatam erigimus, quodque presbyteri clerici prædicti canonici nuncupentur & ſint & eſſe cenſeantur,

ſeantur, ſuperioremque habeant, utque juribus libertatibus & privilegiis aliarum collegiatarum eccleſiarum & præſertim eccleſiæ beatæ Mariæ in Luchtenhoff Hildenſemenſis, quibus ſe omnino conformare debent & cœteris canonicis hujusmodi de jure aut conſuetudine, aut alias ſuffragantibus, etiam, ſi eos ad alium locum transferri contigerit, perpetuo gaudeant & utantur, ipſosque presbyteros & clericos cum familia & domeſticis ſuis a quacunque ſubjectione & omni jure parochialis ſeu collegiatæ eccleſiæ ſancti Martini oppidi Caſſelenſis, in cujus parochia curia ſeu capella hujusmodi conſiſtunt, liberos & exemptos fore & debere eadem auctoritate decernimus, conſtituimus & declaramus, ita tamen, quod presbyteri & clerici præfati & eorum ſucceſſores annis ſingulis in perpetuum in feſto reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti realiter & cum effectu unum talentum monetæ illarum partium decano & capitulo dictæ eccleſiæ ſancti Martini, quorum ad id acceſſit conſenſus, uti in patentibus ipſorum litteris conſpeximus, ſolvere & aſſignare teneantur indilate ceſſionemque juris patronatus ſeu præſentandi ac in presbyteros & clericos præfatos translationem per præfatum dominum Ludowicum quondam Landgravium, reſignationemque altaris perpetui ſiti in eccleſia monaſterii in Aneberge dicti Caſſelenſis oppidi per honorabilem dominum Diploy ultimi ipſius poſſeſſoris ſponte & libere factas recepimus & admittimus, ipſumque altare per reſignationem hujusmodi liberam vacans cum omnibus juribus, obventionibus & attinentiis præfatis presbyteris & clericis per nos canonice conſtitutis in perpetuum unimus, incorporamus & annectimus, utque ipſis liceat corporalem poſſeſſionem dicti altaris, juriumque & pertinentiarum ejusdem aucthoritate propria libere apprehendere ac in ſuos dictæ capellæ in eccleſiam collegiatam, ut præfertur, erectæ uſus & utilitatem perpetuo convertere, diœcœſani loci, & cujuscunque alterius conſenſu minime requiſito præſentibus aucthoritate præfata impartiamur, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque; in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras litteras ſive præſens publicum inſtrumentum per notarium infra ſcriptum, ſcribamque noſtrum conſcribi & publicari noſtrique ſigilli juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum & actum Erffordiæ ſupradictæ Moguntinenſis diœcœſis ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono indictione ſeptima, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Pii divina providentia Papæ ſecundi anno primo, die vero Saturni viceſima prima menſis Julii, inque curia noſtra abbatiali preſentibus ibidem religioſis viris dominis Hermanno Northuſen Daniele inſtitoris presbyteris, Tillmanno de Northeim & Henrico Hecken clericis Moguntinenſis diœcœſis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

CCCLIV.

Vicariae ſummi altaris in arce Caſſel fundatio confirmatur.

Bertholdus &c. Piis Chriſti fidelium inſtitutis per quæ Chriſti religio propagatur, ac hominum orthodoxorum ſaluti conſulitur, libenter annuimus ac eadem favore gratioſe proſequimur; ſane pro parte illuſtris principis Wilhelmi Landgravii Haſſiæ, comitis in Katzenelenbogen, Dietze, Ziegenheyn, & Niede avunculi noſtri chariſſimi nobis expoſitum fuit, quo ipſe ad laudem & honorem cunctipotentis perpetuum beneficium ſive vicariam in ſummo altari in capella ſanctæ Trinitatis in arce ſua Caſſel noſtræ diœcœſis ſito cum certis miſſarum & aliorum divinorum actuum obſervationibus fundaverit, inſtituerit, ac dotaverit, prout ſeries harum fundationis & dotationis in litteris ejusdem avunculi noſtri his noſtris annexis ad plenum continetur; unde fuimus pro parte dilectionis ſuæ debita cum inſtantia rogati, ut eandem inſtitutionem, & dotationem aucthoritate noſtra ordinaria auctoriſare ac corroborare, indulgentiasque noſtras conſuetas ad eandem inſtitutionem concedere dignaremur, nos igitur piis Chriſtifidelium inſtitutionibus, prout tenemur, annuere volentes, præfatas fundationem, inſtitutionem ac dotationem aucthoritate noſtra ordinaria aucthoriſavimus & corroboravimus, aucthoriſamusque ac corroboramus per præſentes, noſtris tamen & eccleſiæ noſtræ Moguntinæ juribus in præmiſſis omnibus & ſingulis ſemper ſalvis. Quamvis autem chriſtifideles dono coeleſtis gratiæ ſe refectos ſentiant, de omnipotentis Dei miſericordia, ejusque præcelſæ & intemeratæ genitricis virginis Mariæ, ſanctique Martini patroni noſtri meritis confiſi omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vere confeſſis & contritis, qui prædictis divinis officiis interfuerint, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ipſis pœnitentiis toties, quoties id fecerint, miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datæ apud arcem ſancti Martini in civitate noſtra Moguntina XXII. die menſis Junii anno Domini MDIII^tio.

Anno MCCCXXVIII Dominica qua cantatur *Gaudete*, in eccleſia fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo in Caſsle dotatum eſt altare ſancti Georgii ab Heymerado de Elbene ſtrenuo milite. Kuchenbecker coll. XII, pag. 395.

CCCLV.

CCCLV.

Fundatio elemoſinarum &c. in dicta eccleſia confirmatur.

Bertholdus &c. ad futuram rei memoriam. Inter pias chriſtifidelium diſpoſitiones illas potiſſimum amplectimur atque favore proſequimur, quæ pietatis atque animarum ſalutis intuitu in divini cultus augmentum ac meliorem egentium ſuſtentationem cedere dinoſcuntur, ſane pro parte nobis dilectorum Cyriaci Bermenter atque Catharinæ conjugis ejus legitimæ civium in oppido Caſſel noſtræ diœcœſis nobis oblata petitio continebat, qualiter ipſi peculiari devotionis ac pietatis zelo ſuccenſi ob ſuarum & quondam Joannis Bermentarii presbyteri filii eorundem animarum ſalutem quandam elemoſinam ſingulis pauperibus Dei amore petentibus per religioſos devotos nobis in Chriſto dilectos priorem & conventum ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli in dicto oppido Caſſel prædictorum conjugum nomine annuatim certa die præſtandam nec non duas perpetuas miſſas unam de ſancta Trinitate, aliam de beatiſſima & intemerata omnipotentis Dei genitrice virgine Maria ſingulis ebdomadis Mercurii videlicet & Sabbathi diebus in altari ſancti Jodoci in dicto monaſterio in Caſſel celebrandas ac legendas inſtituerint, ordinaverint, fundaverint, erexerint, ac donatione inter vivos ad id certam peccuniarum ſummam pro annua penſione comparanda dictis priori & conventui tradiderint ac præſtiterint juxta ejusdem inſtrumenti publici eorundem prioris & conventus ac aliorum fide dignorum ſigillis ac notarii publici ſubſcriptione ac ſigneti appenſione muniti ac roborati, præſentibusque transſixi vim, formam & tenorem; Quo autem magis dictorum Cyriaci & Catharinæ conjugum ordinatio, erectio & donatio valeant, juribusque ſubſiſtant, fuit nobis pro parte eorum inſtituentium humiliter ſupplicatum, quatenus prædictis ordinationi, erectioni & donationi auctoritatis noſtræ robur adjicere, easque gratioſe confirmare dignaremur; Nos igitur tam pio eorum propoſito, ſupplicationique annuere volentes, præfatas ordinationem, erectionem & donationem cum omnibus & ſigulis ſuis capitulis & punctis, prout pia, juſta, ſancta ac canonica ſunt, ratas & gratas habentes approbavimus, auctoriſavimus, & confirmavimus, ac authoritate noſtra ordinaria tenore preſentium approbamus, auctoriſamus & confirmamus; volentes hujusmodi pias ordinationem erectionem & donationem perpetuis futuris temporibus, dummodo ſine præjudicio cujuscunque alterius juris, injuriaque factæ ſint, ſub pœna indignationis divinæ inviolabiliter eſſe obſervandas, qualibet contradictione prorſus ceſſante. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus appenden-

dum. Datæ in arce noſtra Steinheim die XIIII^ta menſis Septembris anno M CCCC XCVIIII^no.

CCCLVI.

Eccleſia parochialis in Munden incorporata monaſterio in Steina.

Nos Eckebertus abbas prior totusque conventus monaſterii in Steina ordinis S. Benedicti Mag. dioc. recognoſcimus publice per preſentes quod reverendus in Chriſto pater & dominus dominus noſter Gerlacus Archiepiſcopus Magunt. jam dicto noſtro monaſterio & ſpecialiter prioratui monaſterii ejusdem eccleſiam parochialem in *Munden* dicte dioc. cujus jus patronatus ad nos dinoſcitur pertinere univit & incorporavit ſalvis & exceptis univerſis juribus archiepiſcopalibus & epiſcopalibus nec non conſuetudinibus ſuis ſuorum ſucceſſorum & eccleſie Magunt. ſpecialiter in fructibus biennalibus ſubſidiis viſitacionibus procuracionibus & ceteris quibuscunque nominibus cenſeantur de dicta eccleſia dandis & dari conſwetis quibus prefatus dominus noſter Archiepiſcopus pretextu unionis ſeu incorporacionis premiſſe in nullo penitus intendit derogare ad que eciam jura ac conſuetudines reddendas ac ſolvendas de eccleſia in Munden memorata preſertim ſubſidia quociens imponuntur ac eciam procuraciones tempore viſitacionum vel alias quando incubuerint ſolvende nec non fructus biennales quociens novum priorem ſeu rectorem prefate eccleſie prefici contigerit ſolvendos, nos noſtrum monaſterium & priorem ac rectorem dicte eccleſie preſentem & pro tempore futuro exiſtentem perpetue obligamus. In quorum teſtimonium ſigilla noſtri & conventus ſunt appenſa. Datum anno Domini M° CCC° LX ſeptimo die XXVI. menſis Auguſti.

CCCLVII.

Fraternitas ſacerdotum in Münden confirmatur.

Jacobus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector. Ad perpetuam rei memoriam. Gratum Deo ſalvatori noſtro obſequium impendere, officiisque noſtri paſtoralis non minorem partem exequi videmur, dum piis Chriſtifidelium inſtitutis divini cultus propagationem, animarumque ſalutem reſpicientibus aucthoritatis noſtræ robur adjicimus. Sane pro parte honorabilium ac devotorum nobis in Chriſto dilectorum ſacerdotum in oppido Munden noſtræ diœcœſis beneficiatorum

nobis

nobis extitit ſignificatum, quod dicti ſacerdotes fraternitatem quandam ad gloriam ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, ac ad memoriam ſacratiſſimæ paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, præcelſæque ſuæ genitricis virginis Mariæ omniumque ſanctorum & electorum Dei gloriam ac parentum & benefactorum eorundem ſacerdotum, nec non animarum propriarum, prædeceſſorumque ſuorum ſingulis angariis annuis perpetuis futuris temporibus in capella ſancti Spiritus ſita juxta pontem dicti oppidi certis modo & forma celebrandam, memoriamque ſacerdotum Mundenſium appellandam ordinaverint, inſtituerint, ac de bonis ſuis propriis dotaverint, prout hæc in litteris conſenſus dictis ſacerdotibus per rectorem præfatæ capellæ tempore erectionis hujus inſtitutionis viventem datis & his noſtris una cum quodam inſtrumento publico coram notario & teſtibus deſuper confecto annexis latius & uberius continetur. Unde fuit nobis pro parte eorundem ſacerdotum humiliter ſupplicatum, quatenus dictam fraternitatem admittere ac auctoritate noſtra ordinaria auctoriſare & confirmare dignaremur, Chriſtifidelesque, qui divinorum actibus præfatæ fraternitatis interfuerint, manusque adjutrices ad eam porrexerint, munere aliquo ſpirituali allectivo indulgentiis videlicet afficere dignaremur; juſtis ergo dictorum ſacerdotum inſtitutis inclinati eandem fraternitatem, prout rite & ſalubriter inſtituta eſt, cum omnibus & ſingulis ſuis capitulis, ordinationibus & dotationibus in præfata capella circa tamen rectoris ejusdem capellæ præjudicium celebrandam, fraternitatemquem ſacerdotum Mundenſium appellandam tenore præſentium admittimus, auctoritateque noſtra ordinaria auctoriſamus & confirmamus, diſtricte tamen inhibentes, ne qua ſtatuta, ordinationes, aut conſuetudines divinæ aut humanæ legi, ac noſtris eccleſiæque noſtræ Moguntinæ juribus aut bonis moribus contrarias quovis quæſito colore condant, introducant, aut eis utantur ſub omnipotentis Dei, noſtra, ac ſucceſſorum noſtrorum indignatione ac pœna graviſſima, quod ſi ſecus attemptatum, aut præſumptum fuerit, ea & eas eo ipſo decernimus caſſas, irritas, & inanes, nulliusque exiſtere valoris vel momenti. Cœterum, ut Chriſtifideles ad peractorum horum actuum divinorum confluentes manus adjutrices ad eam porrigere propenſiores reddantur, uberiorique dono gratiæ ſe ſentiant refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ſuæque præcelſæ genitricis virginis Mariæ, apoſtolorum Petri & Pauli ac ſancti Martini patroni noſtri meritis confiſi omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus vere confeſſis & contritis, qui celebrationi miſſarum in præfata fraternitate celebrandarum interfuerint, aut manus adjutrices ad eandem porrexerint, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ipſis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datæ apud arcem ſancti Martini in civitate noſtra

ſtra Moguntina prima die menſis Decembris anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto.

CCCLVIII.

Fraternitas S. Jodoci in parochiali Rodenberg confirmatur.

Jacobus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius Princeps Elector: ad perpetuam rei memoriam. Inter humanas diſpoſitiones illas præcipue fructiferas eſſe arbitramur, quibus creator omnium Deus, cœterique cœlicolæ laude proſequuntur, Chriſtifideles ipſi amore conſiderantur, animarumque ſaluti ſalubrius conſulitur, quo fit, ut ejusmodi confraternitates, quæ per pias Chriſtifidelium mentes, charitatisque ac divini cultus zelatores initæ fuerint, dum nobis pro noſtræ authoritatis robore offeruntur, paterno proſequamur affectu; ſane cum dilecti nobis oppidani oppidi Rodenberg noſtræ diœceſis zelo fraternæ charitatis moti ad laudem & honorem omnipotentis Dei, ſuæ glorioſiſſimæ virginis Mariæ, omnium ſanctorum & præcipue ſancti Jodoci confeſſoris in parochiali eccleſia prædicti oppidi Rodenberg quandam laudabilem fraternitatem pro redemptione animarum omnium fidelium defunctorum & ſalute vivorum inſtituerint, & erexerint, ad quam omnes utriusque ſexus Chriſtifideles reciperentur, admitterentur, & per plebanum ibidem & duos confratres ad hoc deputatos in quadam ſchedula diſtribuerentur, his conditionibus & modis, quod omnes & ſinguli ejusdem fraternitatis ſancti Jodoci fratres & ſorores ſic deſcripti ſingulis quatuor temporibus facerent & ordinarent ſervari & celebrare vigilias mortuorum cum miſſa pro fratribus & ſororibus ex prædicta fraternitate omnibusque fidelibus defunctis, una cum alia miſſa de beate virgine pro ſalute fratrum & ſororum vivorum, & quod infra miſſæ hujusmodi pro defunctis celebrationem recitentur nomina, & fiat memoria fratrum & ſororum in prædicta ſcedula deſcriptorum, nec non quod ſingulis diebus Martis per totum anni circulum una miſſa de ſanctiſſima Anna matre glorioſiſſimæ Dei genitricis viginis Mariæ pro omnium fratum & ſororum dictæ fraternitatis tam vivorum quam mortuorum Chriſtifideliumque ſalute & ſuffragio decantari & celebrari facerent & ordinarent; quibus divinis obſequiis & miſſis prænominati fratres & ſorores tunc præſentes, & non impediti intereſſe ac orationibus, aliisque bonis operibus inſiſtentes, divinum cultum augmentare deberent, accedente etiam ad honorabilium devotorum nobis in Chriſto dilectorum decani & capituli eccleſiæ collegiatæ in Rodenberg prædictæ parochialis eccleſiæ patronorum expreſſo

preſſo conſenſu, prout hæc & alia in ipſorum patentibus litteris his noſtris affixis plenius continentur; ſupplicari ergo nobis fecerunt humiliter dicti fratres, quatenus prænominatam fraternitatem ſancti Jodoci authoritate noſtra ordinaria admittere, approbare, ratificare & confirmare dignaremur; Nos igitur divini cultus augmentum noſtris præſertim temporibus ex intimis affectantes, juſtis ipſorum in hac parte ſupplicationibus inclinati fraternitatem præfatam cum omnibus & ſingulis capitulis & clauſulis ſuis, quatenus juſta rationabilia atque ſacris canonicis conſtitutionibus nequaquam contraria ſunt, citra tamen plebani in Rodenberg præjudicium admiſimus, approbavimus, ratificavimus & confirmavimus, atque auctoritate noſtra ordinaria præſentium tenore admittimus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, coeterum, ut Chriſti fideles ad prædictam fraternitatem eo confidentius aſpirent, quo ſe cœleſtis dono gratiæ uberius ibidem conſpexerint refectos, de omnipotentis Dei miſericordia beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, nec non ſancti Martini patroni noſtri meritis & authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, confeſſis & contritis, qui prædictæ fraternitati, nec non divinorum, ut præmittitur, officiorum per actioni interfuerint, aut manus adjutrices pro conſervatione prædictæ fraternitatis porrexerint, toties, quoties id fecerint, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Noſtris tamen & eccleſiæ noſtræ Moguntinæ juribus in præmiſſis ſalvis & illæſis manentibus, in quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datæ apud arcem ſancti Martini in civitate noſtra Moguntina die penultima menſis Martii anno Domini milleſimo quingenteſimo octavo.

§. VI.

In ſede Bergkheim de eccleſiis.

Berckheim archipresbiter ſedis nil. — Wildungen LXXX. alb. — Saſſenhuſen LXXX. alb. — Ymmenhuſen XX. alb. — Elben notarius collectionis nil dedit. — Waldecken XL. alb. — Nünburg eſt incorporata capitulo Ameneburgenſi. — Cleyner XL. alb. — Bruningkuſen XL. alb. — Odershuſen XL. alb. — Beldershuſen XL. alb. — Wildungen veteris opidi XL. alb. — Ritzenhain XX. alb. —

Huddingen propter paupertatem dedit X. alb. — Hentferte XX. alb. — Affoldern XX. alb. — Welden dominus cantor collector nil. — Bone XX. alb. — Armesfelde vacat. — Fronhuſen vacat.

De altaribus in inferiori opido Wildungen.

Primiſſaria XVIII. alb. — Pro ſecunda perſona X. alb. — Sancti Nicolai XX. alb. — Trium Regum XVI. alb. — Sancti Martini VI. alb. — Sancte crucis in nova capella XII. alb. — Beate virginis XX. alb. — Altare ſanctorum Petri & Pauli in veteri opido XX. alb.

In hoſpitali.

Sancti Sebaſtiani & Barbare X. alb. — Sancte crucis V. alb. — Sancti Eraſmi in prima perſona V. alb. — Pro ſecunda perſona III. alb. — Sancte Margarethe pro prima perſona XL. alb. — Pro ſecunda perſona XXIIII. alb.

In Waldeckenn.

Primiſſaria ibidem XV. alb. — Novum altare non eſt confirmatum nil dedit. — Altare S. Elizabeth VI. alb. — Sancti Eraſmi X. alb.

In Saſſenhuſenn.

Primiſſaria ibidem XV. alb. — S. Katherine X. alb. — S. Johannis III. alb. — Capella in Netza XL. alb. — Altare in Elben VI.

In Nuenburg de altaribus.

Altare primiſſarie XII. alb. — Beate virginis XVIII. alb. — Sancte Katherine XII. alb. — Sancte Anne XV. alb. — Nova capella X. alb. — Pro ſecunda perſona ejusdem capelle X. alb. — Hoſpitale ibidem XX. alb. — Capella in Nylach III. alb.

CCCLIX.

Parochia Bergheim unitur cuſtodiae in collegiata Fritzlar.

Theodericus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius, apoſtolice ſedis Legatus natus ac princeps Elector univerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Paſtoralis officii cura nobis licet immerito ex alto commiſſa nos excitat & inducit, ut circa ſtatum eccleſiaſticum eccleſiaſticarumque dignitatum & officiorum & illis preſidentium perſonarum proſpere dirigendum paternis ſtudiis intendentes earum oportunitatibus & incommodis quantum cum Deo poſſumus ſalubriter conſulamus. Sane pro parte honorabilis Reinhardi de Wildungen cuſtodis eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis & actu rectoris parrochialis eccleſie in Bergheim noſtre dioceſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod fructus redditus, proventus cuſtodie predicte eccleſie que inibi officium exiſtit adeo tenues ſunt & exiles, quod cuſtos predicte eccleſie pro tempore exiſtens ex illis commode ſuſtentari & luminaria ejusdem eccleſie prout juxta decentiam & honorem ipſius eccleſie expedit & alia ſibi incumbencia onera nequit ſupportare prout etiam venerabilis Prepoſitus eccleſie Fritzlarienſis hujusmodi exilitatem conſiderans ad quem collacio predictarum cuſtodie & parochie pertinere dinoſcitur, eidem Reinhardo cuſtodi de eadem parrochiali eccleſia in Bergheim, ut dicte cuſtodie incorporaretur, providit & ſi predicte cuſtodie dicta parrochialis eccleſia in Bergheim incorporaretur & uniretur ex hoc cuſtos pro tempore exiſtens aliquali pro ſui ſuſtentatione ſuffragium perciperet ac incumbentia onera commodoſius ſupportare valeret, quare pro tempore dicti cuſtodis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ac quia ad hoc Prepoſiti predicte eccleſie Fritzlarienſis acceſſit & accedit conſenſus predictam parrochialem eccleſiam cuſtodie prefate incorporare, unire & annectere aliasque ſibi ſuper his oportune providere ex paterna benignitate dignaremur. Nos igitur qui ſuper premiſſis omnibus

& ſingulis diligentem informationem recipi fecerimus, quique ex informatione hujusmodi nobis fideliter exhibita ea veritate comperimus ex premiſſis & aliis cauſis animum noſtrum ad id moventibus hujusmodi ſupplicationibus inclinati predictam eccleſiam parrochialem in Bergheim cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis cuſtodie predicte auctoritate ordinaria atque noſtre legationis incorporamus annectimus & unimus, ita quod cuſtos pro tempore exiſtens per ſe vel alium ſeu alios poſſeſſionem corporalem realem & actualem ejusdem parrochialis eccleſie auctoritate propria libere apprehendere & perpetuo retinere ac hujusmodi eccleſie parrochialis fructus, redditus & proventus percipere & habere nec non in cuſtodie predicte uſus & utilitatem de conſilio & conſenſu decani & capituli Fritzlarienſis predict. convertere, alicujus alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Volumus etiam quod in dicta parrochiali eccleſia, quotiens opus fuerit ſacerdos abilis & idoneus pro vicario perpetuo inſtituatur qui eandem regat, officiat in divinis & conſuetis officiis interſit ita & taliter, quod cura animarum eo pretextu minime negligatur, cui pro ſuſtentatione congrua & honeſta juxta facultates ejusdem eccleſie portionem debitam volumus aſſignari, de qua commode ſuſtentari, epiſcopalia, archidiaconalia jura ſolvere, hoſpitalitatem tenere & alia incumbentia onera valeat ſupportare. Datum Aſchaffenburg die decima quarta menſis Novembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

CCCLX.

Conſenſus patroni in dictam unionem.

Nos Ditherus de Iſenburg comes in Büdingen &c. Prepoſitus eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis Moguntinenſis dioc. recognoſcimus publice per preſentes, quod ad hoc ut parrochialis eccleſia in Bergheim dicte dioceſis, cujus collacio preſentacio ſeu quevis alia diſpoſicio caſu vacacionis occurrentis ad nos racione dicte prepoſiture pleno jure pertinere dinoſcitur, cuſtodie eccleſie ſancti Petri Fritzlarienſis; cujus collacio, preſentacio ſeu quevis alia diſpoſicio ſimiliter ad nos pertinere dinoſcitur, uniatur incorporetur & annecteretur, ita quod cedente vel decedente moderno ipſius parochialis eccleſie in Bergheim rectori liceat cuſtodi pro tempore exiſtenti corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicte eccleſie cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis accipere, attribuimus & preſencium tenore attribuimus damus & concedimus licenciam, conſenſum & facultatem, proviſo cum congrua porcione vicario pro tempore exiſtente & quod animarum cura non negligatur in eadem. In cujus rei teſtimonium preſentes literas exinde fieri,

fieri, noſtrique ſigllii appenſione fecimus & juſſimus communiri. Datum & actum ſub anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, die tercia menſis Septembris.

CCCLXI.

Collatio praefatae parochiae.

Ditherus de Yſenborgk comes in Büdingen cuſtos & canonicus majoris Maguntine nec non Prepoſitus ſancti Petri Fritzlarienſis eccleſiarum honorabili Reynhardo de Wildungen cuſtodi & canonico ejusdem ſancti Petri eccleſie nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino. Cum nuper ad noſtram devenit noticiam, quod eccleſia parochialis in Bergheym ex libera reſignacione honorabilis domini Johannis ſcriptoris noviſſimi rectoris ad preſens vacaverit, cujus collacio, proviſio, inſtitucio ſeu quevis alia diſpoſicio ad nos racione dicte noſtre prepoſiture pleno jure dinoſcitur pertinere, facientes tibi motu proprio ſpecialem graciam, eam tibi Reynhardo cuſtodi cum omnibus & ſingulis juribus ſuis conferendam duximus pariter & conferimus per preſentes, teque ad eandem inveſtiendum duximus inſtituimus & inveſtimus in Dei nomine in hiis ſcriptis ut dicte cuſtodie incorporetur. Mandamus igitur omnibus & ſingulis dominis archipresbiteris, plebanis, viceplebanis, capellanis & notariis publicis ſaltim requiſitis, quatenus te cuſtodem ſic ut premittitur per nos inveſtitum & inſtitutum perſonaliter vel tuum legitimum procuratorem ad id conſtitutum in & ad corporalem poſſeſſionem ejusdem inducant inductumque defendant facientes tibi de omnibus & ſingulis fructibus, juribus, redditibus & obventionibus integraliter reſponderi, contradictores vero eccleſiaſtica cenſura, qua convenerit, mediante compellendo. Datum anno Domini M° CCCC° ſeptimo die quinta menſis Septembris noſtre prepoſiture ſub ſigilli appenſione.

CCCLXII.

Altare B. Mariae virginis in eccleſia parochiali Nidernſtat Wildungen confirmatur.

Dietherus Dei gratia ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector, ad perpetuam rei memoriam. Ex credito nobis paſtoralis officii debito libenter intendimus ut hiis que pro divini cultus augmento pie ac provide proviſa & deſtinata ſunt, ad animarum ſalutem noſtri muniminis adjiciamus firmitatem, piisque ſupplicum votis annuentes ea favoribus

bus per dioecoesin nostram constitutis, qui per dictum Arnoldum, seu ejus legitimum procuratorem requisiti fuerint, mandamus, quatenus eundem Arnoldum in & ad realem, corporalem, & actualem possessionem dicti altaris inducant, sibique de fructibus, reditibus, & obventionibus ejusdem plene & integraliter respondeant, ab aliisque responderi faciant, indignationem nostram gravissimam ac pœnas canonicas evitaturi. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus duximus appendendum. Datæ Aschaffenburgy vigesima quarta Januarii anno Domini MDVI.

An. MDVII. die XXI. Octobris institutus est Ludovicus Reysche ad altare B. virginis Mariæ & S. Joannis Ev. in parochiali ecclesia opidi Zyrenberg per obitum Arnoldi Raischen vacans, præsentatus per Joannem Vormans & Joannem Bovenberghes opidanos ibidem.

§. VIII.

In sede Ottera de ecclesiis.

Ecclesia in Ottera in biennalibus XL. alb. — Hersselda LXXX. alb. — Neddern aula LXXX. alb. — Schrexbach XX. alb. — Geysa X. alb. — Udurff in biennalibus X. alb. — Schonberg XX. alb. — Asbach in biennalibus X. alb.

In Hersfeldia de altaribus in parochia.

Omnium apostolorum VII. alb. — Pro secunda persona V. alb. — Beate virginis XV. alb. — Pro secunda persona XV. alb. — Pro tertia persona V. alb. — Sancte crucis XL. alb. — S. Andree XX. alb. — Pro secunda persona X. alb. — Pro tertia persona III. alb. — S. Symonis & Jude XXXV. alb. — S. Viti & Anthonii D. cantor collector. — Pro secunda persona XII. alb. — S. Petri & Pauli XXV. alb. — Decem millium martyrum VII. alb. — S. Vitalis

in

in Oſſorio VII. alb. — Nova commiſſio lanificum in monte beate virginis VIII. alb. — De commenda nova in altari beate Marie Magdalene per dominum Conradum Salczberg fundata V. alb. — De nova commenda beate Anne & Marie Magdalene in monte VII. alb. — Summum altare in monte beate virginis VI. alb. — Altare S. Georii VI. alb. — De commenda in eodem altari fundata per D. Joh. Stockhuſen X. alb.

In monaſterio Hersfeldenſi de altaribus.

Sancti Joannis XV. alb. — Commenda ſancte Marie Magdalene X. alb. — S. Jacobi in Cripta VIII. alb. — S. Anne XV. alb. — Altare S. Katherine eſt incorporatum monaſterio. — S. Laurentii VI. alb. — S. Jodoci XV. alb.

In hoſpitali infirmorum de altaribus.

Sancte Elizabeth XX. alb. — Pro ſecunda perſona IX. alb. — S. Nicolai & Barbare XV. alb. — Pro ſecunda perſona XV. alb. — De capella S. Nicolai in Leproſorio IIII. alb. — Capella S. Michaelis XXV. alb. — Altare in Hattenbach VI. alb. — Altare primiſſarie in aula XI. alb.

In Nuwenkirchen de altaribus.

Primiſſarie XV. alb. — Beate virginis & ſancti Jodoci XVI. alb. — Beate virginis in Monte XX. alb. — Sancti Jacobi X. alb. — De ſtipendio altaris ſancte Katherine in Monte VIII. alb. — Altare in Udurff VIII. alb.

In ſede Urff de eccleſiis.

Urff LXXX. alb. — Tweſten XX. alb. — Lenſtenhuſen XX. alb. — Biſchuſen XX. alb. — Waltersbruck propter paupertatem dedit VI. alb. — Gerhartshuſen vacat. — Armesfelde vacat. — Schlerbach vacat. — Altare in Lebenſteyn archipresbiter dedit nichil. — Novum altare in Urff VI. alb.

An. 104 . . ſopita fuit diſcordia Bardonem Archiepiſc. Mog. inter & abbatem Hirsfeldenſem ſuper terminatione capellæ ad Quercus exorta. Vid. de Gudenus Tom. I. pag. 369. Plura de Hersfeldia (Herolfesfeld, Herveldia) Kuchenbeckeri ep. de antiquit. Hersfeld. confer. Joan. Rer. Mogunt. T. I. pag. 373. 479.

CCCLXXI.

Ordinatio circa plebanum & altariſtas in Hersfelde.

Theodericus &c. devotis nobis in Chriſto dilectis plebano, nec non altariſtis in ſacerdotio conſtitutis parochialis eccleſiæ in Hersfelde, nec non capellarum annexarum eidem vel ad ipſum pertinentium ſalutem in Domino ſempiternam. Expoſitum eſt nobis pro parte veſtra, quomodo conſuetudo per longi temporis ſpatium laudabiliter in eccleſia veſtra prædicta introducta, habeat, quod plebanus pro tempore exiſtens una cum altariſtis ejusdem veſtræ eccleſiæ & capellarum annexarum, præſentias ex anniverſariis mortuorum in dicta eccleſia ſervari conſuetis provenientes, æqualiter inter ſe, dummodo dictis anniverſariis interfuerint, diſtribuere conſuevere, quodque ſimili conſuetudine tentum ſit, quod quivis altariſta de novo ſuperveniens in primordio ſuæ receptionis unam charitativam refectionem ſuis altariſtis & confratribus facere & exhibere teneatur; quæ quidem refectione facta & exhibita idem altariſta capax erit præſentiarum prædictarum, ſicut cæteri altariſtæ & confratres ſui, nobisque pro parte veſtra humiliter ſupplicatum extitit, quatenus hujusmodi conſuetudines tamque rationabiles ac rite & legitime introductas approbare, collaudare, ratificare & confirmare authoritate noſtra ordinaria dignaremur, nos itaque ponderantes, non ſolum authoritatem, quam longi temporis parit effluxus,

verum

verum etiam conſiderantes, quod his, quæ juris firmitate ſubnixa ſunt, merito robus noſtræ approbationis accommodare habeamus, conſuetudines veſtras prædictas tamque rite ac laudabiliter introductas ac juris perceptionibus minime contrarias approbare, collaudare, ratificare atque confirmare inſtituimus, ac harum noſtrarum ſerie litterarum approbamus, collaudamus, ratificamus ac confirmamus, volumus inſuper ſtatuimus ac ordinamus, ut nullus, cujusvis conditionis fuerit, particeps præſentiarum prædictarum ſit, niſi ille vel illi, qui in dicta parochiali eccleſia aut in annexis capellis beneficiatus exiſtat, quique vigiliis ac miſſis dictorum anniverſariorum præſens & perſonaliter interſit, alio canonico ſeu legitimo impedimento non obſtantibus, quod de jure abſens a divinis minime privari & carere deberet præſentiis prædictis, omnibus & ſingulis prædictis vere pœnitentibus, confeſſis & contritis, divinis hujusmodi devote intereſſentibus de miſericordia omnipotentis Dei, ac meritis glorioſi patroni noſtri ſancti Martini epiſcopi conſiſi XL. dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis in Domino miſericorditer relaxamus, harum noſtrarum &c. Datum Aſchaffenburg die menſis tertia Junii anno Domini milleſimo quadringenteſimo XL. quarto.

CCCLXXII.

Collatio altaris S. Georgii extra muros Hersfeldenſes.

Bertholdus Dei gratia &c. honorabili ac devoto nobis in Chriſto dilecto Joanni Teygel clerico noſtræ diœcœſis ſalutem in Domino ſempiternam. Vitæ ac morum honeſtas, aliaque probitatis & virtutum que merita quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales; ſane cum nuper vacante beneficio eccleſiaſtico ad altare ſancti Georgii ſitum in capella beatæ Mariæ virginis extra muros Hersfeldenſes noſtræ diœcœſis quodam Hermannus Stockhauſen ſenior familiæ Stockhauſen, ad quem juxta formam fundationis dicti beneficii jus patronatus ſive præſentandi eo tempore vacationis videlicet ſpectaſſe & pertinuiſſe, eundemque in poſſeſſione juris præſentandi fuiſſe dicitur, te eum nullus de familia ſive genologia ſua juxta formam fundationis qualificatus eo tempore ſuperſtes fuiſſet ſui juris præſentandi vigore ad dictum beneficium uti ſufficienter qualificatum legitime præſentaverit, juxta litteras præſentationis deſuper in bona forma emanatas, dicto autem Hermanno poſt factam præſentationem vitæ functo ſoror ejus, quo ſpiritu ductu neſcitur, præſentatione, per præfatum Hermannum uti ſeniorem familiæ & verum patronum facta, non attento quendam alium

nomine Conradum Stockhauſen juniorem, qui tempore vacationis dicti beneficii & præfatæ præſentationis, de perſona tua factæ, minus qualificatus, imo adhuc non de ſorte clericali fuiſſe aſſeritur, præſentaverit, eaque propter per te & dictum Conradum coram officiali Fritzl. ad lites ventum ſit, fuit nobis pro parte tua humiliter ſupplicatum, quatenus tibi in præmiſſis gratificare, auctoritateque noſtra ordinaria de dicto beneficio gratioſe providere dignaremur; nos igitur virtutum tuarum meritis, diſpendiisque & jacturis, beneficiis eccleſiaſticis ex diuturnis litibus provenientibus & veriſimiliter provenire ſuſpicandis, ac quod per verum & legitimum patronum juxta formam fundationis rite præſentatus ſis, nos diligenter penſatis, litibus finem imponere, quieti conſulere, tibique voluntatem & conſenſum noſtras in præmiſſis accedere volentes prætextu præſentationis, perſonæ tuæ ad ſupradictum beneficium ſancti Georgii factæ tibi gratificamur, ac dictum beneficium cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis auctoritate noſtra ordinaria, ſive ut præmittitur, ſive aliis quovis modo, aut ex alterius cujuscunque perſona vacans conferimus, teque de eadem inveſtientes per præſentes, quocirca omnibus & ſingulis plebanis, viceplebanis, coeterisque clericis & tabellionibus per noſtras civitatem & diœcœſim ubilibet conſtitutis præſentium vigore requiſitis & præſertim ſupradicto officiali Fritzlarienſi ſub excommunicationis pœna, trium tamen dierum canonica monitione præmiſſa diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum legitimum ad hoc conſtitutum in & ad corporalem & realem poſſeſſionem dicti beneficii, juriumque & pertinentiarum ejusdem inducant, inductumque defendant, amoto exinde quolibet alio illicito detentore, facientes tibi de fructibus, reditibus, juribus & proventibus dicti beneficii integraliter reſponderi, contradictores & rebelles eccleſiaſticam per cenſuram authoritate noſtra firmiter juſtitia mediante compeſcendo. Datæ noſtro ſub ſigillo viceſima ſexta menſis Maji anno Domini milleſimo quingenteſimo primo.

An. MCCCCLXXVIII. die undecima menſis Junii Dietherus Archiep. Mog. Lodowico Spulman contulit vicariam altaris S. Vitalis ſupra Oſſorium in parrochiali eccleſia opidi Hersfeldenſis quod antea poſſedit Hermannus Innigelich ex jure devoluto.

An. MDIV. die XX. menſis Februarii proviſum eſt Joanni Fiſcher clerico Herbipol. dioc. de altari S. Vitalis in Oſſorio parochialis eccleſiæ in Hirsfelden vacante per obitum Hermanni Molich ex jure devoluto. CCCLXXIII.

CCCLXXIII.

Recognitio abbatis ſuper parochia in Hirsfeld.

Albertus Dei & apoſtolice ſedis gracia abbas monaſterii Hersfeldenſis Albertus decanus & conventus ejusdem monaſterii Magunt. dioc. recognoſcimus in hiis ſcriptis pro nobis & univerſis noſtris ſucceſſoribus quod inantea perpetue vicarius noſter quilibet preſentandus vacante tempore ad curam & regimen animarum eccleſie parrochialis Hersfeldenſis pridem per ſanctiſſimum in Criſto patrem & dominum noſtrum dominum Martinum divina providentia Papam quintum certis ſuis litteris ſuper inde datis menſe domini noſtri decani & conventus preſcriptorum unite venerabili viro domino Prepoſito eccleſie ſancti Petri Frytzlarienſis predicte dioceſis aut ejus ibidem officiali pro canonica inſtitucione obtinenda reverendiſſimo in Criſto patri & domino domino Archiepiſcopo Maguntin. domino Prepoſito & ejus officiali preſcriptis pro tempore exiſtentibus ad eorum mandata recipienda & ſervanda & ſynodos ſuas viſitandas oneribus & ſubſidiis communibus & juribus archiepiſcopalibus & archidiaconalibus eorundem ſatisfaciendo obedienciam facere teneatur & debeat de noſtra voluntate, conſtitucione quacunque apoſtolica ac eciam ordinaria non obſtante, dehinc decrevimus & voluimus domino Prepoſito aut ejus officiali predictis de exuviis cujuscunque vicarii noſtri parrochialis preſcripti per decanum & conventum noſtri monaſterii noſtrosque ſucceſſores totiens quotiens opus fuerit, reſponderi & eſtimacionem conſultam & debitam perſolvi licet omnia bona relicta per unumquemque vicarium talem & religioſum ad nos aut ſucceſſores noſtros devolvantur ſine contradictione cujuscunque, renunciantes nichilominus omnibus excepcionibus in contrarium editis dolo eciam & fraude procul motis in premiſſis; & in evidens perpetuum teſtimonium omnium predictorum ſigilla noſtra abbatis & conventus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus hujusmodi littere ſunt appenſa. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ipſa die concepcionis beate Marie virginis.

CCCLXXIV.

Ordinatio circa praeſentias eccleſiae in Newenkirchen.

Uriel &c. univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam oblatæ nuper pro parte plebani & vicariorum ſive altariſtarum parochialis eccleſiæ in Newenkirchen noſtræ diœceſis petitionis ſeries continebat, quod ipſi ob divini cultus augmentum

tum matura deliberatione præhabita ſtatuerunt & ordinarunt, quod de coetero diſtributiones quotidianæ, quæ præſentiæ nuncupantur, in eadem parochiali eccleſia duntaxat reſidentibus & deſervientibus dari & diſtribui debeant, nobis præterea humiliter ſupplicantes, quatenus prædictum ſtatutum admittere, approbare & confirmare dignaremur; nos ergo piis eorum ſupplicationibus inclinati, ſtatutum prædictum de quotidianis diſtributionibus in parochiali eccleſia prædicti oppidi Newenkirchen duntaxat reſidentibus & easdem deſervientibus dandis & diſtribuendis authoritate noſtra ordinaria admittimus, approbamus & confirmamus, volentes & decernentes ſtatutum hujusmodi in præfata parochiali eccleſia deinceps perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari. In quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datæ Aſchaffenburgi die XXVI. Julii anno Domini milleſimo quingenteſimo nono.

An. MCCCCLXXXV. die XXII. Febr. Bertholdus Archiep. Mog. ex jure devoluto contulit primiſſariam in Nüwenkirchen per promotionem Wernheri Gerlaci vacantem Burkardo de Malsburg cantori eccleſiæ Fritzlar.

An. MDXV. die octava menſis Decembris Friderico Thome proviſum eſt de vicaria ſanctæ crucis ſita in parrochiali eccleſia in Newenkirchen vacante per obitum Conradi Thaw, quem Fridericum præſentavit procurator Conradi Fickels plebani dictæ eccleſiæ.

An. MDVII. die XXI. menſis Auguſti Conrado Daub altare beatæ Mariæ virginis ſitum in capella ejusdem extra muros opidi Neünkirchen per obitum Nicolai Reymen vacans ad præſentationem unius ſeniorum ſcabinorum ejusdem opidi.

An. MDIX. die undecima menſis Decembris Uriel Archiep. Mog. fundationem perpetui beneficii ad novum altare in monte beatæ Mariæ virginis extra muros oppidi Newenkirchen confirmavit.

CCCLXXV.

Compoſitio ſuper decimis in Merkeshuſen.

Nos Dei gratia decanus, cantor totumque capitulum Fridslarienſis eccleſie omnibus hanc literam inſpecturis in perpetuum, notum ſit univerſis & ſingulis tam preſentibus, quam futuris, quod cum decime frugum & animalium tam territorii quam curie in Merckushuſen ad noſtram pertinent eccleſiam & queſtio de decimis omnium orta eſſet ex eo quod monaſterium in Merckushuſen dicebat hujusmodi decimam dare non debere pro eo quod ovile in quadam parte curie, que pars libera erat ut dicebat a preſtacione decime, ſitum erat, tandem poſt plures concertatus talis compoſicio interceſſit, quod jam dictum monaſterium pro decima frugum & animalium dabit ſcolaſtico eccleſie noſtre, qui pro tempore fuerit, decem maldera, quinque ſiliginis & quinque avene ſingulis annis, ita quod ſi eadem decima hoſtilitate, grandine ſeu igne ante feſtum Martini, quod tunc inſtat, tota depereat, illo anno nihil ſolvat, ſin autem pro medietate ſeu ultra mediam partem .. intereat, idem monaſterium ſi volet, graciam petet, & illam ſecundum bonorum virorum arbitrium obtinebit, ad cujus rei evidenciam hanc literam conſcribi fecimus & eccleſie noſtre munimine roborari. Datum Fridtslarie anno Domini milleſimo CCXLVIII. in vigilia aſſumptionis. Datum per copiam ſub ſigillo prepoſiture Fridtslarienſis.

RECEPTA

De monaſteriis in prepoſitura Fridtzlarienſi.

Domina abbatiſſa regalis eccleſie in Kauffungen * LXIIII. ß. — Dominus abbas & conventus in Breitenawe ** LXIIII ß. — Abbas & conventus in Cappel *** tenentur pro ſubſidio integro LXIIII. ß. ſed ob preces reverendiſſimi domini Colonienſis Dnus reverendiſſimus Archiepiſcopus Mog. hac vice dun-

---

* Koufungen, confugium. Schatenii annal. Paderb. pag. 453. Broweri annal. Trev. lib. XI. pag. 513. Gud. ſyll. pag. 317.

** Schminck, mon. Haſſ. tom. IV.

*** Kuchenbeck er coll. IX. pag. 154. de Gud. tom. IV. pag. 819.

taxat remiſit hujusmodi ſummam. — Haſungen LXIIII. fl. — Prioriſſa & conventus in Beriche * tenentur pro ſubſidio XXXII. fl. ſed ob preces nobilis domini Philippi comitis in Waldeck remiſit hac vice medietatem & ſic dederunt XVI. fl. — Prioriſſa & conventus in Wiſſenſtein ** tenentur pro ſubſidio XXXII. fl. ſed ob preces quorundam nobilium dominus reverendiſſimus Mogunt. hac vice remiſit eis medietatem & ſic dederunt XVI. fl. — Abbatiſſa & conventus Werberg *** tenentur pro toto ſubſidio XXXII. fl. ob preces multorum ac intuitu paupertatis hac vice dederunt III. fl. — Prioriſſa & conventus in Imchenhain **** XXXII. fl. — Domini prior & conventus in Merckeshuſen juxta antiquam taxam tenentur pro toto ſubſidio XVI. fl. ſed moderniora regiſtra continent taxam octo florenorum, medietas eſt eis hac vice remiſſa, dederunt IIII. fl. — Abbatiſſa & conventus in Heida dederunt XVI. fl. — Prioriſſa & conventus in Aneberga ***** dederunt XVI. fl. — Prepoſitus & conventus in Blankenheym nil dederunt, allegant exemptionem. — Abbatiſſa & conventus in Norishuſen tenentur pro toto ſubſidio VIII. fl. pauperes ſunt petierunt unum florenum gratioſe remitti, dederunt VII. fl. — Prioriſſa & conventus ſancte Katherine in Fridtzlaria tenentur taxam octo florenorum dominus reverendiſſimus remiſit medietatem, dederunt IIII. fl. — Abbatiſſa & conventus in Netze ****** dederunt VIII. fl. — Prior

&

---

* *Beriche:* Oetter hiſtor. bibliotheck. T. I.

** Weiſſenſtein. beſchr. der Stadt Caſſel pag. 415 ſq. Lennep. jur. Colonar. prob. pag. 708. ſq.

*** *Werberg.* Kuckenbecker anal. Haſſ. coll. VI. pag. 443. — 456.

**** Gerſtenb. Chr. Haſſ. p. 259.

***** Beſchr. der Stadt Caſſel & Doc. ſubjuncta N. VIII. IX.

****** Senckenb. ſel. jur. & hiſt. tom. VI. pag. 419.

conventus in Honſcheidt dederunt VIII. fl. — Prioriſſa & conventus ſancti Georii prope Honberg tenentur dare pro toto ſubſidio VIII. fl. ſed ex ſpeciali gratia per dominum reverendiſſimum Archiepiſcopum conceſſam dederunt hac vice IIII. fl.

Summa de monaſteriis MI XXVI. fl.

Item de prepoſitura Geismarienſi.

De eccleſiis & beneficiis XL. fl. — De monaſterio in Wormelen VIII. — De monaſterio in Hildewershuſen XIIII. fl.

Summa LXII. fl.

Summarum VIIIᶜLXXXVII. fl. V. alb.

CAPUT SECUNDUM
DE PRAEPOSITURA GEISMARIENSI. (a)

Haſſia inferiore relicta antequam Eichsfeldiam ingrediamur, infra terminos præpoſituræ Geismarienſis in territorio Archiepiſcopi Moguntini (b) & ejusdem diœceſi ſitæ & commiſſario (c) in eccleſiaſticis peculiari ſubditae parumper commemoremur.

(a) Non de Geismaria in præfectura Francobergenſi, neque de illa hic ſermo, quæ in diœceſi Gudenſpergenſi ad auriferam *Adranam*, ſed quæ in præfectura Schönenbergenſi ſita eſt & vulgo *Hofgeismar* vocatur.

(b) vid. de Gudenus tom. I. pag 553. ad an. MCCXXXIX. & l. c. pag. 989. 548. 775. hiſce teſtimoniis addimus documenta ſub nris I. II. III. IV. V. cum elogio omni exceptione majori D. Friderici Chriſtophori Schmincke archivarli Haſſo-

Caſſellani qui in der beſchreibung von Caſſel pag. 438. Die ſtadt Hofgeismar . . ſtund vormahlen unter der herrſchaft der Erzbiſchöffe zu Maynz . . . . . als landgraf Ludwig II. zu Heſſen dem Erzbiſchoff Adolff von Maynz gegen den . . Erzbiſchoffen Dietrich von Yſenburg hülfe leiſtete, ſo eroberte derſelbe die ſtadt Geismar welche es mit dem lezteren hielte. Wegen der aufgewendeten kriegskoſten war ſie von dem Erzbiſchof Adolf im jahr 1462. dem landgrafen verpfendet und von demſelben die huldigung eingenommen. Nachher aber iſt der pfandſchilling erhöhet und dieſe ſtadt von Maynz vermöge eines im j. 1583. geſchloſſenen vertrags an Heſſen bis zum gänzlichen abgang des fürſtlichen mannsſtammes überlaſſen worden. Extant numismata Geismariæ cuſa rota Moguntina inſignata, ea inter illa quæ referunt Simonem Epiſcopum ex una & rotam Moguntinam ex altera partibus accenſentur, numis adhuc explicandis.

(c) vid. documenta a nro. VI. usque XVI.

CCCLXXVI.

Amicabilis compoſitio inter Archiep. Mog. & Ep. Paderb. ſtatuitur.

Nos Henricus Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus & præſentibus publice proteſtamur quod cum reverendo in Chriſto patre domino Bernhardo Paderborn. eccleſie epiſcopo ſuper cauſis queſtionibus ſeu deffenſionibus inter ipſum & eccleſiam ſuam Paderborn. ex una, & nos & eccleſiam noſtram Mogunt. parte ex altera pendentibus ſeu diſſidentibus concordavimus, prout ad id per fidem noſtram alterutrum præſtitam mutuo obligavimus in hunc modum videlicet quod idem dictus epiſcopus pro ſe & eccleſia ſua duos videlicet Liborium cantorem eccleſie ſue & Herboldum de Papenheim militem adjunxit, & nos pro nobis & eccleſiam noſtram Magunt. Henricum virum Johannem decanum dicte noſtre eccleſiæ Magunt. & ſpectabilem virum Rupertum comitem de Virneburg

neburg germanum noſtrum aduximus & in ipſos compromiſimus ſic quod ſidem quatuor adjuncti ſide data domino epiſcopo Paderbornenſi predicto & nobis nec non inter ſe invicem promiſerunt omnem diſſenſionis ſeu queſtionis hujusmodi materiam infra hinc & feſtum Penthecoſt. proxime futurum dolo & fraude excluſa debere reformare & decidere in amicitia cum utriusque partis notitia tamen & conſenſu ſi poſſunt, ad quod omnem diligentiam quam poterunt adhibebunt alioquin in jure ſub obteſtatione fidei conſcientie & honoris ſui, ſecundum ea, quæ ipſis ex parte utriusque noſtrum proponuntur veritate, notitia & ſuis circumſtantiis exacta diligentia requiſitis & ſi aliqua forent, que ad præſens ſtatum pacificum reponi non poſſent ſuper hiis in *opido noſtro Geyſmarienſi* convenient, die dominica qua cantatur cantate proxime nunc ventura dictis noſtris adjuncti infra hinc & feſtum Penthecoſt. predictum per ſpacium octo dierum aut nobis primitus intimato deciſuri queſtionis talis materiam modo ut premittitur in amicitia vel in jure & quidquid per dictos quatuor vel aliquo eorum non exiſtente ſeu legitimo impedimento de cetero per alium vel alios in locum ipſorum ſubrogandos concorditer ordinatum ſeu pronuntiatum fuerit, id ratum ſervabimus utrobique & efficiemus tam a nobis quam a ſubditis noſtris finaliter obſervari & legaliter adimpleri. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Spire VII. kal. Aprilis anno Domini MCCC^mo XXXVIII.

Articuli Henrici Archiepiſcopiſcopi Mogunt. contra Lantgravium Haſſię.

j. Diz ſint die fridebruche, die wir geben zum erſten clagen wir daz der Lantgref von Heſſen und ſine amptlude, hant eine burglichen buwe gebuwet, uff den gewichten kirchoue zu dem Kirchan, unſirs biſtums, mit gemurten buwe und an denſelben kirchoue, und daruff mit befrieden ergerien, blancken grabin und zogbrucken, alſo als uf der ſelber parre zu der zyt genwertig waz Godislicham, der dauf, der kriſeme und die grabde der toden und hant denſelben buwe getan, uf der geyſtlichen lude gut des Tutſchen ordinis, als ouch der meiſter von Tutſchem lande, des ordins von ſinen und ſines ordinis wegen geclagt hat und an uns bracht vor dem Keyſir vor andern furſten und herren, und mit namen vor den drye die wir ubir unſir frieden geckorin hatten, und heiſchen und biden daz der lantgraff gar und gentzlich want unſir friedebrief die zuſchen uns beyderſyt gegeben ſint haldent daz daz unſir beyden frunde und untertan, geiſtlich und wertlich ſollent ſetzen in iren gerichten in iren guten in iren friheiden und eren, als ſy vom alder und vor dem kriege ſazzen und nit namen vor dem friede.

ij. Ouch clagen wir daz der vorgenante lantgraf und ſiné gewalt hant gebuwet den Heſſenſtein uf der geiſtlichen lude eigen gut, von hene die uns und unſir ſtiffte geiſtlich und werntlich ſtent zu virantwerten und ir cloiſter mit demſelben buwe ewelich virderbt iſt und heiſchen daz der lantgraff uns den buwe abtu, want iz in den friedbrieuen virſprochen iſt als vorgeſchriben ſtet, und iſt ouch daz vorgenante huſſ gebuwet in die vogtie und gerichte, die von uns und unſerm ſtiffte zu lehen gent,

iij. Ouch clagen wir daz der vorgenante lantgraff die Nuwenſtat zu Franckenberg gebuwet hat in unſir graffchafft zu Battenberg in unſir herſchafft gerichte und eigen und heiſchen daz der landgraff uns die abetuwe.

iiij. Ouch clagen wir daz der vorgenante lantgraff unſir paffheit geiſtlich und weltlich virboden hat und virbodet, daz ſy uns nicht endienen, als ſy von alder rechte und gewonheit unſern voruaren unſerm ſtiffte und uns, bizher getan hant, und mit namen unſerm cloſter daz ſy uns keinerley dinſt tund, mit fuern und andern dinſten, als mit rechte und gewonheit an uns von alder komen iſt, und heiſchen und biden daz uns der lantgraff daz abetuwe.

v. Ouch clagen wir daz der laudgraff und ſin gewalt unſir burgman, burger zu Geiſmar paffin und leyen in unſerm lande geſezzen des Reinhard waldes nicht lazzent gebruchen, als ſy daz von alder von kaufes rechtes und gewohnheit wegen, herbracht hant und als in den friedbriuen begriffen iſt, des biden und heiſchen wir daz uns der Lantgraff daz abetuwe und uns und den neſten richte den ſchaden, der uns davon geſchen iſt. Der wir achten und hoffen zu bewiſen, an tuſent marck ſilbers und mer.

CCCLXXVII.

Turris in Zappenberg a Geismarienſibus exſtructa.

Wir Heinrich von Gotis gnaden des heilgen ſtulis zu Menczin Ertzebiſchof, des heilgen Romeſchen ryches ubir Dutſche land Erzecancelir tun kund allen luden und bekennen uffenlichen an diſeme briefe, wand die wiſen lude dy raithmeiſtere der raid und die burgere gemeynliche unſir ſtad zu Geismar unſir libin getruwen umb libe und truwe die ſy zu uns und uſirme ſtifte hant und umb iren und der vorgenantin unſir ſtad ſchirm und ſchirunge uff unſir burg Zappinberg mit yrin arbeitin und koſtin einen thurn machen ſullent, als der burg nuczlich und erlich iſt, das wir denſelbin unſirn burgern geredit und entheyzin han mit rade und willen der erberen lude des dechans und des gemeynen

capitils

capitils unſirs ſtiftis zu Menczin, das wir, unſir nachkumen odir unſir capitil die vorgenant unſir burg Zappinberg nummer ſullen noch willen virkauffen, virweſſeln, virſeczen odir wenden in keyne wys von dem vorgenanten unſirme ſtiffte zu Menczin, dan war wir diſelbin unſir ſtad Geiſmar wendin, dar ſullen wir dieſelbin burg mit lazen volgin, alſo das dy burg Zappinberg ſal unſir bliben und volgen mit der ſtad yn zu ſchirme. Des zu urkunde iſt unſir ingeſigel mit unſirs capitils ingeſigel an diſen brief gehangin, und Johan von Godis gnadin dechan und das gemeyn capitil des ſtiftis zu Menczin bekennen, das dy vorgenante ſtucke mit unſirme rade gutin willen und virhengniſſe geſchehen ſint und willen auch wir die ſtede haltin und han des zu merir ſtedekeyd unſir capitils ingeſigel an dieſen brief gehangen, der gegebin iſt zu Frankinfurd uf den ſamsdag nach ſente Bartholomeus des apoſteln dage du man zalte nach Gotis geburte druzehin hundert und vierczig jar.

CCCLXXVIII.

Ekebracht de Griffede conſtituitur ſatrapa Geiſmarienſis &c.

Ich Ekebracht von Griffede rittir bekennen und tun kund allen luden, daz der erinwordege in Gode vatir und herre min her Heinrich Erzebiſchoff zu Menze mir ſine ampte zu Geyſmar zu Schonenberg und zu der Zappinberg bevolhen hat in alle der wys als ſine brieve haldent, dy hernach von worte zu worte geſchriben ſtent: Wir Heinrich von Gots gnaden des heilgen ſtules zu Mencze Ertzebiſchoff des heilgen Romeſchin riches durch Dutzelant Ertzecantzeler bekennen und tun kunt allen luden, daz wir dem ſtrengen rittern Eckebrachte von Grieffede unſir ampte zu Geyſmar, zu Schonenberg, und zu der Zappinberg bevolhen han und bevelhen mit dieſem briefe fünf ganze jar die itzunt angen ſollent und allerneſt nach eynandir volgent, und dieſelbin ampte ſal er uns huden ſchuren und bewaren und unſir landt und die lude darinne geſezzen ſchirmen und die getruwelich virantworten und verteidingen gen allermenlichen, auch enſal er dieſelben unſir lude nicht hohir drangen noch ſchetzen noch zu keinem ungewonlichen dinſt dringen danne als ſy von aldir bisher kommen ſint, duch ſal er in eyn gelich richtir ſin dem armen als dem richen, dem juden als dem criſten, jedem manne zu ſime rechten, auch inſollen noch enwollen wir in von dem ampte nicht enſetzen binnen den vorgeſchriben funf jaren, is were dann das er das mit ſulchir

miſſetat

miſſetat gen uns und unſir ſtifte virworchte, das wir in darumb davon billigen entzezen ſolden, auch enſal er uns keinen nuwen krieg us denſelben ampten noch veſten nicht machen, noch keynen alden krieg irnuwin an unſirn wizzen und willen, und wanne wir in danne heiſſin kriegen odir urlogen das ſal er tun und alle zyt darzu bereit ſin, wanne und zu welich zyt wir das an en geſinnen alle argeliſt und geverde usgeſcheiden an den vorgeſchribin dingen; zu urkunde diſs briefes, der gegebin iſt zu Eltevil des ſunntages nach ſancte Mertins tag des heilgen biſchoffes do man zalte nach Criſtes geburte druzenhundirt und in dem funf und virzigeſten jar. Alle die vorgeſchriben ſtucke und artikel und ir iglichen beſunder han ich Eckebracht vorgenant in guden truwin gelopt und zu den heilgen geſworn ſtet und veſte zu halden ane allerley argeleſt und geverde. Des zu urkunde iſt myn ingeſigel an dyſen brief gehangen, der gegebin iſt des jars und des tages als vorgeſchriben ſtet.

CCCLXXIX.

Comes de Waldeck ſupremus ſatrapa Geismarienſis &c. conſtituitur.

Wir Conrad von Godes gnaden des heiligen ſtuls zu Mentze Ertzbiſchoff des heiligen Romiſchen richs in Dutſchenlanden Ertzcanczeler bekennen und tun kunt offentlich mit dieſem brieve daz wir den edeln Walraben grauen zu Waldeck unſern lieben neuen und getruwen czu unſerm und unſers ſtifts czu Mencze uber un er ſtete und ſloſſe mit namen Ameneburg Battinburg Nuwenſtad Neienburg Roſental Huſen Ffritzlar Jeſperg Geyſmar Schonenberg Nuwenburg Elnhoch Wetter Wildungen und Roden dorffer und gerichte die daryn und darczu gehorent, überſtem amptman und landvogte geſaczt und gemacht han und feczen und machen ine alſo zu unſerm und unſers ſtifts uberſtem amptman und landvogte genwertiglich mit krafft dieſs briffs alſo daz er die obgnante unſere ſtete ſloſſe dorffer gerichte lande lute und auch alle und igliche unſer unſers ſtifftes cloſter paffheyt geiſtliche und werntliche manne burgmanne burgere armelude und underſeſſen wo die in den vorgenanten ſloſſen ſteten dorffern landen gerichten und gebieten geſeſſen ſin mit iren lieben und gutern getruelichen ſchuren ſchirmen hanthaben verteidingen und verſprechen ſal widder allermenglich und an allen ſteten wo ine des noit thut nach allen ſynen beſten ſynnen und vermogen und glich ſinen eigen ſloſſen landen und luten ane allen verczog argeliſte und geverde und ob er daruber von unſern unſer nachkommen

kommen und ſtiffts ſihenden ader ſufsten in unſerm dienſte an reiſigen gefangen ader reyſiger habe eynchen ſchaden nemen wurde der wiſſentlich redelich und kuntlich were den ſolten wir unſer nachkommen oder ſtifft im gutlich entlegen nach mogelichen dingen und daruber ſal er uns unſern nachkommen und ſtiffte keynen andern ſchaden czu meſſen ader czu rechenen ane geverde, auch ſal er die vorgenante unſer ſtete ſloſſe dorffer gerichte gebiete lande lute und unterſeſſen ſemptlich und beſunder by allen iren gnaden ffryheyten rechten und gewonheyten als ſie by uns unſern vorfaren und ſtiffte zu Mentze gehabt han und herkommen ſint ungehindert bliben laſſen und er ſal ſie noch nyemant von ſynen wegin daruber nit bedrangen noch beſweren und ſich auch keyner unſer rente gulte gefelle buſſe oder dinſte underwinden noch von ine fordern oder nemen in dheine wiſſe ane geverde, eſs ſal auch der obgenante unſer lieber neue uff ſine eigene koſte und zerunge tage leiten und die obgenante unſer lande und lute getruwelich verteidingen nach ſinen beſten ſynnen und vermogen, und ſal auch uns unſern nachkomen und ſtiffte davon nicht rechenen noch keyneu uffſlag machen in dheine wiſe ſunder argeliſte, und uff das der vorgenante unſer neue ſolicher koſte und czerunge in dem vorgenanten unſerm ampte deſte baſs zu komen und die verteidungen und beſchirmunge ſo vil getruwelicher und fliſſiclicher getun moge, ſo ſollen und wollen wir im darumb alle jar jerlichs ſo lang er unſer unſer nachkommen und ſtifftsamtman als vorgeſchreben ſtehet, ſin wirdet und blibet acht hundert guter Rinſcher gulden geben und zu iglicher ffronefaſten im jare gelegen zweyhundert gulden derſelben werunge gutlich und unverczoglich uſsrichten und beczalen und nemlich uff die irſten ffronefaſten nehiſt nach des heiligen cruczes tage exaltationis ſchirſt kompt zweyhundert und furbaſſer zu iglicher ffronefaſten ſo lange er unſer amptman alſo ſin wirdet zweyhundert Riniſcher gulden geben und beczalen alles ane geverde auch wann wir unſer nahkomen ader ſtifft den egnanten graff Walraben unſern lieben neuen von dem vorgenanten ampte enſetzen wollen daz wir auch thun mogen wann und wilche czyt im jare wir wollen und und das eben iſt, ſo ſal er nicht fur ſich feczen eincherley anſprache koſten ſchaden ader verluſte die er by uns unſern nachkommen vorfarn ader ſtiffte genommen ader emphangen hette ſundern er ſal von ſtunt ane verczog ſo man des an ine geſinnet abetreden und uns unſern nachkomen und ſtiffte ſolich ampt lediclich ubergeben und in entwerten ane geverde und hetten er dann eincherley kuntlichen mogelichen und redelichen reiſigen ſchaden als obgeſchriben ſtehet in dem vorgnanten unſerm ampte gelidden ader emphangen den ſolten wir unſer nachkomen ader ſtifft ime nachdem er uns ſolich ampt widder ingeantwert hette und darzu ob im noch et-

was nach marczal des jares und zyt als er unſer amptman geweſt wer an den vorgenanten acht hundert gulden unbeczalet uſſe ſtunde gutlich abetragen uſsrichten und beczalen und derſelbe unſer neue hat uns in truwen gelobt und zu den heiligen geſworen getruwe und hoilt zu ſeyn ſolichen obgenanten unſern und unſers ſtiffts sloſſen ſteten landen luden und hinterſeſſen getruelich fur zu weſen ſie zu handhaben zu verteydingen zu ſchuren und zu beſchirmen nach allen ſinen beſten ſynnen und vermogen und alles das zu thun und zu halten als vorgeſchriben ſtehet alle argeliſte und geverde uſsgeſcheiden und des zu orkunde ſo han wir unſer ingeſiegel an dieſen brieff thun hencken der gegeben iſt zu Eltvil am mittewochin nach ſant Bonifacien tage anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto.

CCCLXXX.

De obventionibus praepoſiture Geismarienſis computus.

Nos Balduinus Dei gracia ſancte Moguntine ſedis proviſor notum facimus univerſis, quod anno Domini MCCC triceſimo ſexto, die XIX. menſis Octobris computavit nobiscum in Treveris magiſter Bodo de Geiſmaria presbiter clericus noſter de omnibus receptis & diſtributis per eum noſtro nomine tam de proventibus oblacionum in Godesburen quam de obvencionibus *praepoſiturae Geismarienſis* de anno triceſimo quarto ac de aliis omnibus & ſingulis rebus quibuscunque a feria ſexta poſt diem nativitatis beate Marie virginis anni triceſimi quarti predicti usque in feriam ſecundam poſt Mychaelis que fuit ſeptima dies menſis Octobris anni triceſimi ſexti prenotati & facta defalcacione diſtributorum ad recepta ſecundum computaciones & ſcripturas ſuas remiſſ.sque pro decreſcenciis quatuor annorum, quibus nichil ſibi defalcatum neque remiſſum extitit, nec non in ſubſidium expenſarum erga ſe ipſum, amicos noſtros diverſimode ſupervenientes ac in aliis noſtris negociis diverſis habitarum in pecunia ſeptem marcis tribus fertonibus & dimidio loth argenti. in ſiligine decem & novem maldris cum uno modio. in ordeo quatuor maldris cum dimidio. in tritico duodecim modiis. in ſpelta duobus maldris ſex modiis. in avena triginta tribus maldris, VI. modiis. in piſis dimidio maldro. in viciis uno quartali. Remanet nobis debens idem magiſter Bodo in pecunia quadraginta quinque marcas argenti, octo ſolidos, novem hallenſes. In ſiligine quinquaginta maldra, in ordeo decem maldra, in avena centum nonaginta maldra. Actum preſentibus Heinrico ſcolaſtico eccleſie ſancti Symeonis & Wernhero capellanis noſtris & datum anno, die & loco prenotatis.

CCCLXXXI.

CCCLXXXI.

Commiſſorium ſuper praepoſitura Geismar.

Joannes Dei gratia &c. Honorabili Ludovico de Bynsfurte proviſori allodii noſtri Erffurtenſi devoto noſtro dilecto ſalutem in Domino ſempiternam; eccleſiarum utilitatibus & ſubjectorum commodis paſtorali ſollicitudine providere cupientes, ut rectoribus eccleſiarum & beneficiorum eccleſiaſticorum per terminos præpoſituræ Geismarienſis noſtræ diœcœſis ubilibet conſtitutis. ut licentiam abeſſendi a ſuis beneficiis & fructus ipſorum beneficiorum tempore abſentiæ hujusmodi, non obſtantibus ſtatutis quibuscunque per nos aut noſtros ſucceſſores in contrarium editis rationabilibus cauſis de ad hoc moventibus ſeu moturis vice & authoritate noſtra dare & concedere valeas tenore præſentium tibi plenariam concedimus & committimus poteſtatem. proviſo tamen, quod prædicta beneficia tempore abſentiæ hujusmodi in debitis divinorum officiis ac ſacramentorum adminiſtrationem hoſpitalitate debita juribus principalibus & epiſcopalibus ac ſynodalibus obſervandis & aliis ſibi incumbentibus oneribus non fraudentur; inſuper tibi committimus per præſentes quatenus omnis & ſingulorum beneficiorum rectores in terminis præpoſituræ prædictæ ubilibet conſtitutis in ſuis beneficiis non reſidentes & non pernoctantes ad reſidentiam & receptionem ſacrorum ordinum authoritate noſtra compellere valeas, ratione prævia etiam tam per cenſuram cæterorum, quanquam res & bona univerſorum clericorum per prædictam Moguntinenſem diœcœſin decedentium ab inteſtato ad nos pertineant & pertinere dinoſcuntur, tamen aliquis clericorum decedentium bona occupare & occupata detinere in noſtrum præjudicium & gravamen temerario auſu præſumitur, propter quod tuæ ſollicitudini, ut bona univerſa quorumcunque clericorum per terminos præpoſiturarum eccleſiarum prædictarum ab inteſtato decedentium a quibuscunque perſonis clericis vel laicis repetere exigere, extorquere & in noſtros uſus committenda conſervare valeas, præſentibus concedimus omnimodam facultatem; præterea tibi committimus & mandamus per prædictas præpoſituras ac excedentes terminos fructus biennales beneficiorum, qui vacaverint, ſeu qui inantea vacaverint, nobis de jure ſeu approbata conſuetudine debitos exigas & colligas, & eos, qui plura beneficia ſuper diſpenſatione legitima obtineant, ad reſtitutionem fructuum ſic perceptorum & ipſorum dimiſſionem compellas, exceſſusque notorios prælatorum eccleſiarum & capellarum rectorem clericorum, & laicorum corrigas & reformes, Præpoſitosque monialium confirmandi, & ex juſtis cauſis removendi, ubſidia nobis prædeceſſoribus noſtris ad dictæ eccleſiæ noſtræ Mogun-

tinenſi conceſſa & admiſſa nondum ſoluta in terminis dictarum præpoſiturarum cum cæteris obventionibus quibuscunque fideliter colligas & exigas, inſuper tibi reſignationem beneficiorum per dictas præpoſituras & ipſarum terminos conſtitutorum ex cauſa permutationis recipiendi permutationes auctoriſandi celebrandi & confirmandi & perſonas transferendi & transponendi & quidem altaria & beneficia de novo creata & dotata dotanda & creanda infra terminos earundem præpoſiturarum auctoritate noſtra ordinaria valeas confirmare, tenore præſentium plenam & liberam concedimus facultatem, & inſuper cum propter diverſa viarum diſcrimina clerici cum apoſtolicis & aliis litteris de Romana curia præſentiam ſæpius noſtram in remotioribus partibus noſtræ diœceſis exiſtentem ad impetrandum & obtinendum a nobis litteras teſtimoniales, quæ vidimus nuncupantur, nequeant viſitare, tibi videndi & examinandi hujusmodi litteras, ac teſtimoniales litteras hujusmodi deſuper dandi & concedendi authoritate noſtra præſentibus plenam damus facultatem, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam ratione prævia compeſcendo, ac teſtes, qui nominati fuerunt, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas veritati teſtimonium perhibere, in cujus rei teſtimonium datum ut ſupra.

Limites hujus præpoſituræ ſunt diœceſes Colonienſis & Paderbornenſis, illius plane nullam hujus tractus deſcriptionem habemus medio ævo congruentem, hujus autem indubiis documentis ſuffultam & exactiorem expectamus quam illam in Schatenii annalibus Paderbornenſibus Tom. II. pag. 600. Quod autem monaſteria Wormelen & Hildewerſhuſen intra Geismarienſis præpoſituræ terminos ſita ſint, patet ex fine regiſtri archidiaconalis ſupra poſiti.

CCCLXXXII.

Commiſſarius Geismarienſ. judicem inferiorem monet ut ſententiam pronuntiet.

Vano Rauen de Papenheym canonicus eccleſie ſancti Petri Fridtzlarienſis ibidem & per præpoſituram Geismarienſem commiſſarius a reverendiſſimo Dno noſtro Dno Bertoldo ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopo ſpecialiter conſtitutus divinorum rectoribus in Caſſel ſalutem in Domino. Licet Henricum Fürſtir . . . moneri fecimus ut infra tunc expreſ-

expreſſum terminum nunc vero dudum effluxum Dno Petro daret ſententiam inter prefatum actorem ex una & dominum Henricum Dorwertir presbiterum & plebanum in Twern ex altera partibus prolatam & pronuntiatam ſuper quadam domuncula in inferiori Twern ſituata & dictam ſententiam nobis una cum actis & actitatis in ſcriptis ſalvo ſuo conſueto ſallario transmitteret, quod hucusqne diſtulit & minime fecit, unde ex ſuperhabundanti moneatis eundem Henricum, quatenus adhuc infra ſpacium ſex dierum veſtram monitionem immediate ſequentium actori ſupra nominato ſententiam ſuam pronuntiatam in ſcriptis ſub ſuo ſigillo transmittat, alioquin lapſo termino ipſum ſingulis diebus dominicis & feſtivis accenſis candelis, pulſatisque campanis excommunicetis, gravetis, publicetis denuncietis Dat. anno Domini MCCCCXC ſecundo die Saturni XXV. menſis Februarii.

Bertoldus Sibelt
Notarius ſcripſit.

CCCLXXXIII.

Reſignatio altaris eccleſie in novo oppido.

Nos Conradus veteris opidi Geysmarienſis & Johannes ad ſanctum Petrum ibidem parochialium eccleſiarum plebani recognoſcimus per preſentes, quod Wyneto de Stocken altare ſuum in parochiali eccleſiæ novi opidi ibidem in honorem beatorum apoſtolorum Petri & Pauli conſecratum diſcreto viro domino Herbort dicti novi opidi eccleſie plebano nobis preſentibus & hoc audientibus reſignavit, in cujus teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Dni MCCCLI. in die beati Calixti PP.

CCCLXXXIV.

Ordinatio circa praeſentias eccleſiae Geismar. vet. opidi.

Joannes Dei gratia &c. devotis noſtris dilectis plebanis inſtitutis, cœterisque beneficiatis in eccleſia parochiali veteris oppidi Geismar noſtræ diœcœſis ſalutem in Domino ſempiternam. Ad noſtram nuper prolatum eſt notitiam, quod inſtituto a longiſſimis temporibus quondam collegio in eccleſia parochiali Geismar antedicta & per dominum Petrum recollendæ memoriæ prædeceſſorem noſtrum & ejus liberalitatem tam in bonis temporalibus quam privilegiis & libertatibus per eum præfato

collegio & perſonis ipſius collatis atque ad conſumationem deducto & confirmato; poſt hæc per bonæ memoriæ dominum Mathiam quondam Archiepiſcopum Moguntinum, & quosdam alios noſtros prædeceſſores certis ex cauſis eos pro tunc moventibus per diverſa intervalla ipſum idem collegium a dicta eccleſia Geismar ad diverſa loca & tandem ad eccleſiam parochialem in oppido Grevenſtein noſtræ diœcœſis ſituatam cum omnibus ſuis juribus, liberratibus & privilegiis translatam, prout hæc & alia in quadam littera domini Gerlaci quondam Archiepiſcopi Moguntinenſis prædeceſſoris noſtri ſub inſtrumento publico transſumptis plenius vidimus contineri; demum vero ſicut ex relatione veridicorum accepimus propter guerras, rapinas, ſterilitates & alia mala quam plurima, quæ jam dudum in partibus illis, quod dolenter referimus, inſaluerunt, bona, reditus, fructus & obventiones, ad dictum collegium ſpectantia interim diminuta fuerant, & exiſtunt, quod vix una perſona de eisdem poſſet decenter ſuſtentari, unum prædictum collegium perſonis ſuis propter temporalium bonorum defectum omnino deſolatum eſt, & ad nihilum redactum; quapropter nobis ex parte noſtra fuit humiliter ſupplicatum, ut bona ſaltem pro majoribus exiſtentia, quæ jam diu ſub ſæculari poteſtate poſita fuerant, vobis & veſtris ſucceſſoribus in uſus præſentiarum, ſeu quotidianas diſtributiones dignaremur gratioſe aſſignare; nos igitur divini cultus intuitu, quem ſemper augeri appetimus, attendentes, etiam qui in dicta noſtra eccleſia hodie canonice diurne pariter & nocturne quidem collegialiter celebrantur, uſufructum omnium bonorum præſentium & futurorum ad dictum quidem collegium ſpectantium cum omnibus ſuis juribus, privilegiis & libertatibus veſtris præſentiis ſive quotidianis diſtributionibus juxta conſuetudinem eccleſiæ veſtræ hactenus obſervatam dividendi usque ad noſtram ſeu ſucceſſorum noſtrorum revocationem aucthoritate noſtra ordinaria aſſignamus & incorporamus per præſentes proprietati cum dictorum bonorum nobis ſeu noſtris ſucceſſoribus aut etiam collegio, ſi quod erectum fuerit, reſervata; ut ſic reditus præſentiarum veſtrarum ſeu quotidianarum diſtributionum aliqualiter augmentatarum horis canonicis aliisque divinis officiis decantandi & celebrandi ab omni fidelium animarum ſingularitate, eorum, qui hujusmodi bona Deo dedicarunt, ſaltem eo libentius inſiſtere valeatur, hac tamen conditione adjecta, videlicet, quod ſi dictum collegium, ut præmittitur, deſolatum per nos, ſucceſſores noſtros, aut etiam piis fidelium elemoſinis reformatum ac reſtauratum fuerit, quod ex tunc omnia bona provenientia & in futurum recuperanda cum uſufructu ipſorum ad hujusmodi collegium & perſonas ipſius corpore libere pertineant & revocantur, dantes inſuper vobis plenam poteſtatem, nec non omnimodam aucthoritatem intromittendi vos de ſæpedictis bonis, eaque colligenda, fructus, reditus obventiones

nes & proventus univerſos exinde levandum & tollendi & ſolventes qui tandum & a male poſſidentibus extorquendi, nec non vobis ſub debito obedientiæ injungentes, eaque de bonis hujusmodi invenientes illicite alienatis & diſtractis coram competente judice & ex tunc judicium ſub præſidio noſtræ defenſionis petendi & per ipſos agendi & defendendi cum effectu, & omnia alia & ſingula faciendi, gerendi, exercendi, quæ contra præmiſſa ac aliorum præmiſſorum notitiam fuerint ſeu etiam quomodolibet opportuna, in quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum, & quod beneficia in ipſa eccleſia pro tempore exiſtentes ſingulis annis bis in Dominica reminiſcere, & poſt feſtum exaltationis ſanctæ crucis vigilias & in ſecunda feria in menſe ſequenti miſſas pro animabus fundatorum defunctorum devote celebrent & decantent, datum anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo.

CCCLXXXV.

Proviſio de altari S. Liborii in Geismar.

Dietherus Dei gratia &c. Honorabili devoto nobis in Chriſto dilecto Wernero Elmann clerico noſtræ diœceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Grata familiaritatis obſequia, quæ nobis ſollicitis tuis ſtudiis noſtra in cancellaria impendis, vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam tuam familiari experientia recommendari comperimus, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales, cum itaque altare ſancti Liborii ſiti in eccleſia parochiali beatæ Mariæ virginis in Hove Geismar dictæ noſtræ diœceſis per obitum quondam Joannis Wigandi preſbyteri ultimi illius, dum vixit, poſſeſſoris vacare inœpit & vacat ad præſens, illiusque collatio, proviſio, ſeu quævis alia diſpoſitio pro nunc ad nos pleno jure ſpectat & pertinet, nos volentes te præmiſſorum obſequiorum & meritorum intuitu favore proſequi gratioſo, altare prædictum ſic, ut præmittitur, per obitum dicti quondam Joannis Wigandi vacans cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis tibi conferimus & de illo etiam providemus, mandantes præterea univerſis & ſingulis, quorum intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quatenus te vel procuratorem tuum legitimo tuo nomine in & ad corporalem, realem & actualem poſſeſſionem altaris, jurium que & pertinentiarum prædictorum inducant, teque vel tuum procuratorem prædictum ad hujusmodi altare, ut eſt moris, admittant, tibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis plenarie & integre reſpondeant, & faciant ab aliis reſponderi, adhibitis circa hoc ſolennitatibus

debitis

debitis atque consuetis; harum nostrarum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Datum in castro nostro Steinheim quarta decima die mensis Octobris anno &c. LXX septimo.

CCCLXXXVI.

Collatio parochiae novi oppidi Geismariensis.

